esse, ut potius alia salubria doceas, quam illas Zwinglii [a]) disputationes. Facile est conscientias conicere in dubitationem, liberare dubitatione difficillimum est. Ideo malim te eligere in docendo certa, et quae fiduciam in piis mentibus confirmant [b]), non quae exercent [c]) dubitationem. Habemus satis multa, quae necesse est inculcare, de beneficio Christi, de vitanda dubitatione, de vera invocatione, et in his malim te versari. Quorsum opus [d]) illas prophanas disputationes, quod nusquam nisi in coelo sit Christus et quod sedeat uni loco affixus [e]), spargere? Certe scriptura iubet invocare Christum. Fatendum igitur est eum adesse vere et verbo et signo, cum eo utimur, ubi promisit se adesse velle. Nostri quoque [f]) non probant illam metamorphosin, qua papistae corpus in species illas includi quasi vinum in lagenam aiunt [g]). Sed adesse [h]) dicunt Christum vere in coena, quod nihil habet incommodi. Neque ego ignoro hic ab ingeniosis hominibus multa quaeri posse, et credo te hominem acri ingenio praeditum exerceri his disputationibus. Sed te etiam atque etiam oro, ne iudicium praecipites. Non ignoro doctos viros alicubi applaudere dogmati Zingliano, et habent concinnas rationes, sed in hoc non sunt omnia. Praesentia [i]), quam dixi, habet [k]) analogiam [l]) fidei. Haec scripsi simplici animo adductus amore tui, teque rogo, ut in bonam partem accipias. Bene vale. Pridie [m]) natalis Domini anno 1532.

Sed iam tum removerat vel potius suspenderat istum morem et opinionem, cum has literas acciperet, de consilio fratrum et piorum civium [1]).

Cum autem ex Lubeca quoque in eandem sententiam de ista re ad Rothmannum aliquoties scripsisset m. Hermannus Bonnus [2]),

a) *CR:* Cinglii. b) *CR:* confirment. c) *CR:* excitent.

d) *CR:* opus est. e) *CR:* affixus loco.

f) *CR:* adesse velle (sicut et Deus vere aderat ad propitiatorium propter promissionem), velle consolari. Et nostri non . . .

g) aiunt *fehlt CR.* h) *CR:* adesse vere.

i) *B und Corn.:* omnia praesentia. k) *B und Corn.:* non habent.

l) *CR:* ἀναλογίαν. m) *CR:* Pridie die.

[1]) *Das folgert Hamelmann aus dem folgenden Briefe an Bonnus und der vermeintlichen Schrift Rothmanns* „De eucharistia". *Daß Rothmann seine Ansichten aufgegeben habe, ist nicht anzunehmen. Vgl. Cornelius Bd. 2 S. 146 f.*

[2]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 57.*

tunc temporis rector scholae Lubecensis (cui eodem tempore erat conrector Erasmus Sarcerius), qui erat Rothmanno conterraneus Westphalus ex terra Osnaburgensi natus et condiscipulus olim eidem sub Timanno fuerat, sic tandem, postquam suasu collegarum et aliorum civium prudentiorum intermisisset Zwinglianismum (quoniam ad amovendam suspicionem edidit tunc libellum de eucharistia [1]), in quo manifeste ait nos edere corpus Christi et eius sanguinem bibere), confidenter respondet M. Hermanno Bonno Rothmannus, ut sequitur [2]).

Optimo doctissimoque viro domino Hermanno Bonno Lubecae bonas literas profitenti etc., suo amico.

S. P. Binas abs te diversis temporibus literas accepi, mi Hermanne, quibus quod hactenus nihil a me responsum est, effecit, quod nuncio carerem, alioqui nihil perinde in votis [a]) fuit, quam non admittere, cum alias ex tuis literis subodoraverim existimationem nostram apud vos populari fama nonnihil obscuratam, ut meo silentio huic malo aliquid accederet. Itaque cum iam oblatus, qui istuc iter instituit, gestiit animus diutini silentii vincula rumpere et potissimum ad ea respondere, propter quae tuae literae, deinde popularis fama, postremo non levis autor, nimirum Gerhardus Oemikius tuum tuorumque animos a nobis alienatos et erga me exasperatos clamitant. Sed priusquam rem ipsam attingam, quemadmodum tu postremis tuis literis de illis, quae tibi parum probantur, omnium istic nomine fratrum me candide admonuisti, ita ego simili candore pari par referam. Nos certis autoribus didicimus, mi Hermanne, vos istic in publicis concionibus solere nostri, idque swermerorum nomine satis odiose meminisse. Ut ingenue dicam, factum hoc supra modum mihi dolet. Nam

a) *Cornelius:* notis.

[1]) *Wie schon* Cornelius *Bd. 2 S. 315 Anm. bemerkt, gibt es eine solche Schrift nicht.* „De eucharistia" *ist vielmehr ein Abschnitt in dem Glaubensbekenntnis Rothmanns vom 23. Januar 1532 (!) (bei* Kerssenbroch *S. 184 f.) betitelt, wo es heißt:* . . . ita nos manducantes corpus et bibentes sanguinem Domini de donata per evangelion gratia certificamur. *Hamelmann zeigt sich also über Rothmanns Entwicklung nicht gut unterrichtet.*

[2]) *Der Brief ist nur durch Hamelmann bekannt.*

non modo nostrae hoc existimationis fit iactura, sed nisi causa evidentior multorum hic piorum animos cohibuisset, discordiam maximam peperisset, tot istinc huc ad privatos literae veniunt, quibus nos misere flagellamur. Fateor, plusculum fraterni hic in vobis candoris desidero. Nam priusquam sic in nostram famam publice debacchandum, Christiana lex postulat erroris admonere, certiora docere, quam tam aspero sermone immeritos discerpere. Nam quem vos errorem fortasse in nobis causamini, revera nunquam probare poteritis, ut si error fuerit, tamen tanti non fuerat habendus, ut non admonitos fratres tam atrociter proscinderitis. Proinde, mi Hermanne, oro ac obsecro, ut tuis autor esse velis, ut desinant maledicere, ut candidius de nobis praedicent, donec causae veritas exactius cognoscatur. Audio rem sacramenti huic vestrae in nos rixae occasionem dedisse. Itaque quid hic in nobis desideretis, significate, et si satisfacere vobis nequeamus, ut revera non comprobabitur ulla hic perversa opinione nos laborare, vestram instructionem haud gravatim amplectemur[1]). Interea ferte nos fratres, quaeso, et cavillas deponite. Animus erat plura scribere, sed cogunt me magna negotia manum et tabulam[a]) tollere, adeoque relegendi non est otium, quare quicquam haec est, boni consules. Olim scribam plura. Vale. Monasterii anno 1533. dominica post Epiphaniae.

Tuus Bernhardus Rothmannus.

Interim Rothmannus dixerat aliquoties pro sua varietate: „Etsi usus essem pane communi, tamen de substantia coenae non dubitavi“, quamquam postea iterum in novis thesibus[2]) istum errorem et deinde, cum esset factus anabaptista, cum quinque collegis publico scripto[3]) defenderit. Sic ille mutabatur in horas[4]).

a) *B:* tabula.

[1]) *Rothmann läßt sich also auf die Sache selbst gar nicht ein.*

[2]) *Vielleicht denkt Hamelmann an Artikel 6 der Artikel vom 15. August 1532 (bei Kerssenbroch S. 239).*

[3]) „Bekenntnisse van beyden sacramenten, doepe unde nachtmaele, der predicanten tho Munster“ *vom 8. November 1533 <Münster UB, Hamburg StB>. Neue Ausgabe in der oben S. 1 Anm. 1 genannten Schrift von Detmer und Krumbholtz S. 1—85.*

[4]) *Ähnlich urteilt Kerssenbroch S. 120. Aber das von Hamelmann beigebrachte Material genügt nicht zur Begründung seines Diktums; denn von der inneren Entwicklung Rothmanns hat er durchaus keine klare Vorstellung.*

Utut res erat, nunquam magni fecerat Lutherum. Nam veluti nec Johannes Campanus ille, qui tenetur adhuc captivus a Juliacensi principe [1]), magni fecit Lutherum (quia cum Campanum tam subito non tractasset Lutherus venientem Lovanio magistrum subtilem, ut forsan ille petebat, defecit ab illo ad Cinglianos et postea excogitavit novam haeresin de spiritu sancto, ut vidi ego literas propria Campani manu scriptas anno, ni fallor, 1541., in quibus se scribit unicum reformatorem ecclesiae [2])), ita Rothmannus simili paene de causa contemnere prae arrogantia videbatur Lutherum. Ideo coluit et celebravit magis Philippum Melanthonem, Wolfgangum Capitonem Fabritium et alios, quia Lutherus statim, ut Rothmannus venerat Witebergam, non tanto honore, ut petebat homo ambitiosus, forsan Rothmannum susceperat [3]). Hinc factum est, ut de consilio delectorum et Buschii, qui fuerat professor Marpurgensis, primum non Witebergam, sed Marpurgum scriberet ad Eberhardum Schnepfium theologum et doctorem Sebastianum Augustum, professorem Hebraeum, et peteret sibi dari et mitti viros doctos et bonos, qui una secum evangelii sementem facerent [4]).

Sed antequam venirent Marpurgo duo concionatores, de quibus postea dicam, collegerat aliquot propositiones easdemque ediderat Latine [5]) Rothmannus contra papistarum doctrinam, quas Johannes Langermannus statim vertit in nostrum idioma et typis subiecit [6]), de quibus disputare voluit contra quosvis. Edidit etiam

[1]) *Vgl. über ihn Realenzyklopädie Bd. 3 S. 696—698 und K. Rembert, Die Wiedertäufer im Herzogtum Jülich, Berlin 1899, S. 161—302.*

[2]) *Darüber, daß Campanus sich für den wahren* „restaurator ecclesiae“ *hielt, vgl. Rembert S. 177 und S. 280.*

[3]) *Er ist mit Luther wahrscheinlich gar nicht in persönlichen Verkehr getreten (Cornelius Bd. 1 S. 295). — Ein solcher Erklärungsversuch liegt dem Lutheraner Hamelmann, dem es schwer begreiflich ist, daß ein intelligenter und gelehrter Mann auf anderem als auf lutherischem Boden stehen kann, natürlich nahe.*

[4]) *Das entnimmt Hamelmann mit fast wörtlicher Übersetzung aus Dorp Bl. B 2a. Das Schreiben Rothmanns an Schnepf vom 16. Juli 1532 ist abgedruckt bei Cornelius Bd. 1 S. 284 f.*

[5]) *Die lateinische Ausgabe ist nicht mehr vorhanden.*

[6]) Eyn kortte Bekantnisse der lere so H. Berndt Rothmann van Statloen tho Sant Mauritius vör der Stat Münster predyket hefft . . . 1532 *Münster UB, defekt>. Die Vorrede ist vom 23. Januar 1532 datiert.*

confessionem suae fidei [1]), quae solemniter a schola Coloniensi damnata est, et in illa damnatione, quae typis evulgabatur [2]), citant illum Coloniam ad disputationem, sed is edita apologia Colonienses ipsos Monasterium vocat ad disputationem et salse deridet istos magistros nostros [3]).

W 1191 Zeile 6.

Provocatis igitur pontificiis et imprimis illo Timanno pastore per affixionem thesium, ubi praecipue [a]) contra missam et eius horrendos abusus et idololatriam [b]), quae circa sacramentum coenae dominicae exercetur a pontificiis, et contra purgatorium disputaverat, deinde etiam contra consecrationes papistarum et de mediatore Christo contra invocationes sanctorum disseruerat, et epistola adiuncta decernitur locus disputationi domus fratrum, quod circa pentecostes fiebat anno 1532. Ibi [4]) statuto tempore veniunt ex pontificiis decanus ad d. Ludgerum officialis (cuius nomen ignoro) [5]), Timannus Camenerus pastor Lambertinus cum suo olim conrectore, tunc vero successore Johanne Aelio [6]) et aliquot sacellanis (scripserat autem ille Timannus paulo [7]) ante carmen scholasticum in doctrinam evangelii [8]), cuius erat tale initium: „Haeresis postquam

a) *fehlt W.* b) *Hamelmann schreibt stets* idolatriam.

[1]) *Das ist eben die von Langermann übersetzte Schrift. Hamelmann verwechselt damit, wie es scheint, die Artikel vom 15. August 1532 (Kerssenbroch S. 235ff.).*

[2]) *Gegen die Artikel vom 15. August 1532 (nicht gegen das Bekenntnis) richteten die Kölner Theologen die* „determinatio theologicae facultatis Coloniensis", *die Chr. du Plessis d'Argentré in seiner* Collectio iudiciorum de novis erroribus *Bd. 3, Paris 1736, S. 82ff. und D. Gerdes,* Scrinium antiquarium *T. 2, P. 1, Groningen und Bremen 1750, S. 424ff. abdrucken. (Der Irrtum von Bahlmann S. 4 ist berichtigt von Detmer, Kerssenbroch S. 190 Anm. 5.)*

[3]) *Von dieser Apologie ist sonst nichts bekannt, und es ist fraglich, ob der Angabe etwas anderes zu Grunde liegt, als Hamelmanns Freude an einer Blamage der* „magistri nostri".

[4]) *Von dieser Disputation erzählt nur Hamelmann. Aber sein Bericht ist auch nur mit grober Vorsicht aufzunehmen. Von Beckmann weiß er nicht sicher, ob er teilnahm und von Johann von Deventer ist es sehr unwahrscheinlich. Die Nachricht von der Flucht der katholischen Teilnehmer endlich ist unglaubwürdig. Vgl. auch Cornelius Bd. 1 S. 166f.*

[5]) *Dorp Bl. B 3ª nennt den Namen auch nicht. Es war Bernhard Momme, über den Bd. 1 H. 3 S. 157 zu vgl. ist.*

[6]) *Vgl. über ihn ebenda S. 74ff. und Zeitschrift 69 (1911), Abt. 1 S. 89.*

[7]) *d. h. sechs Jahre.* [8]) *Nicht erhalten.*

remeavit orco", sed isti opposuit contrarium et valde doctum carmen Johannes Campanus ille, qui hodie propter errorem de spiritu sancto detinetur captivus a principe Juliaco [1]) tunc Witebergae agens, cuius fuit tale initium [2]): „Veritas postquam remeavit alto" et sic per omnia istud priori erat oppositum), item duo concionatores monachi in summo templo doctor Henricus Humbertus [3]) Osnaburgensis [4]) Dominicanus et Johannes de Daventria observans [5]), ut alii aiunt, Otto Beckmannus, olim notus Philippo Melanchthoni et Luthero, cuius is doctrinam non susceperat [6]), canonicus antea et professor Witebergensis, tunc vero praepositus Aegidianus Monasterii, et ex domo fratrum Johannes Ahusensis [7]) pater et frater Theodoricus Bredevorth [8]) cum multa turba pontificiorum, qui sibi victoriam promittebant.

Ab altera parte venit ipse Bernhardus Rothmannus, Johannes Glandorpius, Brixius Nordanus, Gerhardus Cotius, qui venerat Ala salutandi causa fratres. Buschius decreverat interesse, sed morbo impeditus non potuit venire. Et comites ipsis [a]) erant ac auditores doctor Johannes Wick, Arnoldus Belholdus, Johannes Langermannus.

a) *W:* ipsi.

[1]) *Vgl. oben S. 19 Anm. 1.*

[2]) *Vgl. Rembert a. a. O. S. 181–183. Das Gedicht (von 1526) ist daselbst S. 593–598 abgedruckt.*

[3]) *Gemeint ist Heinrich Mumpert, seit 1516 Domprediger, gestorben 1535. Vgl. Kerssenbroch S. 403, 434, 437 ff., 458 und P. Münch, Geschichtliche Nachrichten über das Dominikanerkloster zu Münster, Progr. Münster 1890, S. 8.*

[4]) *Das ist insofern richtig, als damals in Münster kein eigener Dominikanerkonvent, sondern nur eine Niederlassung des Osnabrücker Klosters war.*

[5]) *Vgl. über ihn P. Schlager, Geschichte der kölnischen Franziskaner-Ordensprovinz während des Reformationszeitalters, Regensburg 1909, S. 83–85, 240–244, 275.*

[6]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 211 f. und N. Müller, Die Wittenberger Bewegung 1521 und 1522, 2. Aufl., Leipzig 1911, S. 224–237.*

[7]) *Johann Holtmann aus Ahaus, der auch an der Disputation vom 7. 8. August 1533 teilnahm (Kerssenbroch S. 424). Vgl. über ihn H. Grutkamp, Johannes Holtmann und sein Buch* „Van waren geistliken levene eyn korte underwijsinge", *Phil. Diss. Münster 1912. Der biographische Teil dieser Arbeit ist aber unbrauchbar, wie ich im „Literarischen Handweiser" 1912 Sp. 551 ff. nachgewiesen habe.*

[8]) *Bredevort nahm ebenfalls an der Disputation von 1533 teil (Kerssenbrocch S. 425 Anm. 1). Er war 1548–1550 Rektor des Herforder Fraterhauses (später unter Herford, W 1043).*

Exorsus ibi Rothmannus, ut erat valde facundus, sive Germanice sive Latine aliquid proponendum esset, amplissime de W 1192. autoritate verbi Dei edoctus ex scripto doctissimo Buschii, quod anno 1529. editum erat de autoritate verbi Dei [1]), disseruit et tandem digressus in defensionem suorum thematum, illa prolixe ex scripturis et caeteris testimoniis vetustatis solide confirmavit et ita illis amplissime confirmatis provocat papistas faciens in illos verbis seriis impetum. Post illum quoque coepit verba facere Glandorpius, in Latina lingua mirifice eloquens.

Audita oratione illa tam splendida et Rothmanni et deinde aliorum et deinde illius animositate conspecta consternebantur animo tamquam fulmine quodam papistae et coeperunt alter alterum intueri, ita ut nemo eorum proferre quid auderet, quia iam antea Otto Beckmannus commissus fuerat in quodam convivio cum Hermanno Buschio [2]) et ita per illum superatus, ut iam sine dubio, si adfuit, timidior fuerit. Aufugerunt igitur turpiter omnes, imprimis Johannes de Daventria, qui omnium maxime contra Rothmannum in concionibus summi templi pugnaverat, qui etiam postea Hammonae scripsit librum contra Lutheranos et anabaptistas et praesertim contra Rothmannum et eius doctrinam anno 1533. [3]), quod etiam Coloniae fecit Johannes Hostius Rombergius Kirspensis, cuius scriptum Germanicum prodiit [4]), ut alterius Latinum. Sed cum Rombergius scriberet, videlicet anno 1532., nondum erat anabaptista Rothmannus. Sed iste inquam monachus observans primo fugit, quem deinde secuti sunt caeteri omnes paene. Cum autem et monacho observantico ista fuga aliquando obiceretur, loco excusationis dixit ille: „Cum haereticis non est disputandum, deinde non erant ibi aequi iudices, sed confusa disputatio a Rothmanno incepta. Si quid potuisset“, dixit, „Rothmannus, ivisset

[1]) De singulari autoritate veteris ac novi testamenti, Marpurgi 1529 *<Münster UB, München HB und UB, Königsberg UB>.*

[2]) *Näheres ist darüber nicht bekannt.*

[3]) Christianae veritatis telum, seu fidei catapulta. Coloniae 1533. *<Münster UB>. Bahlmann S. 9.*

[4]) Von dem mißbruch der Romscher kirchen Christliche antwordt auff die anwysung der myßbruch durch dye predicanten zu Munster . . . *(Köln 1532) <Münster UB>.*

Coloniam disputatum" [1]). Tantum mansere ibi in loco disputationi designato fratres illi Ahusensis et Bredevorthius domi suae, qui soli nihil tentare voluerunt sine sociis.

Hac quasi parta victoria [Rothmannus] coepit mirum in modum inclarescere per urbem, deinde auxit ei autoritatem verborum copia et splendor, quia dono docendi, movendi et delectandi plurimum in publicis concionibus valuit. Cum autem venissent duo concionatores missi ex Hassia, Petrus Wirthemius et Godefridus Stralen [2]), et tres adessent Rothmanno, deliberant numero sex concionatores, ut Rothmannus, Glandorpius, Brixius (et advenerat tunc recenter susceptus post disputationem Henricus Rullius [3])), Wirthemius et Stralenius, quomodo pontificatum inde primo quoque tempore profligent, ut evangelium maiori cum fructu doceri possit. Ad eam rem haec est ratio commodissima [visa] *W 1193.* de consilio Buschii [4]): pontificios errores conscribunt [5]) et in triginta [6]) capita referunt eaque senatui tradunt sic interim animo parati, ut nisi demonstrent ex sacris literis haec omnia cum verbo Dei pugnare, nullam poenam recusent. Hic delectorum et tribunorum, imprimis vero istius Redekeri instantia valde urgebat senatum.

Senatus, cuius tunc erant consules et capita Ertwinus [7])

---

[1]) *Vgl. oben S. 20. — In seinem* Christianae veritatis telum *sagt Johannes von Deventer über sein früheres Verhältnis zu Rothmann Bl. AA 4a:* Cum ante aliquot annos partes tuas *(d. i. Franz von Waldeck)* in civitate Monasteriensi pro mea qualicumque virili adiuvarem, intercessit inter Rothmannum illum novum pseudoevangelii ministrum literaria quaedam contentio. Ille scripto suam reddidit opinionem, ego quoque meam, imo ecclesiae sententiam tenui. Et sic convenimus tandem, ut ille suam, ego quoque meam defenderem. Ego eiuscemodi conventioni nolui deesse, sed respondi pro invicta ecclesiae veritate. Ille vero hucusque obticet. Hic me vel invitum assiduis et incessantibus amici cogunt precibus, ut ea, quae responderam prioribus articulis, una cum confutatione eorum, quae interim falso in indoctum vulgus dispersisset, evulgarem. *Ähnlich Bl. AA 4b f. Vgl. auch Schlager a. a. O. S. 241 f. Hamelmanns Erzählung paßt dazu schlecht.*

[2]) *Vgl. oben S. 15 Anm. 3.*

[3]) *In Münster wird Roll zuerst am 10. August 1532 erwähnt (Cornelius Bd. 2 S. 339).*

[4]) *Nur von Hamelmann erwähnt.*

[5]) *Gemeint sind die Artikel vom 15. August 1532.*

[6]) *Die Zahl, wie die ganze Stelle überhaupt, nach Dorp Bl. B 2b. In Wirklichkeit waren es 16 Artikel (Kerssenbroch S. 235 ff.).*

[7]) *Eberwin.*

Droste et Wilbrandus Plenius[a]), qui quidem erant pontificiae religionis, in curiam venire iubet pontificios et ea capita errorum proponit et quia semper prae se tulissent doctrinam suam esse puram et niti verbo Dei, concionatores autem hoc ipsum pernegent idque demonstrare velint etiam capitis sui periculo, rogat ex illis, an ea, quae obiciantur, sacris literis confutare velint. Ad istum modum interpellati iam antea confusi et turbati non potuerunt amplius hiscere libere confitentes se non scripturis, sed ex patribus et decretis posse sua quaedam probare. Verum cum magnopere senatui rem esse cordi viderent propter tribunitiam potestatem, respondet secundo libere et rotunde officialis et decanus Ludgerianus iam absente illo Johanne de Daventria observantico, qui fugerat ad Corbachianum monasterium observanticum in comitatu Waldechiano[1]), et Humberto doctore fugiente Osnaburgam[2]) ad Dominicanorum monasterium nihil habere, quo se suaque defendant, praesertim ex sacris literis. Quod vero hucusque dixerint suum institutum esse probum atque rectum, id opinione factum et ignorantia[3]). Tunc senatus, quandoquidem erroris et falsae doctrinae convicti nihil habeant, quod opponant, et suam ipsi nequitiam agnoscant, iubet, ut in posterum docendi munere abstineant, novis autem doctoribus, qui detexissent ipsorum imposturas, locum in templis omnibus permittant[4]). Post de voluntate senatus atque populi templa singulis attribuuntur, ubi doceant, sic[5]) Rothmannus ad s. Lambertum, Henricus Rullius ad s. Aegidium cum Johanne Glandorpio, Petrus Wirthemius ad

a) *B und W:* plenius.

[1]) *Die Flucht ist, wie schon gesagt, überhaupt unglaubwürdig. Dann aber ist nicht einzusehen, warum er grade nach Korbach geflohen sein soll. Er war damals Guardian in Hamm (Schlager a. a. O. S. 241). Vielleicht liegt der Angabe die gewöhnliche Verwechslung Johanns von Deventer mit Johannes Heller aus Korbach (Schlager S. 232) zu Grunde.*

[2]) *Von einer Flucht Mumperts ist nichts bekannt. Er war 1533 noch in Münster. Vgl. Kerssenbroch S. 403 und 437 ff.*

[3]) *Dorp Bl. B 3a ist hier von Hamelmann noch ausgeschmückt. Daß der Klerus eine solche Erklärung abgegeben habe, ist aber durchaus unglaubhaft. Anders stellt Kerssenbroch S. 241 den Hergang dar.*

[4]) *Nach Dorp Bl. B 3a f. Die Pfarrkirchen waren aber den Prädikanten schon am 10. August übergeben worden (Cornelius Bd. 1 S. 178 f.).*

[5]) *Das Folgende ebenfalls nach Dorp Bl. B 3b.*

d. Ludgerum, Brixius Nordanus ad s. Mauritium[1]), Godefridus Stralen trans aquas. Venit quidam Theodoricus (opinor Lippiensis) ad s. Servatium[2]) constitutus.

Eam rem aegre tulerunt et perquam moleste pontificii, sed imprimis ii, qui primarium templum obtinent, omnes genere nobiles. Hi cum aliud non possent, irati discedunt et ad eius urbis episcopum abeunt et inito consilio statuunt occupandas esse vias omnes et aditus, ne quid in urbem portari posset annonae[3]). *W 1191.* Nutante sic fortuna et praesenti imminente periculo dividebatur senatus et aliqui ad pontificiorum opinionem accessere, inter quos erant duo consules, qui comitantibus aliis quibusdam senatoribus exeunt urbem et ad pontificios deficiunt. Interea reliqui ex senatoribus et tribunis manentes in urbe ceperunt consilium de conducendis aliquot militibus, quorum trecenti numero conducuntur muniendi urbem causa[4]).

Aliquanto post (circa festum nativitatis) omnibus iam undique viis obsessis episcopus et ii, quos diximus, dumheri et nobiles ditionis atque urbium capita Telgetum amplioris consilii ineundi causa conveniunt, ubi erant M. Johannes Hovius cancellarius[5]), M. Eberhardus Aelius[6]), praecipuus secretarius, et plerique alii[7]). (Telgetum est oppidulum ab urbe ad milliare unum.) Illinc tabellarius[a]) ad senatum et tribunos adhuc in urbe agentes mittitur cum literis in haec verba: desistant ab instituto pristinumque statum restituant, sin minus, hostium numero futuros.

Episcopus erat comes Franciscus Waldeccus. Proxime ante ipsum fuerat archiepiscopi Coloniensis Hermanni, pii comitis de Weida, frater germanus Fridericus electus in locum Erici Lowenburgici demortui, verum is, quod[b]) vel iis locis parum uteretur

---

a) *B und W:* tollerabilius. b) *fehlt B. W:* cum.

[1]) *Vielmehr Martinum.*

[2]) *Vgl. Cornelius Bd. 2 S. 341f. und Bd. 1 (dieser Ausg.), H. 3 S. 268f.*

[3]) *Fast wörtlich nach Dorp Bl. B 3b.*

[4]) *Vgl. Kerssenbroch S. 277f.*

[5]) *Er ist genannt Bd. 1 H. 3 S. 332f. Wie Hamelmann hier zu dem Namen kommt, ist nicht zu ersehen.*

[6]) *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 152 Anm. 3.*

[7]) *Mit Ausnahme der Namen fast wörtlich nach Dorp Bl. B 4a.*

firma valetudine, vel quod aliquid esset odoratus, vel quod[a]) non eo loco et existimatione haberetur, qua debebat, non ita pridem sponte loco decesserat et privata vita contentus in patriam se verterat observato sibi certo annuo stipendio duorum millium aureorum, qui postea praepositus Bonnensis factus est. Sed resignato episcopatu eligitur Ericus dux Brunswicensis de Grubenhagen, iam tum episcopus Osnaburgensis et Paderbornensis, qui cum statim moreretur, est electus nunc post illum demortuum Franciscus ille Waldechianus, qui erat Mindensis iam episcopus renunciatus post Franciscum Brunswicensem, et hunc quoque episcopum creant Osnaburgenses eo tempore. Paderbornenses vero vocant in administratorem archiepiscopum Coloniensem Hermannum de Weida. Sed revertor ad historiam.

Monasterienses re deliberata nuntium detinent et de nocte profecti, quae natalem Christi praecedit, quidam senatores et tribuni convocatis opificibus deligunt septingentos ex civibus, quibus ex militibus ducentos addunt [1]). Cum ex improviso venissent, oppidum Telgetum capiunt et occupatis portis per quosdam, ne quis evaderet, tibicine flante et pulsatis tympanis [2]) incipiunt hostes in hospitiis quaerere et omnes comprehendunt. Hic quidam vehe- *W 1195.* mentiores volebant statim impetum facere in captivos et cogitabant eos occidere. Sed sunt impediti a cordatioribus, qui adornatis et comparatis curribus vinctos praecipuos imposuerunt et mox in urbem captivos adducunt. Episcopus forte pridie discesserat. In his captivis erant primi nominis pontificii et ex reliqua nobilitate nonnulli, inter quos erat Melchior a Buren, praecipuus vir in capitulo et cellarius, homo etiam ingeniosus et magnae autoritatis ac eloquentiae atque consilii non parvi, sed papista maximus et multorum liberorum ex diversis concubinis pater, et Adolphus de Boswinckel [3]), ex capitularibus quoque sum-

a) *B:* quo.

[1]) *Bis auf die Zahl nach* **Dorp** *a. a. O.* **Dorp** *gibt die Zahl der Bewaffneten auf* „vast umb neun hundert an“. **Kerssenbroch**, *der (S. 340) sechshundert Bürger und dreihundert Söldner hat, und Hamelmann werden nach Dorp die Zahlen verteilt haben.*

[2]) *Dies nach* **Kerssenbrochs** *Gedicht S. 14.*

[3]) Bodelswinge.

mus; deinde ex nobilitate Bernhardum ab Oer[1]) et Henricum Schenckinck[2]) ceperunt, sic opinor. Alii etiam existimant[a]) ex senatoribus episcopi doctorem Jodocum Rolandum[3]) et licentiatum i. u. Johannem Marcellum[4]) fuisse simul in numero captivorum.

Deductis istis captivis in urbem et non sine contumelia exceptis rogant concionatores[5]), quid sit ipsorum voluntatis et an evangelii praedicationem cogitent posthac impedire. Libenter illi respondent se daturos operam, ut ea doctrina vigeat, quod de illis mihi facile persuaderi patiar[6]), qui erant ex senatu episcopi, Rolando et Marcello Hessis. Itaque fit de consensu episcopi et capituli pactio. Verum senatus et tribuni mittunt ad landgravium Hessiae orantes, ut evangelii ac reipublicae causa dignetur adesse negotio et suos mittere. Is mittit dominum Jacobum de Thaubenheim, D. Georgium Nosbickerum doctorem et doctorem Walterum N.[7]), qui egerunt inter senatum tribunosque et episcopum et capitulares. Atque horum interventu pactum fuit, ut reconciliatis animis et offensione sublata pacem utrimque colerent, videlicet in sex templis evangelium doceatur, quicquid sit impiae religionis et superstitionis, tollatur. In primario templo nihil mutetur neque civitas quicquam ad se pertinere putet, deinde ut debitam oboedientiam episcopo tamquam ordinario magistratui praestent et ut reditus annuos et pensiones libenter persolvant quotannis pontificiis. Haec pacis formula fuit landgravii Hessiae et episcopi

---

a) *W:* eximant.

1) *Er kommt in den Akten, denen Kerssenbroch S. 342 folgt, nicht vor.*

2) *Dieser war schon am 16. Dezember gefangen genommen worden (Kerssenbroch S. 328).*

3) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 201. Er wird sonst in der Zahl der Gefangenen nicht mit aufgeführt.*

4) *Ebenda S. 200. Auch die Bischofschronik (Geschichtsquellen des Bistums Münster Bd. 1 S. 329) und Kerssenbroch S. 342 nennen ihn.*

5) *Das Folgende nach Dorp Bl. B 4ᵇ. Nur daß dort nicht die Prediger genannt sind. In Wirklichkeit ging es natürlich mit der Anerkennung Münsters als evangelischer Stadt nicht so rasch, wie es der kurze Bericht Dorps erscheinen läßt. Vgl. Cornelius Bd. 1 S. 203 ff.*

6) *Anflug einer leisen Kritik der Dorpschen Erzählung.*

7) *Nach Dorp Bl. C 1ᵃ und Corvinus,* Acta *Bl. A 4ᵃ. Das N. bei Doktor Walter hat Hamelmann hinzugefügt.*

et ipsius clientelae et nobilitatis et senatus urbis signis ratificata. Haec acta sunt die 14. Februari anno 1533.

Interea in urbe paulo ante hunc transactionis diem [1]) ordinario more elegerant in locum profugorum duos novos consules, W 1196. Hermannum Tilbeck, nobilem patricium, qui postea factus est anabaptista, et ex civibus Casparum Judefeldicum. Ita omnes magno zelo audiverunt evangelium et erat magna tranquillitas per menses octo in urbe. Interea dedit Rothmannus suo collegae Brixio sororem in uxorem [2]) et praecipui quique erant in nuptiis.

Octo vero mensibus elapsis venit Monasterium [3]) sarcinator iuvenis quispiam Hollandus Johannes Boickholt Leidensis anabaptista, de cuius parentibus sic scribit Bolandus [4]) et referunt alii [5]). Johannes Leidensis natus est Leidae in Hollandia ex illegitimo thoro. Famula enim quaedam Westphala inserviebat sartori [6]), qui anum uxorem habebat. Is igitur concumbens cum famula, quia et anum uxorem sprevit et ex ea haeredes non expectavit, hunc Johannem filium genuit. Tandem post septennium elapsum moritur anus uxor et ducitur dehinc illa antea stuprata et vitiata famula, ex qua postea plures legitimos genuit filios. Scholis deinde tradiderat filium Johannem pater, donec et grammaticos libros et scripta eleganter legere et intelligere scribereque mediocriter didicisset et prae ingenii acumine quaedam ex

[1]) *Eine Ergänzungswahl fand am 14. Oktober 1532 (Kerssenbroch S. 270 f.), die Neuwahl des Jahres 1533 dagegen erst am 3. März statt (ebenda S. 392).*

[2]) *Vgl. auch Kerssenbroch S. 231 f., der die Heirat schon in den Sommer 1532 verlegt, und Cornelius Bd. 2 S. 331 f.*

[3]) *Johann von Leiden war im Juli 1533 vorübergehend in Münster, blieb aber erst seit dem 13. Januar 1534 dauernd dort (Kerssenbroch S. 412 und 478). Woher Hamelmann die acht Monate hat, und von wo an er sie rechnet — er läßt Johann lange vor der Disputation im August 1533 in Münster sein — ist nicht zu ersehen. Seine Hauptquelle Dorp sagt — ebenfalls ganz falsch — Bl. C 1b, Johann habe sich* „wol drei virteil Jare also hemlich umbher von einem prediger zum andern getragen und umherzu den stinckenden faulen widertauff gereget“

[4]) *Bl. O 1b.*

[5]) *Vgl. hierzu Cornelius in der ADB Bd. 3 S. 91 ff. und H. Detmer, Johann von Leiden, Münster 1903, S. 21 ff.*

[6]) *Irrtum seiner Quelle (Fabricius Bolandus). Johanns Vater war ein Schulze.*

Latino sermone, etiam[a]) usu quodam citius percepisset, quam scholastici plane addicti et traditi Latinis literis[1]). Semper fuit elegans adolescens novitatis et subtilitatis studiosus et iam profectioris aetatis factus assumitur ad opificium patris. Interim laboribus semper, quantum potuit, suffuratur aliquid temporis, quod novis libris perlustrandis impenderet[2]). Ita incidit in anabaptistarum sectam et opinionem et perlectis Melchioris Hoffmanni, Rinckii, Munzeri et aliorum scriptis ita imbibit eam[3]), ut acutissimus esset in illa defendenda. Propter periculum imminens sibi in patria et alibi apud Belgas non erat ei[b]) tutum agere[4]), ideo venit in Westphaliam invisens cognatos maternos. Ita infert se quoque in urbem Monasteriensem et praecipuorum hominum clam domi sarcinator erat[5]). Id anno 32. fiebat, cum esset forte viginti duos et tres ad summum natus annos[6]), adolescens longae ac decorae staturae, plane imberbis, cuius mentum vix pauca lanugo attingebat, homo eleganti et mira, ut dixi, forma[7]), in sua dictione et idiomate valde facundus et delectabilis, mulierculis propter elegantem corporis dispositionem, faciem formosam et iucundos sermones eosque admodum blandos gratissimus et acceptissimus, qui se obsequio, humilitate et loquela omnibus accomodare noverat, qui istis deinde dotibus addebat hoc, quod miram prae se semper videretur ferre sanctitatem.

Hic cum propter communem patriam, tum etiam formam et dictionem placebat Johanni Matthaeo, profugo quoque ex Hollandia propter anabaptistarum furorem[8]) (nam is ex oppido Harlemio, ubi fuerat pistor, Monasterium venerat ibique erat factus civis). *W 1197.*

a) *fehlt W.* b) *fehlt W.*

[1]) *Nur von Hamelmann erzählt.*

[2]) *Ebenfalls.*

[3]) *Ebenfalls. Daß er Hofmanns Schriften gelesen habe, sagt Johann später im Verhör aus (Geschichtsquellen des Bistums Münster Bd. 2 S. 399).*

[4]) *Ebenfalls. Die wirklichen Gründe waren andere. Vgl. Kerssenbroch S. 644 mit Anm. 2.*

[5]) *Um zu schneidern ist Johann natürlich nicht nach Münster gekommen.*

[6]) *Das ist ungefähr richtig. Vgl. Kerssenbroch S. 640 Anm. 2.*

[7]) *Die Beschreibung nach Fabricius Bolandus Bl. O 1[b] f.*

[8]) *Diese Begründung zeigt, welche unklare Vorstellung Hamelmann von dem Propheten Matthys hatte.*

eiusque uxori Harlemiensi, quam putant Mariam[1]) dictam, quae erat formosa, suscipiturque ab illo in hospitium[2]). Hic quoque pro sua astutia paulatim insinuavit sese in amicitiam multorum divitum, quibus eleganter vestes adornabat, ut multis ita gratus fieret. Sic etiam contigit ei familiaritas Bernhardi Cnipperdollingii, qui anno sequenti, videlicet 1533., cum hunc Leidensem amare inciperet et deinde ei elocaret filiam (intellige notham), sic ipse enim rex dixerat in carcere[3]), suxit ab ipso venenum et simul ipsum Johannem et eius dogma promovit plurimum. Eius enim opera coeperunt nocturnos conventus agere et multos convocare, ibi sua mysteria docere, catechismum suum tradere, rebaptizare et omnia pedetentim communia facere. Et huiusmodi conventicula durarunt per duos menses et valde coeperunt crescere numero, quia et Matthaeus ille et Leidensis multos ex patria evocaverant.

Quis vero fuerit Cnipperdollingius, nunc paucis attingemus[4]). Bernhardus Cnipperdollingius honestis et divitibus fuit Monasterii parentibus natus, cuius frater Johannes magnus semper erat papista curtisanus et decanus veteris templi Paulini[5]). Vir corpore praestans fuit glaucis oculis, barba nigra, qui splendidis semper usus est vestibus, homo crassus, inflatus et prodigus, qui duxerat honesto loco natam uxorem, cuius pater erat Henricus Selemecker[6]), feminam piam, in pauperes munificam. Is vero ingressu et verbis aliquam prae se ferebat gravitatem, novitatis semper fuit avidus

[1]) *Vielmehr Divara (Differe).*

[2]) *Matthys kam selbst erst nach dem 9. Februar 1534 nach Münster (Kerssenbroch S. 478 Anm. 2). — Hamelmann entnimmt die falsche Angabe wohl aus Fabricius Bolandus Bl. F 5b.*

[3]) *Johanns Aussage, daß er* „Knipperdollinghs magt (!) to einen eligen wif hadde“, *s. Geschichtsquellen des Bistums Münster Bd. 2 S. 371. Da Hamelmanns Vorlagen von Johanns Aussage nichts enthalten, hat er seine Angabe wohl auch vom Hörensagen. Unter Johanns Frauen wird auch eine Stieftochter Knipperdollings genannt (Kerssenbroch S. 658).*

[4]) *Im Folgenden hat Hamelmann manche Angaben, die wohl auf eigenen Erkundigungen beruhen. Vgl. dazu C. A. Cornelius in der ADB und Kerssenbroch S. 155f.*

[5]) *Johann Knipperdolling wurde am 7. April 1537 zum Dechanten am alten Dome gewählt. 1553 kommt Johann thor Mollen als sein Nachfolger vor (Staatsarchiv Münster, Arch. Subs.).*

[6]) *Nur von Hamelmann überliefert. Vgl. dazu Kerssenbroch S. 658.*

amansque tumultus et petulans, quoniam iam antea propter petulantiam duros senserat carceres. Nam postquam Fridericum de Weida comitem, tunc episcopum Monasteriensem, falsis semper iocis raserat et naso adunco suspenderat amarulentaque scommata in principem suum iecerat appellans eum einen spillendreher, tandem defertur et accusatur ad praesulem, qui ei struit insidias et demum abeuntem Cnipperdollingium cum sociis Lubecam et per Osnaburgam recta Bremam tendentem ex medio itinere capi iubet. Captum in oppido Vechta reducunt in arcem Horstmar et vinculis tradunt ministri episcopi. Ubi detinetur tantisper captivus, donec intercessione senatus sub certis conditionibus eximeretur vinculis. Rediens in patriam mitior videbatur, sed quia iam patrimonium *W 1198.* iam erat absumptum cum dote coniugis et magnum aes alienum contractum, coepit varia tractare consilia et apud se inire rationem, quomodo se in officio et pristina dignitate retinere posset. Itaque placidum et erga omnes affabilem sese praestitit ita, ut qui auram popularem aucupari solent, veluti Absolon fecit. Ideo mirus erat simulator et dissimulator, non admodum eloquens sed subdolus. Cum autem se daret sententiae Hollandi et secum multos ad istam factionem pertraheret, vocato ad se huic filio dixerat ipsius mater tunc adhuc superstes: „O Bernhardt Sohne, so du dich nicht anders richten werst, befurchte ich, du keines rechten todts sterben werdest.“ „Te oro“, inquiens, „ab istis peregrinis seiungere, ne polipragmaticus videaris. Si quid aeris contraxisti, feram tibi opem, ut solvas, modo tu tranquillus et modestus sis.“ Corvinus illum Catilinae apud Sallustium confert [1]) et dicit nihil esse de Catilina scriptum, quod in hunc non aptissime quadret: „magnam in eo corporis et animi vim, sed ingenium malum et audax est“. Dissuaserat etiam frater et opem in solvendis debitis promiserat. Is erat papista, ut dixi, curtisanus [a]), decanus veteris ecclesiae Monasteriensis nomine Johannes Cnipperdollingius mihi optime notus. Dissuaserat quoque socer et coniunx affinesque omnes, sed frustra, quia cum Johannes Matthaeus multique ex

a) *B und W:* Carthusianus.

[1]) *Corvinus*, De miserabili Monasteriensium anabaptistarum obsidione . . ., Vitebergae 1536 <*Münster UB*>, *Bl. B 4b*.

plebe consecuti essent ducem Cnipperdollingium, hominem ex patriciis oriundum, putabant se iam caput et praecursorem consecutos. Ideo illico ad istam sectam sese conferunt, quotquot erant seditiosi, aeris alieni prolixitate gravati, prodigi, pauperes et tenues, qui aliorum bonis inhiabant. Hi sese Hollando et Cnipperdollingio praecipites dabant turmatim.

Sed Leidensis magna sanctitate rem tractare videbatur, quia cum sibi iam aliquam autoritatem comparasset suavissimis verbis eisque religione refertissimis et etiam discipulos fecisset, coepit quoque evangelii doctores adoriri et cum ipsis sermonem miscere, et postquam familiarior ipsis factus esset propter religionem et experientiam in scripturis, astute movit apud illos quaestionem de baptismo parvulorum. Sed is concionatorum sententiam de paedobaptismo risit. Qua re intellecta Bernhardus Rothmannus pro concione populum serio hortatur ad precationem, ut puram ipsis doctrinam servare liceat, et ea a fanaticis hominibus incorruptam *W 1199.* defendere, imprimis autem ab anabaptistis, qui tunc etiam latenter apud ipsos obrepant et hominum coetibus aggregentur, quorum opinio si vincatur, esse ruiturum[a]) non reipublicae modo statum sed et religionis[1]). Sic de suo malo fuit propheta his, quemadmodum postea latius dicemus. Idem quoque fecerunt et alii doctores. Quamquam iam iterum relapsus fuerat Rothmannus, homo magis quam anguilla lubricus, in sacramentariorum opinionem, ad quam etiam tunc pertrahebat M. Johannem Glandorpium et M. Petrum Wirthemium[2]).

Eodem tempore venit eo Hermannus Stapreda Morsensis[b]) iam antea clam evocatus a Leidensi et suo praeceptore Henrico Rullio ex Hollandia[3]). Is factus collega Rothmanni mirum in modum laboravit cum Leidensi, Johanne Matthaeo, Rullio, Cnipperdollingio et aliis apud Rothmannum, ut ipsum suae sententiae

---

a) *B und W:* futurum. b) *B und W:* Mortensi.

[1]) *Hier folgt Hamelmann wieder Dorp Bl. C 1b. In Wirklichkeit war Rothmann schon wiedergetauft, als Johann von Leiden (im Januar 1534) ankam. Vgl. Cornelius Bd. 2 S. 234.*

[2]) *Vgl. oben S. 15 Anm. 4.*

[3]) *Dies und das Folgende nach Dorp Bl. C 1b f. Vgl. Cornelius Bd. 2 S. 345 f.*

facerent consortem ob anabaptismum, ut dicemus mox, et is audacior Rollio ipso tunc praesente erat et in publica etiam concione in parvulorum baptismum invehitur. Et hic quidem fuit alter veluti gradus ad novum istud doctrinae genus.

Vocatur igitur a senatu Rothmannus, qui mox dat fidem chirographo suo se nunquam suscepturum anabaptistarum opinionem [1]. Deinde quia iam late progressa erat illa secta et postquam tunc de eis plurimus esset sermo in urbe, tametsi privatim et occulte res ageretur (nemo enim, qui [non] esset ipsorum sectae, admittebatur), deinde nondum profitebantur illa semper palam autores Stapreda, Rullius, Leidensis et Johannes Matthaeus, qui fuit aliquamdiu hospes Leidensis, in cuius aedibus primo conveniebant, neque [2] docebant nisi de nocte, et quando somnum reliqui caperent, tunc demum peragebant mysteria. Sed re patefacta [3] cum plerique cives fremerent et indignum esse clamarent novum dogma clanculum et noctu disseminari minimeque ferendum esse in Strapreda, quod paedobaptismum damnasset, fit senatus consultum, sed frigidum et non admodum serium, ut solet plerumque in rebus divinis et seriis segnior magistratus esse, ab urbe proficisci. Verum egressi redibant sub noctem alia via et mandatum a Deo sibi iactabant, uti permanerent causamque suam graviter et serio perficerent.

Ibi Leidensis discurrens hinc inde per urbem cinxit sibi ilia et magna gravitate et mira sanctitate multis anabaptisma persuasit. Nam dixit cincturam et restim poenitentiam et serium laborem indicare. Hinc statim nomen prophetae apud plebem sortitus est.

Cum hoc demum cognosceret Rothmannus maiorem plebis partem accedere anabaptistis, quia apud exteros male audiebat, cogitavit, quomodo se multitudini adiungerent. Ita quaesivit causam et tandem is clam coniungitur. Quidam tunc temporis vir erat bonus et doctus [4] secretarius urbis Monasteriensis, patria *W 1200.*

[1] *Das entnimmt Hamelmann aus Corvinus,* Acta *Bl. A 4^b. Vgl. auch Kerssenbroch S. 423.* [2] *Nach Dorp Bl. C 2^b.*

[3] *Das Folgende ebenfalls nach Dorp. Die Ausweisung der Prediger fällt natürlich in eine viel spätere Zeit.*

[4] *Hamelmanns Quellen für diese Geschichte sind Fabricius Bolandus Bl. E 5^b und J. Manlius,* Collectanea locorum communium ex lectionibus D. Phil. Melanchthonis, Budissinae 1565, *S. 183 f. Vgl. Kerssenbroch S. 390.*

Lipsensis, qui favebat cum syndico urbis d. i. u. Johanne Wick religioni plurimum et promovit negotium evangelii vehementer. Itaque is religionis et evangelii causa veluti hominem eloquentem et doctum saepe invitavit Bernhardum Rothmannum. Interea cum coniunx scribae istius, quae erat pulchritudine mirabilis et corpore decoro, ex quotidiano convictu et aspectu insanire inceperat amore Rothmanni, viri eloquio, autoritate et dispositione corporis praestantis et forsan feminae in hac re consentientis, veneno virum interemit et postea a Rothmanno ducebatur uxor, cuius etiam rei meminit Johannes Bolandus in libro 2. motus Monasteriensis sic aiens [1]:

> Non ego flagitium loquor [a]) exitiale nefandae
> Coniugis [b]), quod ab hoc vir miser arte tulit,
> Coniugis arte tulit Stygia sibi propter opacos [c])
> Concubitus avidi crimen adulterii.

Qua, inquam, femina iam ducta apparuit intrasse in ipsum diabolus, ut scribit Melanthon, quia talis rumor spargebatur in populo, et praeterea iam antea apud multos in odia hominum venerat. Itaque sese tanto facilius Hollando et aliis fanaticis hominibus adiunxit et cum eis postea coepit furere spiritu et quoque rem sacramentariam denuo propagare.

Dum [2]) ita redirent anabaptistae et eorum numerus augeretur non parum, movit ea res senatum et nonnihil etiam perculit admiratione quadam. Itaque maioris vitandi motus et periculi causa iubentur in curiam venire tam anabaptistae, quam evangelii doctores (nam incipiebant auctiores facti prodire anabaptistae) et cum his aliquot homines eruditi ex pontificiis.

Cum paulo ante disputationem [3]) olefecisset Brixius suum affinem Rothmannum factum anabaptistam, graviter hominem admonuit de mundo instituto et cum ille nihil proficeret, adoritur fratrem Rothmannum uxor Brixii et verbis, precibus, imo etiam lacrimis obsecrat et deprecatur eum, ut discedat coeptis, „aut si

a) *Im Original:* loquar. b) *Im Original:* Coniugis hei.
c) *Im Original:* opertos.

[1]) *a. a. O.* [2]) *Nach Dorp Bl. C 2b f.*
[3]) *Das Folgende wird Hamelmann von Cotius oder dessen Frau erfahren haben.*

ita pergas", ait soror, „mi frater, te et hanc urbem perdes et in exitium duces". Is tamen cum videret se iam abiisse in contemptum apud exteros et odiosum multis, quasi induratus respondit: „Ego sic progrediar, quocumque meae res cedant." Interea venit *W 1201.* M. Gerhardus Cotius Ala, de quo alias in historia Alensis oppidi[1], Monasterium et divertitur apud affinem Rothmanni Brixium, concionatorem Martinianum, et postquam iam post aliquot septimanas, de qua re postea dicam, petiissent ministerium Cotii et quorundam aliorum Monasterienses et interim Cotius Lemgoviam vocatus quoque esset, quaesivit veterem amicum Rothmannum aliquoties etiam de consilio Brixii exploraturus eius iudicium, quia nondum erat omnibus manifestum, quid sentiret Rothmannus. Sed is noluit esse Cotio domi. Tandem cum Cotii uxor incidisset casu in Rothmannum et exposuisset suam adversitatem ei, deinde adiecisset iam suo marito oblatam conditionem in urbe Monasteriensi et simul Lemgoviae in comitatu Lippiae seque petere nomine mariti, quid illi suadeat, respondit: „Mi soror, sequatur maritus alteram conditionem; denn es wil hier nicht gutt werden"[2]. Ita propria conscientia hominem accusavit. Haec propterea huc refero, ut ostendatur hominem istum Israelitico regi Saulo similem fuisse, qui aliquoties agnovit suum malum conatum et tamen non resipuit vel destitit ab instituto.

Admonuerat quoque illum Rothmannum doctor Johannes Wick ac senator Johannes Langermannus, et cum videret se nihil proficere apud Rothmannum doctor Wick et ipse technas et[a] versutiam inconstantiamque istius Rothmanni consideraret, se sectario graviter opposuit.

Cum vero consuluisset senatus theologos Marpurgenses, illi prolixe responderunt et plurimis prolatis argumentis pro paedobaptismo refutarunt opinionem Rothmanni et suorum. Sed contrarium scriptum theologis Marpurgensibus opposuerunt Rothmannus et sui, ut in actis huic historiae subiectis demonstratum est a nobis[3].

a) *B und W:* ad.

[1]) *Unten (W 1304 ff.).*

[2]) *Dies fällt also in den Oktober 1533 (vgl. unten W 1309), nicht vor die Disputation.*

[3]) *Von dem Gutachten der Marburger Theologen über die (nicht erhaltene)*

Paulo ante disputationem etiam publice declarabat Rothmannus suam sententiam et, quod antea occultaverat, ingenium suum prodidit sperans se ita in ista disputatione confecturum reliquos concionatores adversarios, ut antea pontificios vicerat. Itaque ad disputationem alacris erat, et quia cum Rothmanno defecerant ex concionatoribus Johannes Cloprisius, qui tunc quoque [1]) advenerat, item [a]) Henricus Rollius, qui fuit quasi autor istius rei, Godefridus Stralen, Hermannus Stapraeda et Dionysius Vynnen Deistensis et iam advenerant Bernhardus Crechtingius, Julius Phrisius [2]), viri eloquentes et docti, qui evocati erant a Leidensi [3]), ideo *W 1202.* sex illorum erant in disputatione instigatoribus et animantibus eos Johanne Leidensi, Cnipperdollingio, Julio Phrisio, Crechtingio et Christiano Kerkeringio, quem posteriorem iam ad se traduxerant ex nobilibus, ut multi referunt [4]).

Mox evocatur Dulmonia oppido Hermannus Buschius, qui antea amavit vehementer Rothmannum, sed iam sectarium graviter confutat et reliquis sinceris ministris evangelii adiungitur in disputatione a senatu, et iis quoque adduntur monachi fratres, quia iam antea abierant et urbem deseruerant caeteri pontificii theologi. Sic iam erant in disputatione a parte piorum Buschius, Johannes Glandorpius, Petrus Wirthemius et fratres Johannes Holtmann Ahusensis et Theodoricus Bredevorth, Arnoldus Belholdus.

Dantur notarii excipientes singula, et ab hac parte Buschius potissimum, deinde alii praedicti locuti sunt. Ab ista Rothmannus deligitur, qui solus verba facit. Disputationem illam et alia multa [5])

a) *B und W:* idem.

münsterische Kirchenordnung vom Frühjahr 1533 und der Gegenerklärung der Prädikanten wird Hamelmann durch v. d. Wiecks Einleitungsrede bei der Disputation vom 7.—8. August 1533 (Hamelmann, De paedobaptismo 1572 *<Berlin KB> Bl. C 4ᵇ f.) wissen. Er hat aber die Äußerung wohl mißverstanden und an eine spätere Befragung der Marburger Theologen gedacht.*

[1]) *Er kam im Februar 1533. Vgl. Cornelius Bd. 2 S. 345.*

[2]) *Dieser ist wahrscheinlich erst später (Ende 1533 oder 1534) gekommen.*

[3]) *Dieser war gar nicht in Münster. Vgl. oben S. 28 Anm. 3.*

[4]) *Sonst nicht überliefert.*

[5]) *Diese* alia multa *fehlen leider. Dagegen sind die Disputationsakten in der Handschrift B beigefügt und 1572 von Hamelmann herausgegeben worden. Vgl. oben S. 2 Anm. 1 und über die sonstige Überlieferung Kerssenbroch S. 425 Anm.*

post finem historiae huius subiciemus, prout ea coram senatu habita est publice.

De hac disputatione sic scribit Antonius Corvinus in libello de rebus Monasteriensium, Von der Monsterischen handelung, qui liber est insertus tomo 2. Germanico Luth. Witeberg.[1]: „Es hat aber auch, ehe denn die unsern" (intellige Hassiacos theologos) „gen Münster kommen, mitt den Teuffern gehandelt und fur dem Rathe disputirt Hermannus Buschius, Johannes Glandorpius, Brixius Nordanus und Petrus Wirthemius. Welchen ich zwar Zeugnuß geben muß, denn ich ire disputation unter den andern Actis gefunden und gelesen habe, das sie sich in diesem fahl menlich, Christlich und ehrlich wider die Rottengeister gesetzt haben, aber doch nichts mehr bei ihnen erlangtt, den darnach die unsern haben bey Inen erlangen mogen, und ist diese Disputation geschehen Jm 33. Jaer am 17.[2]) Augusti."

Circa haec tempora e Lunaburga D. Urbanus Rhegius per literas senatum et concionatores monuit, ut deponerent haeresin[3]). Sed id frustra fiebat. Isti concionatores iam omnes theologos contemnere coeperant. Sed facile interim vincebantur, ut iudicavit etiam senatus./

Factum est autem per totam urbem notum iam finito colloquio, quod devicti essent anabaptistae in disputatione[4]). Ideo fit senatus decretum publicum, ut quam primum urbe excedant[5]) iudicio theologorum Marpurgensium, qui erroris convicti et iam quoque ab aliis disputatoribus, ut Buschio et reliquis, refutati erant. Cum[6]) autem isti per episcopi fines sibi non licere tuto proficisci dicerent, senatus et fidem eis publicam impetrat et viati- *W 1203.*

[1]) *In der Originalausgabe der* Acta *Bl. B* 1^a *f.*

[2]) *Das falsche Datum steht bei Corvinus.*

[3]) *Nur von Hamelmann erzählt. Vielleicht hat er aber bloß an die* „Widderlegung der Münsterischen neuen Valentinianer und Donatisten bekentnus" *von Rhegius, 1535 (vgl.* Bahlmann *S. 22) gedacht.*

[4]) *Das Gegenteil war der Fall.*

[5]) *Hamelmann gibt, um Dorp Bl. C* 3^b *folgen zu können, den Beschluß, den er doch in den Disputationsakten vorliegen hatte, falsch wieder. Es wurde den Predigern nur verboten, von den Streitfragen über die beiden Sakramente zu predigen, und die Beibehaltung der Kindertaufe angeordnet. Vgl.* Kerssenbroch *S. 426. Die Ausweisung wurde erst im November verfügt.*

[6]) *Dieser Satz ebenfalls nach* Dorp *Bl. C* 3^b.

cum una dabat. Ipsi vero, qui multo ante constituissent nusquam alio proficisci, clam ad suae doctrinae sectatores digressi latitabant aliquamdiu et interim curaverunt summam suae doctrinae de impietate paedobaptismi et coenae dominicae usu iuxta Oecolampadii sententiam recte instituto excudi, quam inter plebem et alibi late spargebant, et iusto scripto, quod miram subtilitatem et sanctitatem prae se ferebat, multum plebis ad sese traduxere. Nam hoc fiebat anno 33. octavo Novembris, ubi de suo negotio perversissime ex mutilatis scripturae dictis acute disseruerunt (erat autem Germanicum scriptum profectum ex Rothmanni, Cloprisii, Julii et Leidensis officina), et subscripserunt tantum sex, ut Rothmannus, Cloprisius, Rollius, Dionysius Vinnius[a]) et Straleus[1]), qui se concionatores evangelicos in urbe Monasteriensi appellant et ibi scribunt[2]). Cum hoc olefaceret senatus et ei offerretur liber, omnia templa claudit uno solum aperto ad s. Martinum, in quo Brixius, sororius Rothmanni, docebat[3]), cui sperabant parsurum Rothmannum cum secta. Nam metus erat de aliis, ne anabaptistae, quorum tam magnus erat numerus, qui etiam augescebat in dies, comitati suis doctoribus reliquos evangelii praecones ex templis turbarent.

Interim et disputationem ipsam et hunc librum concionatorum anabaptisticorum atque illam apologiam, quam Rothmannus cum suis opposuerat censurae theologorum in academia Marpurgensi, ad Wolfgangum Capitonem et suos collegas in urbe Argentoratensi, propterea quod Rothmannus semper Capitonem magni fecerat, mittit senatus et eorum iudicium petit[4]), sed illi eruditissime responderunt edito scripto[5]), quod adfertur serius Monasterium in

a) *B und W:* Vinnenius.

[1]) *und Staprade.*

[2]) *Die schon oben S. 18 Anm. 3 genannten* „Bekenntnisse van beyden Sacramenten doepe unde Nachtmaele". *Vgl. auch oben S. 3 Anm. 1.*

[3]) *Dies und das Folgende wieder nach Dorp Bl. C 3b.*

[4]) *Nur von Hamelmann überliefert und wahrscheinlich bloß seine eigene Kombination. In der Vorrede des „Berichts" heißt es Bl. a 1b nur, er sei* „uff beger etlicher gutten Herren und freundt zu Münster in Westval" *geschrieben.*

[5]) Bericht auß der heyligen geschrifft von der recht gottseligen anstellung und haußhaltung Christlicher gemeyn, Eynsatzung der diener des worts, Haltung und brauch der heyligen Sacramenten. 1534. *〈Berlin KB, München HB〉. Vgl. Bahlmann S. 11.*

Martio anni 1534.[1]), cum iam ibi omnia turbata essent. Volumus tamen ex isto doctissimo libro annotare breviter summam totius scripti.

Scripti Argentinensis autores ibi exprimuntur, quia subscripserant eidem doctor Wolfgangus Fabritius Capito, D. Caspar Hedio, M. Matthias Zellius, M. Martinus Bucerus, Symphorianus Pollio, M. Deiboltus Schwartius. (Hic Deiboltus dicitur alibi Latine Theobaldus Niger.) Hi eruditissime defendunt[2]) theologorum Marpurgensium censuram probantes, quod illi recte contra Rothmannum atque suos eorumque perversas opiniones pronunciaverint. De disputatione vero sic scribunt[3]): „Zwar unsere lieben Herrn und bruder Buschius und die andern, so in eurem gesprech fur dem kindertauff geredt, haben den wahren christlichen[a]) grund in dieser sachen gnugsam dargethan und mugen warlich unserer lieben bruder euer prediger einreden damitt nicht bestehen. Man hat wol bald neben zu ettwas im schein dargeben, als ob der sachen wäre abbrochen, aber warlich, wenn mans im grunde besiehet und erwegt, hat man leicht zu sehen, das es Wortt sind." Item in medio libri sic loquuntur[4]) (nam ego illa Latina feci): „Noster dilectus frater, amicus et dominus Hermannus Buschius erudite respondit domino Bernhardo in hanc sententiam: Hodie feminis porrigitur eucharistia, licet hoc quoque non exprimatur in sacris literis certo et explicito praecepto vel exemplo, quia tantum duodecim apostoli et alii viri leguntur in coena fuisse. Ibi quidem recte ille Bernhardus respondet eas comprehendi sub electorum et fidelium numero, cum in Christo neque mas neque femina, sed valeat nova creatura teste Paulo. Sed quia ipse cum suis nasutus est in petendo a nobis novo et explicato quodam praecepto de puerorum baptismo, quoniam eos non vult comprehendere sub fidelium numero, cur igitur et nos in communione mulierularum probanda non similiter peteremus expressum mandatum? Quoniam, quod ille locum Pauli ad Galatas adfert, ut ostendat nul-

W 1204.

a) *Im Original:* schrifftlichen.

[1]) in Mertz, Im jar 1534 *ist das Datum des Impressums; die Vorrede ist vom 5. März.*

[2]) *Die folgende Inhaltsangabe beruht wohl auf eigener Lektüre.*

[3]) *Bl. D 2a.* [4]) *Bl. u 2b ff.*

lam esse viri et mulieris differentiam in numero credentium, parum ipsum iuvat, quia ibi apostolus loquitur in Christo nos unum esse. Attamen differentiam statuit in ecclesia, quia vult tacere in ecclesia feminam apostolus. Ideo quaedam est differentia. Ita possunt quoque iuxta Rothmanni conclusionem arceri a sacramento. Hic profecto nihil aliud respondere poterit Rothmannus, quam illorum esse eucharistiam, qui sunt Christi. At feminae sunt Christi. Ergo et [earum] eucharistia. Idem dicimus et nos de pueris, qui cum sint Christi, ergo eis debetur baptismus, et si aetas accesserit, ut se possint probare, competit etiam eis [a]) eucharistia. Omne verum vero consonat, et ex vero nihil nisi verum sequitur. Si enim in Christo Jesu omnes promissiones Amen, 2. Corinth. 1., ergo et Abrahae promissio facta non est ratificata et firma, nisi in Christo. Si vero Abrahae filiis promisit se fore eis in Deum dato sigillo fidei circumcisione, quanto magis adveniente Christo erit nostris filiis in Deum, et vult, ut propterea baptizentur veluti illi circumcidebantur? Quod vero Rothmannus dicit apostolos, tametsi saepe *W 1205.* loquantur de educatione puerorum, nusquam tamen loqui de baptismo eorundem, quoque eum parum iuvat. Nam cum semel etiam in gratiam essent gentes susceptae, voluerunt etiam Judaei, ut ad ceremonias legis assuefierent gentes et simul circumciderentur. Ergo censebant eas similiter non promissionis participes. Ideo his reclamavit Paulus ostendens non circumcidendos esse, quia Christiani habent signum foederis a Christo acceptum baptismum. Ipsi quoque falsificant [b]) textum Pauli 1. Corinth. 7. Nam „soluta", inquit ibi [c]), „quaerit, quae Domini sunt, ut sit sancta in spiritu et corpore". In tali significatione antea dixerat filios nostros esse sanctos. Quia et Augustinum sua mater assuefecit ad pietatem, et pro eo oravit, ut esset et fieret sanctus. Sed hic excipiunt adversarii dicentes multos parentes esse impios. Sed potest fieri, ut alter coniugum sit pius. Erat Nabal fatuus et ingratus, Abigail prudens et grata. Deinde promisit Deus se fore beneficium piis usque in mille generationes. Sint impii parentes, tamen cum Christianis cohabitent. Cogitemus pios reges Ezechiam et Josiam impios parentes habuisse, tamen eis benefecit propter Davidem."

a) *fehlt W.* b) *W:* salsivicant. c) *W:* ea.

Et mox: „In omnibus suis argumentis vestri concionatores, o Monasterienses, procedunt ex parte ad totum atque illud, quod secundum quid est, ad dictum simpliciter referunt. Sic baptismum Christi adferunt, sic exempla veteris ecclesiae adferunt, sic Rom. 6., quod significet mortificationem baptismus, proferunt. Quod vero censent isti pueros primum docendos et tum baptizandos, est mirandum, cum etiam id commode possit fieri post baptismum, veluti in veteri ecclesia catechismum proponebant pueris baptizatis, quem cum recitare possent, confirmabantur" etc. Sed multa habent similia in hoc libro Argentinenses doctores, quae a nobis, inquam, in disputatis ipsis contra anabaptistas pro paedobaptismo argumenta prolata sunt. Ideo remittimus lectorem ad illa disputata in fine apposita [1]).

Cum iam ita clam latitarent anabaptistae nec amplius Rothmannus doceret publice vel eorum quisquam, clam tamen concionatus est in aedibus quibusdam Rothmannus cum collegis, atque tempus concionis ictu bombardae indicabatur [2]), et potissimum populus cucurrit ad conciones Rothmanni, quem semper ab initio dilexerant et secuti erant propter eloquentiam. Etsi vero saepe decrevisset aufugere Rothmannus et mente alta gravissime revolverat haec et illa, tandem, cum secum statuisset se ibi mansurum, cogitavit de variis regnis et, ut retineret homines in suo ordine, ne quis fuga sibi salutem quaereret, incepit dementare homines toxico tabioso. Aiunt enim ab illo suisque collegis post secundam intinctionem inficiatos fuisse homines haustu potionis ex lagena tenui in aedibus Rothmanni et alibi, cuius rei etiam Kersenbrochius meminit [3]). Homines isto potu inficiati quasi furibundi sitiebant omnes et ad quaelibet scelera perpetranda erant paratissimi. *W 1206.*

Persuadet [4]) quoque Rothmannus nymphis et vestalibus Transaquas, ut ex suo templo et coenobio omnia transferrent; ruiturum

[1]) *Vgl. oben S. 36 Anm. 5.*

[2]) *Nach Kerssenbrochs Gedicht S. 18 und Fabricius Bolandus Bl. G 2b.*

[3]) *In seinem Gedichte S. 19. Auch Fabricius Bolandus Bl. G 2a. Vgl. Kerssenbroch S. 484.*

[4]) *Das Folgende wohl aus Kerssenbrochs Gedicht S. 20 und Fabricius Bolandus Bl. G 1b entnommen. Die Prophezeiung fällt erst in den Februar 1534. Vgl. Kerssenbroch S. 481.*

enim templum cum toto aedificio coenobitarum. Istae persuasae mira verborum perplexitate Rothmanni transferunt magnam suorum bonorum partem ad aedes Rothmanni et aliorum. Forsan ea spe id fecerat nebulo, ut illa bona hac ratione aucuparetur et deinceps in posterum occuparet et retineret. Nam existimant quidam, id ita subornatum esse. De utroque enim vestalium virginum monasterio hoc dixerat. Sed Aegidianae virgines non tam subito sunt motae, imo ne loco moverunt quicquam.

Mense Novembri [1]) mittunt consules et senatores ad Philippum, landgravium Hassiae, et petunt ab illo viros aliquot doctos ad sectam illam retundendam sibi mitti. Ita ille mittit duos docendi causa, Theodoricum Fabritium, qui ab eo tempore in hunc fere diem [2]) hactenus fuit superintendens Cervesti in ditione Anholdinorum principum, doctor theologus et insignis Hebraeus, et Johannem Melsingerum, quem in publico scripto [3]) Antonius Corvinus appellat Leningium, et hic posterior cognita rerum perturbatione, periculo etiam commotus domum redit [4]), quia propter illos recipiendos erat gravissimus tumultus et aliquot caedes committebantur [5]). Fabritius autem mansit (quamquam Bolandus dicat [6]) utrumque propterea regressum esse) et iam inito foedere ac pace statuta inter utramque partem post longam digladiationem aperitur isti [7]) templum Lambertinum, qui strenue monebat cives, ut ab anabaptistica doctrina diligenter caverent, atque in hoc stadio decurrit ac mansit, donec anabaptistae superiores facti reliquos urbe pellerent, ut postea recitabitur.

Cum alter collega Fabritii est regressus [8]), vocatur doctor Johannes Westermannus a senatu in concionatorem evangelii, quia

---

[1]) *Das Folgende nach Dorp Bl. C 4a.*

[2]) *Er starb 1570. Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 127.*

[3]) Acta, *Handlungen usw. Bl. B 1a.*

[4]) *Nach Dorp. Beide trafen am 8. November ein, und am 3. Dezember war Lening noch in Münster. Vgl. Cornelius Bd. 2 S. 347.*

[5]) *Zusatz Hamelmanns?*

[6]) *Bl. G 3b.*

[7]) *Das Folgende fast wörtlich nach Dorp Bl. C 4a.*

[8]) *Diese Angabe ist nicht richtig. Westermann war in Münster vom 23. November (oder noch etwas früher) bis 28. Dezember 1533. Vgl. Cornelius Bd. 2 S. 348 und Kerssenbroch S. 464.*

is tunc ex urbe Lippia eiectus erat[1]). Ne quid vero omnino desiderari posset, certam doctrinae[2]) et administrationis eucharistiae formulam conscribit Fabritius, quae probatur etiam ab adveniente doctore Westermanno et praesentibus tantum Glandorpio et Petro Wirthemio, qui duo etiam in eo laboraverant, atque illa a magistratu et tribunitia potestate recipitur et probatur, quamquam Redekerus iam per Rothmannum alius esset factus. Permissu deinde senatus incipit rursum docere in aede Ludgeri Petrus Wirthemius[3]). Sed causabantur sectarii de idiomate superioris linguae sibi ignoto[4]), quo Fabritius et Petrus utebantur. Itaque eo praetextu bis convenerant armati in forum, sed interim a senatu, cuius caput erat Judefeldius consul, qui serio rem egit, et civibus vincebantur et in angustias deducebantur, et mirum, cur non ista victoria vel ex urbe eiecerint vel ad supplicium duxerint[5]). Sed in tanta turba pacem et mitigationem quaerebant sapientes. Ideo cogunt ferre docentem Petrum Wirthemium, et Westermannus quoque interdum docuit.

W 1207.

Sed hic se in omnes vertit partes et omnibus viribus expansis hoc unum agit Rothmannus, ut Wirthemium et Fabritium Westermannumque templis eiciat. Ita primo Wirthemium anabaptistae praeeunte Rothmanno et Cnipperdollingio eiciunt[6]). Fabritium vero cum viderent senatorum et praestantium virorum praesentia munitum, nondum quidem tum eicere potuerunt, sed ut suam illam vim palliarent, Fabritium et Westermannum doctorem et alios in disputationem provocabant[7]). Iam erat mortuus Buschius Dulmae in arce[8]), Belholdus exierat urbem[9]), et Johannes quoque Wyck,

[1]) *Auch dies ist falsch. Lippstadt ergab sich dem Herzog von Kleve nicht 1533, wie Hamelmann meint, sondern 1535. Vgl. unten unter Lippstadt (W 1051 f.).*

[2]) *Das Folgende zum Teil nach Dorp Bl. C 4ª f.*

[3]) *Aus Dorp Bl. D 1ª entnommen.*

[4]) *Nur von Hamelmann erwähnt.*

[5]) *Kämpfe haben in dieser Zeit nicht stattgefunden. Hamelmann entnimmt seine Erzählung vielleicht aus Fabricius Bolandus Bl. G 3ᵇ f.*

[6]) *Nach Dorp Bl. D 1ᵇ.*

[7]) *Aus Dorp Bl. D 1ᵇ f. entnommen, aber falsch eingeordnet. Vgl. Kerssenbroch S. 465*

[8]) *v. d. Busche starb erst im April 1534.*

[9]) *Wann Belholt die Stadt verließ, ist nicht bekannt.*

doctor et syndicus, aut iam erat interfectus aut adhuc incarceratus[1]). Nam maturius is egrediens urbem, ut se Bremam conferret, ubi suam operam senatui addixerat, intercipitur in itinere de consilio et iussu dumherorum Monasteriensium.

Quae res sic pertractata esse dicitur[2]). Cum enim ille doctor Wickius turbatis omnibus fugeret e Monasterio Bremam tendens, interceptus esse a ministris episcopi ex sententia capitularium Monasteriensium dicitur circa Forden, arcem ditionis Osnaburgensis, cuius quoque erat praesul ille Monasteriensis episcopus, et deductus in arcem ditionis Osnaburgensis Forstenow (quoniam huic plurimum erant irati pontificii in urbe Monasteriensi, ut dixi, et habebant autorem totius tragoediae, postquam is sua autoritate et eloquio apud senatum, patricios et potentes promovisset evangelium et multorum egisset causam contra clerum et rasos saepe, ita quoque procurator fuerat Romae Johannis Reuchlini contra Jacobum Hochstratum Coloniensesque et Lovanienses theologos *W 1208.* eiusque causam strenue et fideliter executus erat[3]), quo nomine etiam omnibus clericis et monachis infensissimus erat, qui omnes eum extreme persequebantur) veluti Johannes Baptista in carcere decollatus dicitur, et postea eius corpus aggeri est inclusum, quod iussu et petitionibus Rotgeri Schmisingi decani et deinde cellarii Melchioris a Buren per praesulem esse factum fertur. Aiuntque multi hunc posteriorem Melchiorem aliquando tumulo istius doctoris a Wick, dum forte ipse in arce Forstenow ageret, insultasse et dixisse: „O vicinus, vicinus, hic iacet hostis noster." Ita insultatum est mortuo praeter naturam. Cum uxor istius doctoris, quam pauperculam duxerat (nam dixerat saepe: „Decet divites ducere pauperculas, ne illae desperent"), putaret maritum adhuc superstitem, tantum quod incarceratus esset, impetravit ab illustrissimo duce Ernesto Luneburgico intercessorias literas, quas cum obtulisset, hoc tulit responsi doctorem Wick mortuum esse in carcere et iam sepultum.

[1]) *v. d. Wieck wurde erst im Februar gefangen genommen. Vgl. zum Folgenden Kerssenbroch S. 512ff.*

[2]) *Über das Ende v. d. Wiecks hat Hamelmann einige sonst nicht überlieferte Einzelheiten. Seine Quellen kennen wir nicht. Vgl. dazu die ihn ergänzende Darstellung von Kerssenbroch ebenda.*

[3]) *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 162f.*

Hinc sic de eo doctore scribit Henricus[a]) Dorpius in suo libro de actis Monasteriensium, qui exstat in 2. tomo Lutheri Germanico Wittebergensi[1]): „Ach das unschuldige Blut des frommen und gelehrten Doctoris Johannis Wick schreiet gen himmel wieder die mörder" etc. Item[2]): „unter andern der teure und gelerte man Doctor Johannes Wick erbärmlich umb sein leben bracht ist" etc. Ita quoque scribit Antonius Corvinus de eodem in suo scripto, quod in eodem tomo Lutheri Germanico Wittebergensi exstat[3]): „Wenn Doctor Johann von der Wick noch lebete, solte man von diesen und dergleichen Rothmanni bubenstuck gar seltzam ding horen. Denn ich ia dem gelehrten und fromen Manne, ob er wol umbracht, das Zeugniß geben muß, daß er aufs hefftigste dem Rothmanno und seiner Rotten widerstanden" etc. Notetur et hoc testimonium. Sed videat lector integros locos Corvini et Dorpii in 2. tomo German. Wittebergensi Lutheri. Fuit profecto doctor ille usu rerum et experientia praestans vir et pius.

Fama quoque referebat episcopum istius facti valde postea paenituisse et semper conquestum fuisse id dumherorum Monasteriensium instinctu factum.

Johannes Langermannus iam quoque abierat, qui postea Hamburgae vixit et sancte ibi mortuus est[4]).

Cum igitur illi praestantes viri abessent et maxima pars plebis et plerique etiam ex patriciis accessissent ad istam sectam, factus est insolentior et animosior Rothmannus quasi praesentes doctores evangelii contemnens. Ideo provocavit[5]) istos, inquam, et omnes praesentes doctos viros ad disputationem, in quam ita *W 1209.* consensit senatus, ut ex sacris literis tantum aliisque scriptis horum similibus et consentaneis res ageretur adhibitis ex vicinis et peregrinis locis aliquot viris literatis atque bonis velut arbitris, qui partis utriusque sententiis et argumentis probe cognitis et investigatis decernerent, et tum, quod ii statuissent, ratum fore, quo sublatis tandem dissidiis pax restitueretur ecclesiae. Cum vero praesides nominaret Rothmannus, quos ipse ex suae sectae homi-

a) *B und W:* Johannes.

[1]) *In der Originalausgabe Bl. E 1a.* [2]) *Bl. D 4b.*
[3]) *In der Originalausgabe Bl. A 4b.* [4]) *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 127.*
[5]) *Das Folgende nach Dorp Bl. D 1b.*

nibus vellet et interim contra senatum hoc velle [intelligeret][a]), ut aut ex Marpurgensi academia evocarentur aliquot theologi aut ex vicinis locis, videlicet Osnaburga doctor Gerhardus Heckerus, Susato Johannes Pollius, Hervordia doctor Johannes Dreyerus, Lemgovia Gerhardus Oemikenius tamquam praesides evocarentur[1]), cogitavit, quomodo disputationem posset evertere. Intellexerat etiam tunc a Glandorpio et Wirthemio ad apologiam suam postremam lectam coram senatu responsum esse erudite[2]), et deinde iam videns M. Fabritium, D. Westermannum, Wirthemium, Brixium, Glandorpium optime animatos et ad disputationem alacres et simul doctos recusavit conditionem et disputationem cum suis repudiavit Rothmannus, imprimis, quod illi arbitri et iudices vocandi non placerent ei. Cum vero tam aequam conditionem subterfugerent, coeperunt iterum a vulgo contemni.

Hanc vero[3]) maculam ut eluerent, aliam rationem ineunt magis compendiosam. Ex ipsis Henricus Rollius veluti afflatus numine per urbem discurrit in die Innocentum[4]) ad finem anni 1533. et „Poenitentiam", inquit, „agite et rebaptizamini; sin minus, ira Dei iam vos obruet". Hic coeptum est vulgo tumultuari, et quicumque rebaptizarentur, eadem, quae ille, eodemque loco declamabant. Multi, quod iram Dei metuerent, quam isti tantopere iactitabant, simplicitate circumventi, homines alioqui non mali, morem iis gerebant, alii, ut in die Domini, quem instare dicebant, sancte subsisterent, terrentur et flectuntur, alii etiam, quo fortunas suas conservarent (adversarios enim anabaptistae possessionibus deicere conabantur, et hoc factum fuit in diebus 28., 29. et 30.[5]) atque sequentibus ultimis mensis Decembris), clamabant eiciendos impios et occidendas omnes gentes.

a) *Etwas ähnliches fehlt B und W.*

[1]) *Hier hat Hamelmann wohl einfach die damaligen namhaften Theologen der Umgegend, die er kannte, eingesetzt.*

[2]) *Gemeint ist wohl die am 31. August eingereichte Entgegnung Glandorps und Wirtheims gegen Rothmanns Rede bei der Disputation am 8. August, gedruckt bei Hamelmann,* De paedobaptismo *Bl. G 2 ff.*

[3]) *Das Folgende fast wörtlich nach Dorp Bl. D 2a f.*

[4]) *Dorp:* vast umb Innocentum. *In Wirklichkeit begann der Bußruf erst am 6. Februar, und nicht durch Roll. Vgl. Cornelius Bd. 2 S. 340 f.*

[5]) *Ausschmückung der Dorpschen Angabe. Auch dies fällt später.*

Hic incipiunt ex urbe fugere plerique viri prudentes, etiam concionatores (Glandorpius[1]), Fabritius[2]), Westermannus[3]) et Brixius[1]), nonnae vestales, pontificii et sacrificuli reliqui. Mansit ibi adhuc Wirthemius[2]) et pauci alii rogatu senatus.

Ibi ab utraque parte fiunt vigiliae, constituuntur vigiles et quaelibet pars sibi ab insidiis alterius metuit . . .[4]). *W 1210.*

Urbs est ita sub annis 16 reaedificata, templa ita exornata, aedes ita exstructae et undique vallis civitas munita, ut nunc sit longe splendidior, firmior et potentior, quam ante obsidionem. Et postea papistica religio sumpsit in ea urbe incrementum, quamquam ab eo tempore nunquam esset liberata plane ab eius sectae hominibus ibi latitantibus. Nam et ego hoc aliquando re ipsa apud vetulam ante annos sedecim expertus sum, et quidam Adam Pastoris, antesignanus quorundam anabaptistarum, ut dixi in praefatione[5]). *W 1296 Zeile 31.* *W 1297.*

[1]) *Glandorp und Brictius waren am 1. Februar noch in Münster (Cornelius Bd. 2 S. 336), und es ist unsicher, wann sie entflohen.*

[2]) *Fabricius und Wirtheim gingen erst am 27. Februar (Kerssenbroch S. 464 Anm. 1).*

[3]) *Über Westermann vgl. oben S. 42 Anm. 8.*

[4]) *Es folgt die Erzählung der Unruhen vom 9. bis 11. Februar und die weitere Geschichte der Wiedertäufer, auf die wir hier verzichten.*

[5]) *Dort heißt es, W 1181 f.:* His omnibus *(vorher sind genannt Storch, Münzer, Rinck, Hubmair, Sattler, Hofmann usw.)* annumero Adamum Pastoris, qui post cladem Monasteriensem fuit anabaptistarum antesignanus in Westphalicis oris per ditionem Monasteriensem, comitatum de Marca, ducatum de Monte et Coloniensem ditionem, quae est Westphalica. In quibus locis ille diu vagatus est diciturque passim suae factionis multos nobiles in praedictis locis habere. Hic refertur mortuus esse Monasterii et trans aquas sepulturam consecutus. Exstant eius aliquot libri, quorum nonnulli mihi visi sunt. Eius praeter anabaptisterium opinio quoque fuit Christum esse verum hominem, sed esse Deum Patrem priorem suo filio Christo et maiorem esse Christo Ariano more. Apparet autem ex scripto Justi Menii edito anno 1530. ad landgravium contra anabaptistas *(gemeint:* Der Widderteuffer lere und geheimnis, *Wittenberg 1530 (Münster UB.)* hanc sententiam primo defendisse Melchiorem Rinck. Cum contra rursum Menno Simon praeter anabaptisma Valentinianum dogma retineret de incarnatione Christi, videlicet ipsum non fuisse proprie verum hominem, hoc est, illum non ex Maria Virgine sumpsisse carnem, interim verum esse Deum ante saecula natum patri coaequalem, propterea Menno Adamum et Adam Mennonem, videlicet propter diversum dogma excommunicaverat. Menno autem Novatianorum dogma de non recipiendis lapsis post semel agnitam veritatem retinet cum suis et quod non sit Christianis belli-

dicitur ibi ante aliquot annos mortuus esse, cuius etiam libros [1]) vidi Monasterii.

Accidit autem ex ista secta hoc, ut viri boni et proceres, qui veritati addicti erant, sint mutati et ad papisticam religionem inclinarint timentes illud doctrinae genus, quod nos profitemur, non esse diversum ab anabaptistica. Aiunt hodie repullulare istum errorem in abditis locis istius urbis. Hoc si verum est, iustum referunt homines papistae impii, quotquot in senatu sunt, et dignum se praemium, qui postquam veritati locum non dent, efficacibus erroribus implicabuntur iuxta sententiam Pauli 2. Thess. 2.

Ego Hamelmannus enim quinquennio elapso [2]), quando responderem Jacobo Horstio [a]), Coloniensi sophistae et theologo, in controversia de utraque specie laicis porrigenda [3]), admonui pie et graviter publico scripto [4]) (in quo totius antiquitatis testimoniis apertissimis diserte productis probaveram calicis usum immediate pertinere quoque ad omnes laicos) senatum Monasteriensem [5]), ut et iuxta Christi institutionem et Pauli claram repetitionem omissa una sacrilega et mutilata specie usum utriusque speciei susciperent in suas ecclesias et iam cogitarent de aeterna sua salute ratione officii. Deinde monui suffraganeum, ut is deposito terreno thesauro cogitaret de coelesti, tum quoque monachum summi templi

a) *B und W:* Hostio.

gerandum nec eis rixari vel iurare liceat coram foro et magistratus nostros esse impios, tum quod sacramenta sint nuda et pura signa. Videntur autem illi quasi merita constituere, dum omnes alios prae sua secta condemnent, et has posteriores opiniones de meritis et sacramentis et aliis retinuit quoque Adam Pastoris cum suis, quamquam tamen non sit tam rigidus. Non [scio], an quisquam se publicis scriptis opposuerit Adamo clam ad ripam Lippiae et in Westphalicis locis olim vaganti. — *Vgl. über Pastor K. Rembert, Die Wiedertäufer im Herzogtum Jülich, Berlin 1899, S. 25, 485—488, 500 f. und Realenzyklopädie Bd. 3 S. 759 f.*

[1]) *Von ihnen ist nur bekannt:* Underscheit tusschen rechter leer unde valscher leer. *s. l. e. a.* <*Amsterdam, Bibliothek der Doopsgezinte Gemeente*>.

[2]) *1563.*

[3]) *Näheres darüber unten unter Dortmund (W 1032).*

[4]) Responsio prima. Qua ostenditur sententiam de utraque parte eucharistiae laicis simul porrigenda . . adversaria Jacobi Horstii sophistae Coloniensis assertione non esse eversam, sed firmam adhuc perstare . . . Anno LXIII <*Soest StB*>.

[5]) *In der gleich zitierten Vorrede.*

et pastorem Lambertinum obtestatus sum per Dominum Jesum Christum, ut velint omnes isti etiam ratione sui officii cogitare de veritate et consideratis nostri libri argumentis verum usum sacramenti suis auditoribus restituere. Monui simul examinatorem ordinandorum Bernhardum Lingium [1], scholae conrectorem, ne amplius ex impio Gropperi catechismo proponeret quaestiones examinandis, ipsum quoque ludimoderatorem M. Hermannum Kersenbrochium cum collegis, ut abiecto impio Jesuitarum vel Canisii catechismo, quo idem ille error de una specie cum multis aliis papisticae idolomaniae erroribus astruitur, velit secum expendere, quomodo iuventus sancte institui queat. In eodem scripto errorem confessus veritati testimonium dedi et palam retractavi, quod ibi ex zelo, non secundum scientiam aliquando ante octodecim annos in ea urbe unius speciei usum meis auditoribus commendassem in concione ignoranter. Hoc quia concionibus rectractare non licuit mihi, publico testabar scripto meam istam vocem falsam fuisse. Illum librum oblatum nemo ibi suscipere voluit ex consulibus, et reliqui omnes ista surda aure praeterierunt, meaque admonitio neglecta est. Tamen ex eo mea ipsa verba ad Monasterienses scripta et typis evulgata subiciam [2]. *W 1298.*

„Infelix ego homo, cui temere, licet ignoranter, emissa est olim ante annos ferme octodecim [a]) vox in vestro quodam templo [4]) pro concione dicenti, etiam interposito (ex zelo, non secundum scientiam) conscientiae pignore unam speciem panis esse verum sacramentum. Sed cum id retractare concionibus non liceat, nunc publico scripto testor istam meam vocem fuisse falsam unamque speciem, quae hactenus laicis data est, impiam esse scripturaeque atque toti antiquitati contrariam. Et saepe me aliosque pios male habuit, quod videamus vestram splendidis-

a) *Im Original:* duodecim [3]).

[1]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 129.*

[2]) *Bl. A 1b—A 2a:* Amplissimis consulibus, prudentissimo senatui optimisque civibus in metropoli Westphaliae Monasterio urbe florentissima Christi gratiam precatur Hermannus Hamelmannus licentiatus theol. Infaelix ego homo . . .

[3]) *Also 1551 oder 1552.*

[4]) *St. Servatii, wo Hamelmann Vikar war (vgl. oben S. 1).*

simam urbem, quae olim verum usum eucharistiae habuit, sacrilega mutilatione sacramentorum fascinari ab iis, qui vobis in verbo praesunt. Itaque oro per Dominum Jesum et eius iudicium, quod prae foribus est, ut hic tamquam canes mortui non amplius torpeant taceantque. puto dominum suffraganeum, quem velim postposito terreno thesauro cogitare de aeterno, et concionatorem summi templi et novum pastorem Lambertinum reliquosque omnes, ut cogitent, quomodo vobis verum usum sacramentorum restituant. Oro etiam dominum examinatorem ordinandorum, ne amplius proponat ex impio Gropperi catechismo quaestiones. oro etiam ludimoderatorem cum collegis, ut abiecto Jesuitarum catechismo, quo idem error propagatur, expendat, ut sancte iuventus instituatur. Vos quoque, ampli, eximii domini, rogo per filium Dei, ut cogitetis de aeterna vestra salute, ut hoc unum agatis, quo vobis integritas testamenti Christi probe restituatur. Valete in Christo."

Fuit etiam aliquando sacellanus in aede d. Ludgeri Rudolphus Casterus Ransdorffius [1]), vir verae doctrinae studiosus et mediocriter disertus. Hic de usu utriusque speciei et de aliis sincerae [a]) [doctrinae] [b]) locis docuit publice et multis administrabat iuxta Christi institutionem eucharistiam patrocinante illi Alberto Mommio [2]), II. licentiato, consule urbis, qui quoque ita ab illo communicatus erat. Sed illo consule mortuo citatur ex instigatione pontificiorum Coloniam Ransdorffius, ubi cum comparere nollet coram suspectis iudicibus et peteret sibi in ea urbe aequiores dari, pellitur ab urbe et ab officio deponitur et hodie [3]) est pastor in Wulfen sub domino Bernhardo de Westerholte, domini in Lemken [4]).

W 1299. Nunc audiamus de pontificiis concionatoribus Monasteriensium inde ab expugnata urbe, de quibus ego tamen sciam. Docuit

a) *W:* syncere. b) *fehlt B und W.*

[1]) *aus Ramsdorf.*

[2]) *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 158. Mumme war 1551 und 1555—1557 Bürgermeister.*

[3]) *Also 1568. Er scheint vor 1572 gestorben zu sein. Am 10. Mai dieses Jahres erscheint Theodor Smythals als Pastor von Wulfen (Akten der Visitation des Bistums Münster 1571—73 hrsg. von W. E. Schwarz, Geschichtsquellen des Bistums Münster Bd. 7 S. 195). Der Pastor war damals verheiratet, die Gemeinde* „assecla Martini Lutheri" *(Westdeutsche Zeitschrift Jg. 8, 1889, S. 355).* [4]) *Lembeck.*

ibi in summa aede Johannes Aquensis, monachus observantici ordinis, cum magna admiratione[1]), quem etiam in suffraganeum suscipere decreverant impetrata illi Romani pontificis gratia. Sed is se libidinibus contaminavit et proditus convictusque de adulterio commisso cum civis uxore formosa eiusque aliis libidinibus proditis rapitur a senatu et includitur carceri ante annos 1547. Ibi senatus citatur Romam a capitulo maiori, quod in hominem sacris initiatum manus iecissent. Cum autem ad annum fere fuisset detentus in carcere, tandem dimittitur ex vinculis et sui ordinis fratribus traditur. Aiunt etiam multum pecuniae isti controversiae, quam tunc hoc nomine capitulum movit senatui, utramque partem impendisse[2]). Johannes ille postea constitutus erat haere-

[1]) *Auch Kaspar Schele nennt ihn in seinen Aufzeichnungen (Mitteilungen des hist. Ver. zu Osnabrück Jg. 1, 1848, S. 132)* „ob concionandi eximiam vim ac plurimas ingenii dotes nec non ob praecellentissimam formam percelebris" *und Dietrich Lilie (Osnabrücker Geschichtsquellen Bd. 3 S. 278) einen* „dapper gelert man", „de vorerst wol angeseen unde gehort van dem gemeinen volcke". *Letzterer fügt allerdings nachher bei:* „dan de art is in Broder Johan van Aken gewest, dat he den hoiken na dem winde holden konde: darna als de personen unde tohorers sin gewest, darna konde he ock sinen sermoin ordineren." — *Außerdem war Johann von Aachen als Mathematiker und Tausendkünstler und Wiederhersteller der Domuhr bekannt,* „ein gelert und kundich man, welch nach der belegerunge auch groißen fleit anwande, das das uhrwerck in den domb wedder restaurert wordt" *(Röchells Chronik in den Geschichtsquellen des Bistums Münster Bd. 2 S. 6 und Kerssenbroch a. a. O S. 42; vgl. auch J. B. Nordhoff, Die kunstgeschichtl. Beziehungen zwischen Rheinland und Westfalen, in: Jahrbücher des Ver. von Altertumsfreunden im Rheinland H. 53/54, 1873, S. 63). — Hamelmann erwähnt ihn auch in der Reformationsgeschichte von Osnabrück W 1139 f., wo er von einem auf Befehl des Bischofs Franz von Waldeck unternommenen Redekampfe zwischen ihm und Bonnus erzählt. Vgl. dazu Lilie a. a. O. S. 279 und B. Spiegel, Hermann Bonnus, 2. Aufl., Göttingen 1892, S. 93 ff. — Ein sehr günstiges Zeugnis über ihn von einer gewichtigen Persönlichkeit (Hoetfilter ?) aus der Zeit kurz vor seiner Verhaftung ist mitgeteilt von W. E. Schwarz, Akten der Visitation a. a. O. S. 233.*

[2]) *Johann wurde* in vigilia Thomae *(20. Dezember) 1548 wegen Ehebruchs mit der* „Loebbersche, Lubbert von Schuttrups frauwe" *(Röchell ebenda) verhaftet. Der Prozeß zwischen Klerus und Stadt zog sich fast zehn Jahre hin und wurde erst am 13. August 1558 durch einen Vergleich beendigt. Umfangreiche Akten von der geistlichen Seite im Staatsarchiv Münster, Münster. Landesarchiv 283ᵃ und ᵇ, dazu Urk. des Fürstentums Münster Nr. 3305 (Straferkenntnis des päpstlichen Kommissarius und Richters Dr. jur. Joh. Tisch, Dechanten an St. Severini in Köln, vom 10. Dezember 1550) und 3423, von der*

ticae pravitatis inquisitor Sutphaniae, sed nunc Noviomagi, ut audivi, in coenobio observantico delitescit gardianus [1]).

Postea ibi factus est suffraganeus circa annum 1550. M. Johannes Kritius [2]), qui mira hypocrisi et ficta sanctitate aliquot beneficia Coloniae collegerat et suis concionibus lacrimabundis multum aeris conflaverat. Is impendit brevi tempore, cum Interim conaretur Gropperus plantare in sua patria, suam operam Groppero in urbe Susatensi, ut ibi papatus stabiliretur [3]), sed hoc fecit ea lege, ut opera Gropperi promoveretur in suffraganeum Monasteriensem. Vidi aliquando ab ipso factas quatuor conciones uno die in quatuor locis Coloniae. Quomodo extorserit querula voce lacrimans munera matronis Monasterii, cum abiturus esset ad concilium Tridentinum, multis notum est. „Ah", inquit, „ego tantum et tam longinquum iter ingrediens nunquam forte ad meas oves redeo, quarum desiderio maxime teneor. Opto tamen ex animo, ut illi viri et matronae, quae me amant propter conciones catholicas, dignentur prius mihi [a]) loqui, ut rite valedicere ipsis

a) *W:* me.

anderen Seite im Stadtarchiv Münster Vd. 1. Der Vergleich ist mitgeteilt von Röchell a. a. O. S. 13—18. Vgl. ferner über diese Geschichte Kerssenbroch, Catalogus episcoporum Mimigardefordensium *(Staatsarchiv Münster, Msc. I 229), Bl. 141b und 151b, Schele a. a. O. S. 132 f., Lilie a. a. O. S. 278, H. Kock,* Series episcoporum Monasteriensium P. 3, Monasterii 1802, *S. 78 und 104, H. A. Erhard, Geschichte Münsters, Münster 1837, S. 385 f., A. Tibus, Geschichtliche Nachrichten über die Weihbischöfe von Münster, Münster 1862, S. 61 ff. — Die Frage, ob Johann schuldig war, wird durch die Akten, da sich der Prozeß lediglich um die Kompetenz drehte, nicht entschieden und muß offen bleiben. Es ist deshalb nichts darauf zu geben, wenn Kock und ihm folgend Tibus kurzweg behaupten, Johann sei fälschlich angeschuldigt worden.*

[1]) *Der Guardian Johannes in Zütphen wurde im März 1572 von den Geusen zu Tode gemartert (P. Schlager, Geschichte der kölnischen Franziskaner-Ordensprovinz während des Reformationszeitalters, Regensburg 1909, S. 105). Es ist möglich, daß er mit Johannes von Aachen identisch ist.*

[2]) *Er wurde 1549 Weihbischof von Münster, später auch Pfarrer von Servatii und starb am 9. Juli 1577. Vgl. A. Tibus a. a. O. S. 65—127. Nachträge dazu in der Zeitschrift Bd. 40 (1882) Abt. 1 S. 186 f., über die Kridtsche Stiftung ebenda Bd. 20 (1859) S. 141—151. Zu den Angaben von Tibus sei noch bemerkt, daß Kridt nach den Dignitariennotizen von Bernhard von Mallingkrott (Staatsarchiv Münster, Msc. VI 136)* „ex oppido Nienburg dioc. Monaster." *stammte.*

[3]) *Vgl. van Gulik, Johannes Gropper, Freiburg 1906, S. 30.*

queam." Haec aliaque lacrimans dixit et ita forte venabatur munera et ea arte aliquoties Coloniae usus erat. Homo est supra modum avarus, qui profectus ad concilium Tridentinum pedes confecerat iter et tenuiter admodum in itinere vixerat, ut ita sibi viaticum satis liberaliter numeratum reservaret. Item, quocunque se confert, ut aliquid pontificale exequatur, ibi patheticis verbis amplissimaque oratione suas unctiones, chrismata, consecrationes et alia commendat populo docens chrismatis usum et consecrationes[a]) templorum, altarium, coemiteriorum, campanarum et aliarum rerum non minus necessarium quam cibum et potum, ut ita nummos extorqueat. Tenui utitur cerevisia et cibo vulgari propter avaritiam, quae in nullo homine potest maior esse, quam in illo. Ideo Monasterii aliquando dictus est Bischoff Dünnebier, propterea quod tenui cerevisia uteretur. Magnam auri vim collegit. Hinc de illo hi versus pasquilli nomine reperiebantur affixi passim in urbe circa annum 1555.: *W 1300.*

Daemonis horrendi, mihi credite, filius hic est
  Posthabitis superis, qui bona vana colit.
Quem Stygius Pluto conatur fallere, rerum
  Hinc cumulum praestat divitiasque malas.
O fatue enormis, quae te vesania torquet?
  Quorsum te rerum fata caduca trahunt?

Aliud ad eundem suffraganeum Monasteriensem.

Qui legis immensum nummorum pondus et auri
  Raraque de partis capis solatia rebus,
Stultus ad illecebras et gaudia sera nepotum
  Congeris hos sumptus terraque vorace recondis.
Nil tibi divitiae prosunt, nil sortis avarae
  Congeries, sitiens Acherontis flumina gusta.
Tantalus alter eris, glauco qui postus acervo
  Undarum inter eas sitibundo gutture flagrat.
Largiri debes pro sancti nomine Christi
  Pauperibus, coeli caperes si regna sereni.

Sed isto pasquillo homo superbus, avarus et dives non fuit commotus. Imo dum aliquoties Coloniae suffraganeo carerent,

a) *B und W:* consecrationis.

excurrit ille eo usque, ut et ibi suis consecrationibus magicis aliquid pecuniae venaretur. Vere ille est stultus et ex stulto parente natus, qui tamen nunc est Monasterii supremus concionator. Ego credo illum nihil credere de Deo, tantum, ut ille pecuniam habeat, quam Dei loco colit. Docuit aliquando iste Kritius suffraganeus in summo templo, sed nunc in aede Servatiana docet [1]). Hic etiam vendit literas ordinationis magno pretio illis, qui ordinari volunt publice [2]), ut pro forma illas literas propter aucupanda beneficia ecclesiastica demonstrent [3]).

---

[1]) *Das spricht gegen die Annahme von Tibus, daß er gleichzeitig Weihbischof und Pfarrer von Servatii wurde.*

[2]) *In der Tat mußte ihm schon Bischof Wilhelm Ketteler am 18. April 1556 eröffnen, es sei geklagt worden, daß er* „bei Verliehung der Ordines und Consecrationes die Leuth etzlichermaßen unbillicher Weiß mit Afforderung sicherer Summen von Pfennigen bemühe und beschwere" *(Keller Bd. 1 Nr. 249 S. 346). Vgl. auch weiter unten die Äußerung Kaspar Groppers.*

[3]) *Tibus nimmt a. a. O. S. 82 ff. an, Kridt sei es gewesen, der 1552 Hamelmann von seiner Stelle an St. Servatii in Münster entfernte. So sucht er Hamelmanns „Schmähungen und Verleumdungen" zu erklären. Aber einmal hat er keineswegs erwiesen, daß Hamelmann überhaupt entfernt wurde, dieser ist vielmehr noch in Kamen katholisch gewesen (vgl. später in dem Abschnitt über die Mark), und zweitens ist es durchaus nicht sicher, daß Kridt damals schon Pfarrer von Servatii war. Übrigens erzählt Hamelmann über Kridt nichts Schlimmeres, als was damals offenbar allgemeines Gerede gewesen ist. Tibus sucht allerdings den Weihbischof auch von dem Vorwurf des Geizes und der Habsucht zu rechtfertigen und will nur zugeben, daß er „die Sparsamkeit in hohem Maße übertrieben" habe. Mit wenig Glück; denn in diesem Punkte sind alle Quellen einig. Eine Deputation des Domkapitels erklärte 1575 sogar, wie Tibus selbst S. 108 f. mitteilt, Kridt sei leider im Stifte, ja im ganzen Reiche bekannt und bei dem gemeinen Mann so sehr in Verdacht, daß, wo zwei oder drei zusammenkämen, von dem Suffraganeus, seiner unerhörten Gierigkeit und anderem bösen Wandel geredet würde. Kaspar Gropper nennt ihn 1574 in einem Briefe an Kardinal Como* „vir nec plane indoctus nec impius, sed tantae avaritiae tantarumque sordium, ut quae pontificalis exercitii et officii existunt, potius praesenti pecunia redimi oporteat, quam quod iuxta sacrorum canonum et Tridentini concilii decreta cuique concedantur", *und in einem Briefe an denselben von 1575 sagt er, daß Kridt* „nimia cum Dei et hominum offensione" *viele Jahre Weihbischof gewesen sei (Groppers Nuntiaturberichte hrsg. von W. E. Schwarz, Quellen und Forschungen aus d. Geb. d. Geschichte hrsg. von d. Görresgesellschaft Bd. 5, Paderborn 1898, S. 104 und 442). Sehr drastisch wird Kridts Auftreten von dem Offizial Johann von Visbeck geschildert (Zeitschrift Bd. 40, 1882, Abt. 1 S. 186 f.). — Für den Einfall von Tibus S. 81, Hamelmann habe vielleicht selbst die von ihm zitierten Pasquille verfaßt, gibt es nicht den geringsten Grund.*

Per annos aliquot docuit et adhuc docet in summo templo monachus Dominicanus ex coenobio Osnaburgensi Nicolaus Steinlagius iuvenis, qui equidem, ut est facundus, ita et insigniter impudens et novit mire plebem retinere in papismo. Quando reprehendit crassos abusus et vitia papistarum, ita tamen agit, ut omnes idololatrias et superstitiones papismi in suo, ut dicit, usu defendat. Hic Steinlagius iterum procedit sine cuculla, quod aiunt sibi indultum esse, puto a Romano antichristo. Steinlagius ille cum docuisset in pago Engeter [1]) ditionis Osnaburgensis, vitiaverat puellam, quam sequentem ipsum in urbem Monasteriensem aluit et in deliciis habuit aliquamdiu domi, donec valetudine adversa ea premeretur. Illam tunc infirmam eiecit et aliam subintroduxisse dicitur. Homo est is mirum in modum arrogans, sed parvae eruditionis [2]).

W 1301.

Pastor Lambertinus hodiernus nomine Caspar Oldius est mediocriter tinctus literis et fuit olim studiosus, sed papatum strenue defendit non sine fastu [3]). Ignoro, an sit concubina-

[1]) *Engter.*

[2]) *Er war seit den fünfziger Jahren Domprediger, gehörte 1571—73 zu den Visitatoren der Diözese, wurde nach dem Tode Gottfrieds von Mierlo (1587) zum Weihbischof designiert und starb am 13. Oktober 1589. Vgl. Zeitschrift Bd. 40 (1882) Abt. 1 S. 188 und 47 (1889) Abt. 1 S. 100. Sein Epitaph in Überwasser bezeichnete ihn als* sstae. theologiae lector et per utramque Saxoniam provincialis, prior Osnabrugensis, huius cathedralis ecclesiae Monasteriensis ad annos 34 ecclesiastes, poenitentiarius et vicarius *Staatsarchiv Münster, Akten des Dominikanerklosters Münster Nr. 15, fol. 3). — Aus Steinlages Nachlaß stammt die wertvolle Handschrift von Kerssenbrochs Wiedertäufergeschichte, die Detmer seiner Ausgabe zu Grunde gelegt hatte (vgl. dessen Einleitung S. 441). — Ob er sich die von Hamelmann erwähnten sittlichen Verfehlungen hat zu Schulden kommen lassen, läßt sich, da sonst nichts darüber verlautet, nicht entscheiden.*

[3]) *Über ihn schreibt Pfarrer Berghaus († 1814) in seiner auf den Archivalien der Pfarrei beruhenden Pfarrchronik von Lamberti (im Besitze derselben):* „Casparus Modewich ex Horstmar. *(Da Hamelmann sein Mitschüler — offenbar in der münsterischen Domschule — war, erscheint seine Angabe* Oldius *bzw.* Oldensis, *Bd. 1 H. 3 S. 159 allerdings glaubwürdiger.)* Hic sub Johanne Tegeder sacellanus et post hunc anno 1561. defunctum pastor ad s. Lambertum . . . Scripsit is registrum, in quo exhibentur agripetiae, quae postea ad citadellam tractae sunt sub promissione solenni indemnificationis. Sub hoc pastore exstructum est praesens ecclesiae nostrae organum, anno scilicet 1579.“ *1571—73 gehörte er zu den Visitatoren des Bistums (Akten der Visitation 1571—73 a. a. O. S. 1 und 75). Er starb nach Berghaus 1589.*

rius [1]). Tales sunt plerumque reliqui concionatores pontificii in urbe ista [2]).

In aede divi Martini est sacellanus homo doctus Bernhardus Mowius vel Maniceus Horstmariensis, qui cum Oldio et legit patres et valde defendit papatum [3]).

Est ibi Franciscanorum minorum monasterium atque domus fratrum in communi viventium, ubi sunt monachi pontificii. Omnia ibi templa sunt splendidissime reaedificata et ubique sapiunt papismum. Sunt in urbe tria collegia et unum suburbanum praeter summae cathedralisque ecclesiae collegium. Ubique fere canonici et vicarii reperiuntur domi suae concubinas alere easque splendidas et epicureo more vivunt securi in luxu et pompa. Deinde in urbe passim et campo ecclesiastico olim, dum ego ibi viverem, multae libidines committebantur, et scorta hinc inde splendida,

---

[1]) *Da er 1571 vom Bischof zum Visitator ernannt wurde, kann er es nicht gewesen sein.*

[2]) *In der Tat ergab die genannte Visitation, daß nicht wenige Mitglieder des Stifts- und Pfarrklerus mit Konkubinen versehen waren. Ganz tadellos in diesem Punkte war nur Überwasser.*

[3]) *Als 1565 die Vikarie* s. Jacobi minoris *an St. Martini frei war, verwandte sich am 8. April das Kapitel für ihn,* „was gestaldth . . . her Berndt Mouwe, in dissem stifte getzogen und geboren, eyn zeitlanck uns und unserm kerspell mith christliger catholischer und gotsalliger ler voirgegangen, und die arme christlige gemeinth alhi dermaissen gelarth, auch vuirgestanden, daß wir ungerne denselbigen, der from und sich alle zeith nach catholischer leer gehalten, von uns uis disser stadth verlaissen solten, wewol der hoichgeborner fursth, unser g. her van Cleve, durch siener f. g. rethe (we wy berichtet) in heftiger bewerfunge gewesen, wu auch noch, denn bemelten hern Bernde in irer f. g. lande uf groiße betzoldunge zu befurderen unnd anzunhemen.“ *Auch der Dompropst Bernhard von Morrien legte für ihn am 12. April Fürsprache ein, weil er ihn* „zum kirchen diensth fasth dienlich und geschickt vill jair her vermereckt“. *Die Vikarie erhielt Mouwe allerdings doch nicht. Vgl. V. Huyskens, Zeiten der Pest in Münster während der zweiten Hälfte des 16. Jahrhunderts T. 1, Progr. d. Städt. Gymnasiums Münster 1901, S. 10f. und T. 2, desgleichen 1905, S. 25f. 1568 wirkte Mouwe eine Zeitlang an der Marktkirche in Paderborn (H. v. Kerssenbroch,* Catalogus episcoporum Padibornensium, Lemgoviae 1578 *<Münster UB>, Bl. H 8ᵇ). 1571 war er Vikar und Kaplan* (officians Annae) *an Martini in Münster (Akten der Visitation a. a. O. S. 66 und 70), seit 1589 als Nachfolger Modewichs Pfarrer an St. Lamberti und starb am 15. März 1595 (Berghaus a. a. O. und Huyskens a. a. O. T. 2 S. 25 Anm. 50). — Bd. 1 H. 3 S. 159 Anm. 3, wo Modewich und Mouwe zu einer einzigen Person gemacht sind, ist hiernach zu berichtigen.*

quae suum prostituebant corpus, vagabantur, quae prophanatio et impietas nondum, credo, abolita est, sed forsan maiores vires eundo sumpsit. Et dicam libere, quod sentio. Quod ad religionem et non ad politiam attinet, quia relinquo suum ordinem et dignitatem magistratui omni, etiam impio, quam ei Deus concessit, et non perverto ordines, ut isti Corybantes fecere, sed tantum de religione loquor, existimo iam urbem non esse meliorem, quam sub sectarum imperio fuit. Verum anno 1566. dicuntur cives apud senatum impetrasse, ut iam ab honestis conviviis, nuptiis, sponsalibus et aliis separentur et sint exclusae concubinae et meretrices papistarum [1]).

Mutavit Franciscus Waldechianus, praesul in ditione Osnaburgensi, anno 43. religionem, sed propter imperii decretum nihil mutavit in ditione Monasteriensi [2]). *W 1302.*

Mortuo Francisco praesule eligitur prudens, doctus et praestans vir Wilhelmus Ketlerus, consiliarius ducis Juliaci et praepositus summi templi Monasteriensis, qui favebat puriori religioni. Sed hic se tantum genere nobilem et non ex stirpe heroum esse natum bonus vir expendit. Itaque, si quid mutaret, hoc parum successionis habiturum forsan credidit considerato exemplo archiepiscopi Coloniensis Hermanni, qui erat comes de Weida. Idem quoque episcopatum amplissimum non potuit in papatu administrare bona conscientia nec voluit etiam, ut audio, papae Romano iurare. Quare maluit privatim vivere tranquille bonaque conscientia, quam principis et episcopi potentis titulum et nomen gratiosum

[1]) *Eine solche Vorschrift ist nach frdl. Mitteilung des Stadtarchivars Herrn Prof. Huyskens in den Ratsprotokollen nicht nachweisbar. Wohl aber erscheint in der Gruethausrechnung von 1568 die Anweisung an die* „bodden, dat sie up die geistlichen concubinen der upgerichteten ordnung nha ein flitich upsicht deden“. — *Übrigens wurde auf der Herbstsynode von 1566 auch ein Breve Pius' V. vom 13. Juni 1566 (Keller Bd. 1 S. 359f.), das sich gerade dagegen wendet, daß die Geistlichen mit ihren Konkubinen öffentlich auftraten und sie mit ihren Titeln benannten, als wenn sie ihre Frauen wären, zugleich mit einem scharfen Mandate des Bischofs Bernhard verlesen (vgl. Zeitschrift Bd. 69, 1911, Abt. 1 S. 460ff.). Es wäre möglich, daß Hamelmann davon eine ungenaue Nachricht erhalten hätte. — Interessante Mitteilungen über die damaligen sittlichen Verhältnisse macht V. Huyskens a. a. O.*

[2]) *Vgl. Franz Fischer, Die Reformationsversuche des Bischofs Franz von Waldeck im Fürstbistum Münster (Diss. Münster und Beiträge für die Geschichte Niedersachsens und Westfalens Jg. 1 H. 6), Hildesheim 1907.*

usurpare et ita in vana mundi gloria perire et sic abdicavit se eo volens. Satius tamen meo consilio fuisset, si quid pie tentasset publice in religionis causa et eventum Domino commendasset. Hoc cum non factum sit, eius timori inscribendum est. „Foris enim pugnae, intus timores“ ait apostolus [1]). Aiunt plurimum favisse Cassandro, dum viveret ille Cassander, Ketlerum [a]) et religionem Cassandri amare, quod tamen a fide dignis hominibus refutatur et fortiter negatur, quamquam istum amaverit propter eruditionem [2]). Est in religione timidus et non facile se prodit. Appellatur hodie in ista ditione „Der alte Herr von Munster“ vel „Der abgetredener herr“ et fuit semper consiliarius summus et praecipuus in ista ditione atque adhaesit suo successori et cognato Bernhardo Rasfeldio, nobili, docto et sagaci quidem, sed qui papistarum religionem dicitur fortiter tueri, quamquam hoc de Ketlero [dicendum] [b]), quod is dominus Ketlerus antiquitatis ecclesiasticae studiosus sit admodum cum suo sacellano viro docto M. Johanne Hammakero [3]) et cum eodem in oppido Rhena philosophetur

a) *B und W:* et Ketlerus. b) *Etwas ähnliches fehlt wohl B und W.*

[1]) *In seinem* Chronicon Monasteriense *urteilt Hamelmann anders über Kettelers Abdankung. W 547 heißt es (allerdings in einer an Ketteler selbst gerichteten Widmung!):* „ego apud me reputo te, qui . . . gubernationem splendidae regionis, dominium multarum urbium, tot et tam egregias reliquisti arces ea solum de causa, ut pie de te creditur, quo placatus et placidus pacatam et sanctam in Christo vitam duceres, recepturum non centuplum tantum in hac vita, sed etiam millecuplum et postea ex gratia filii Dei vitam aeternam, ubi inter doctores tamquam lucifer inter praecipuas stellas, ut qui multos exemplo, consilio et vita ad iustitiam erudiisti, fulgebis“ *und W 561 f.:* „Magnum et ineffabile factum et virtus stupore quodam digna et miranda resque paene inaudita, quod is vir et heros contempserit honores tales . . .“ — *Vgl. Urkunden zur Geschichte der Resignation des erwählten Bischofs von Münster Wilhelm Ketteler (hrsg. von Erhard), Zeitschrift Bd. 2 (1838) S. 234—261.*

[2]) *Ihr Briefwechsel aus den Jahren 1556 und 1557 ist abgedruckt in:* Illustrium et clarorum virorum epistolae selectiores, tributae in centurias II, Lugduni Bat. 1617 *<Münster UB>, Cent. I, Nr. 15, 16 und 20—25 (S. 76 ff. und 87 ff.), zwei andere Briefe Cassanders an Ketteler in seinen* Opera omnia, *Paris 1616 <Berlin KB>, Ep. 30 und 111 (S. 1121 und 1218). Die Korrespondenz zeigt, daß Cassander Kettelers theologischer Berater war. Auch die Frage des dem Papste zu leistenden Eides ist erörtert.*

[3]) *1571 war er Pastor in Angelmodde, wurde bei der Visitation, weil im Glauben verdächtig, am 5. Oktober 1571 scharf examiniert und antwortete meist*

raroque accedat aulam, nisi vocetur, vitae certe integritate, eruditione, consilio et eloquio excellens vir.

Episcopus ibi Bernhardus Rasfeldius studuit diligenter, dum esset canonicus, et sobrie vixit, sed princeps factus talem vitam forsan gerere non potuit, qui quoque anno 1566. resignavit episcopatum ad manus capituli [1], quod deinde vocavit et elegit Johannem comitem de Hoya, episcopum Osnaburgensem, doctrina, ingenio, iudicio et ornamentis variis praestantem, sed pontificiae religionis hominem et principem [2].

Alia additio.

Docuit aliquando in scholis Bucholdiae in oppido ditionis Monasteriensis ante septennium Wilhelmus Cleinwitius, omnium Cinglianorum impudentissimus sacramentarius [3]. Sed episcopi Monasteriensis Bernhardi iussu pellebatur istinc. Habuit senatus et plebs in oppido Bucholdiae evangelicum concionatorem, quem alunt suis sumptibus, qui cum relinquat pastori pontificio sua sacra, sperant se obtenturos illam gratiam apud novum episcopum Johannem de Hoya, ut is quoque veluti Bernhardus de Rasfeld permittat eis. *W 1303.*

Dixi in oppido Bucholdia, quod ex antiquissimis urbibus Westphaliae est, docuisse Cleinwitium. Ita quoque Georgius Cas-

im lutherischen Sinne. Vgl. Zeitschrift Bd. 46 (1888) Abt. 1 S. 16f., Keller Bd. 1 S. 292 und Akten der Visitation hrsg. von W. E. Schwarz a. a. O. S. 130 und 135f. 1580 oder 1581 wurde er evangelischer (reformierter) Pastor in Gemen und starb dort 1613 (E. Kubisch, Versuch einer Geschichte der lutherischen Gemeinde zu Gemen, Zeitschr. Bd. 64, 1906, Abt. 1 S. 30—32). W 547 (in der Widmung zum Chronici Monasteriensis liber primus) *sagt Hamelmann ebenfalls von Ketteler:* ... postquam cum tuo sacellano et studiorum quodammodo socio, viro doctissimo et venerando Dn. Joanne Hammakero, historiis ac veterum libris studiisque sacris, quando otium datur, tempus omne impendas.

[1]) *Vgl. W. E. Schwarz, Über die Gründe der Resignation des Fürstbischofs Bernhard v. Raesfeld, in: Zeitschrift Bd. 69 (1911) Abt. 1 S. 460ff.*

[2]) *Über seine Anfänge vgl. W. E. Schwarz ebenda S. 14ff.*

[3]) *Vgl. über Klebitz Bd. 1 H. 3 S. 142f.*

sander scribit [1]), quod post cladem Monasteriensem anabaptistae a Battenburgicis maiora spirantibus et Ubbitis et Mennonitis ac Adamitis in synodo Bucholdiae collecta quaedam dissidia inter sese composuerint et de restituenda doctrina sua in integrum deliberaverint. Haec synodus fuit habita anno 38. [2]), ex qua emiserunt suos legatos per Westphaliam, quorum aliqui venerunt Osnaburgum, Lemgoviam et simul Monasterium. Sunt autem in diversis locis eodem anno et tempore rapti et trucidati, imprimis vero in urbe Monasteriensi.

Per totam interim ditionem nihil aliud viget quam papatus, tantum quod istis in locis, ubi iurisdictionem ecclesiasticam habent Osnaburgenses episcopi et praelati eius, ut in istis praefecturis, quas olim Monasterienses eripuere Tecklenburgicis comitibus [3]), et aliis vicinis et in comitatu Vechtensi multi inceperunt evangelium Christi praedicare et psalmos Germanicos canere. Ita in comitatu Vechtensi Jacobus Johannes Zwollensis, qui mortuus est Vechtae [4]) et qui nunc ei successerunt ibidem. Item in finitimis pagis hodie et per paucos annos Hermannus Dunckerus [5]), Aswerus N. [6]) aliique pure docent et sacramenta administrant, sic in Emslandia Johannes Cotius, quaestoris Meppensis Hermanni frater, primo idem incepit [7]). Idem fecere in oppido Hasselunna Ecbertus Corbuckius et Wilhelmus Beckerus [8]), item in oppido

[1]) *Hamelmann meint wohl die Vorrede zu der Schrift* De baptismo infantium, *in den* Opera omnia *des Cassander, Paris 1616 ⟨Berlin UB⟩ S. 672.*

[2]) *Der Täuferkonvent in Bocholt fand vielmehr 1536 statt. Vgl. über ihn und täuferische Bewegung der nächsten Jahre L. Keller in der Westdeutschen Zeitschrift Bd. 1 (1882) S. 429—444 und Fr. Nippold in der Zeitschrift für historische Theologie Bd. 33 (1863) S. 52—55.*

[3]) *Vgl. darüber später unter Tecklenburg.*

[4]) *Er soll 1544 eingeführt sein. Vgl. K. Willoh, Geschichte der katholischen Pfarreien in Oldenburg, Köln 1898, Bd. 3 S. 69.*

[5]) *In Dinklage. Willoh a. a. O. Bd. 1 S. 203.*

[6]) *Aßwerus Bockholt, Pastor in Steinfeld 1543 bis etwa 1585. Willoh Bd. 2 S. 346 f.*

[7]) *Nach J. B. Diepenbrock, Geschichte des vormaligen münsterischen Amtes Meppen, Münster 1838, S. 333 wird er (bei D. heißt er Kock) 1556 als erster lutherischer Prediger in Heede und von 1575—80 als Pfarrer in Steinbild genannt.*

[8]) *Nach Diepenbrock S. 332 wird er 1551 als Pfarrer von Haselünne genannt.*

Meppen Johannes Blomendalius[1]) et Christophorus Renanus, Bernhardus Horst in lato pago[2]) et quidam Hermannus N.[3]) in Aschenberg. Deinde in Cloppenberg oppido est eloquens, pius et doctus concionator Antonius Polander Mindensis[4]), et olim Bernhardus Hockerus[5]), nostri Jodoci Hockeri[6]), pii et docti, frater, in amplo pago Dincklage pure docuit evangelium et sacramenta administravit, cui quisnam ibi successerit, ignoro

[1]) *Aus Bevergern, vom Pfarrer Franz von Dey (1550—63) als Vizekurat bestellt. 1565 wurde er nach Tecklenburg berufen, von wo er 1574 nach Lengerich ging. Vgl. Diepenbrock S. 331f. und H. Wenker, Die Pfarrkirche zu Meppen, Meppen 1902, S. 35ff.*

[2]) *Bei Diepenbrock heißt es S. 333: „In Lathen redete der neuen Lehre zuerst das Wort Bernhard Kock, der 1546 dort Kapellan war; Burchard von der Horst ist 1561 lutherischer Pfarrer daselbst.“ Er hieß in der Tat Burchard; in unserem Texte liegt vielleicht ein Versehen des Abschreibers vor. v. d. Horst starb am 6. Februar 1567 (Staatsarchiv Münster, Akten der Fürstabtei Corvei B II 22). Um die Nachfolge bewarb sich bei Abt Reinhard von Corvey Bernhard Kreyenfenger, doch erhielt die Pfarrei Hermann v. d. Becke, der Schreiber und Verwandte des Dechanten an St. Johann in Osnabrück Konrad v. d. Burg. v. d. Becke resignierte 1570, um in Löwen sein juristisches Studium zu vollenden. Sein Nachfolger war Lambert Floris (ebenda).*

[3]) *Nach Diepenbrock S. 332 Johann Hermann (Bernhardi), der 1549 als Zeuge in einer Urkunde erscheint. 1561 war Johann Feck Prediger in Aschenberg.*

[4]) *Nach C. L. Niemann, Geschichte der alten Grafschaft und des nachherigen Münsterischen Amtes Kloppenburg, Münster 1873, S. 91 1544 „angeordnet“. Vgl. auch Willoh Bd. 4 S. 221.*

[5]) *Er war 1550—60 Subkonrektor in Lippstadt (vgl. später unter Lippstadt, W 1056), dann Pastor in Osterkappeln (Capelen, W 1171), darauf in Dinklage (Willoh Bd. 1 S. 203), endlich 1586 bis zu seinem Tode 1629 in Dunum im Amte Esens (W 796 und Willoh a. a. O.).*

[6]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 191f.*

2. Ahlen[1].

Die etwas tragikomisch wirkende Geschichte, wie die Ahlener wegen des Verlustes ihrer Rinderherden dem eben erst mit Eifer angenommenen Evangelium wieder untreu werden, beruht nach Hamelmanns eigener Angabe (W 1311) auf der Erzählung des Hauptbeteiligten und seiner Familie. Schon deshalb dürfen wir annehmen, daß der Bericht ziemlich genau und zuverlässig ist, und die übrigen Quellen bestätigen das durchaus.

Der Schluß ist etwa 1568 geschrieben.

W 1304. **Ecclesiasticae[a]) historiae de renato evangelio in oppido Alensi ditionis Monasteriensis brevis explicatio autore Hermanno Hamelmanno L. Th.**

Anno 33., postquam Monasterii doceretur evangelium publice concedente episcopo Francisco Waldechiano, tandem accendebantur quoque Alensis oppidi senatus civesque luce evangelii[2]). Itaque

a) *Der Text folgt B und W.*

[1]) *C. A. Cornelius, Cotius und die Reformation in Alen, Beilage 9 zu seiner Schrift „Die münsterischen Humanisten und ihr Verhältnis zur Reformation", Münster 1851, S. 79 ff. (auch abgedruckt in seinen „Historischen Arbeiten", Leipzig 1899, S. 68 ff.), ist eine elegante Nacherzählung des Hamelmannschen Berichtes.*

[2]) *Am 2. Juni 1533 machten die Bürger eine Eingabe an den Rat, er möge den Bischof um die Erlaubnis bitten, daß* „dat wort Godes recht und reyne durch gude, truwe und vernunftige predicanten geprediget, und, wat ungotlich is, afgedaen, und dat gotlich und recht is, wederum verordent moge werden". *Der Rat schrieb an demselben Tage in diesem Sinne an den Bischof. Beide Schreiben sind abgedruckt bei J. Niesert, Beiträge zu einem Münsterischen Urkundenbuche Bd. 1, Abt. 1, Münster 1823, S. 213 f. und 215. Die Antwort des Bischofs ist nicht erhalten. Nach Kerssenbroch (Wieder-*

commoti illi cupiebant audire evangelium et cum haberent secretarium et ludimoderatorem virum doctum et bonum, magistrum artium Gerhardum Cotium (qui primum gradum magisterii Coloniae sumpserat, deinde conrectorem ad d. Ludgerum Monasterii egerat atque postea Witebergam iverat discendae religionis verae causa indeque reversus in patriam ducta uxore secretarius et ludimagister urbis erat constitutus [1]), valde negotium evangelii promoventem apud omnes, cogitabant, quomodo ipsum eligerent in evangelicum concionatorem. Sed ille hoc olefaciens noluit primo suscipere istam subitam et oblatam vocationem, nisi simul legitime ad hoc munus a magistratu et civibus vocaretur et promoveretur. Tandem precibus eorum, hoc est senatus et civium commotus suscepit oblatum munus tali conditione, modo prius duo concionatores ex urbe Monasteriensi vocarentur, qui inciperent negotium evangelii. Suscepta est conditio et vocatur a senatu Brixius Nordanus ex parochia Martiniana Monasteriensi [2]) et rogatur, ut secum adducat alium quendam concionatorem. Venit igitur Adam Brixius adducens secum alium concionatorem Johannem Beveranum, olim Franciscanum.

Brixius dominica tertia a Trinitate [3]) de ove perdita voluit docere. Ingressus templum reperit quendam papistam et hostem evangelii Johannem Cattenbusch sacellanum [4]) publice docentem.

täufergeschichte ed. Detmer) S. 413 lautete sie, „ut se a religionis et ceremoniarum novatione contineant, ne in calamitatem ineluctabilem se praecipitent". *Auf dem Landtage in Rheine am 6. Oktober 1533 kam der Bischof darauf zurück und ließ die Antwort erteilen:* „Als ze begert einen guden predicanten t'hebben, will unse g. h. datsulve in bedenck nemen und sich dar up mith antwort lathen vernemen" *(Detmer ebenda Anm. 3). Aber da hatten die Ahlener nach der „reinen Predigt" des Wortes Gottes schon kein Verlangen mehr.*

[1]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 133 und oben S. 6 Anm. 5. — In Ahlener Urkunden (Staatsarchiv Münster, Dep. Ahlen) kommt er am 18. Mai, 27. Juli und 5. Dezember 1530 und 17. September 1532 vor.*

[2]) *Vgl oben S. 25.*

[3]) *Da das Evangelium vom verlorenen Schafe auf den dritten Sonntag nach Pfingsten (1533 22. Juni) fällt, so nimmt Cornelius, Hist. Arbeiten S. 69 Anm. 1 an, daß dieser gemeint ist. Der dritte Sonntag nach Trinitatis war der 29. Juni.*

[4]) *Er kommt als Vikar der alten Kirche zu Ahlen am 14. Juni 1553, 22. September 1554 und 4. Oktober 1557 vor. Am 31. Mai 1560 war er schon tot. Staatsarchiv Münster a. a. O.*

Egressus autem templo docere incepit in coemiterio, ad cuius mox concionem statim omnes e templo confluunt. Finita concione promittit se docturum latius a prandio. Itaque iubent pontificii et quidam adhuc ex civibus papistae occludi templum, ne quisquam ingredi posset pomeridiano tempore. Tandem oritur ante templum clausum tumultus, qui vix sedari potuit a Brixio, Beverano et Cotio, quoniam imminebat periculum vitreis fenestris et simul *W 1305.* valvis templi. Hoc considerans custos etsi prohibitus tamen aperit ultro propter maius periculum vitandum. In apertum templum Brixius ingressus publice docuit et quemadmodum in prima contione eleganter de gratia Dei et merito Christi docuerat, ita hic acriter incipit papisticum cultum reprehendere. Idem fecit postridie in altero templo Johannes Beveranus, atque sic per quindecim [1]) septimanas docuere tranquille isti duo evangelium in utraque parochia Alensis urbis.

Tandem cum non amplius permitteretur a suis parochianis Brixio, singulis septimanis excurrere Monasterio ad Alenses, detinuerunt in vocatione Johannem Beveranum et tandem de consilio Brixii multis precibus fatigant Cotium suum secretarium, ut staret promissis et se in locum Brixii ordinari et constitui pateretur. In ipso discessu Brixii vocatur etiam Cotius ab urbis Lemgoviensis senatu suasu et commendatione M. Gerhardi Oemikii, tunc ibi vocati superintendentis [2]), in concionatorem neopolitanum. Ut igitur retinerent illum apud se in officio concionatoris, transegerunt cum Cotio, et illius transactionis literae senatus secreto ratificatae sunt et Cotio oblatae [3]), imo iuramento se obstrinxerunt Cotio cives de communi consensu cum toto senatu nullum tam magnum periculum futurum, quod non sint cum ipso subituri propter evangelium.

Interim, dum haec fiunt, nobilis quidam albus monachus Cisterciensis [a]) ordinis [4]) in monasterio Cappenberg, ubi tantum nobiles locum habent, fuit pastor urbis Alensis nomine Johannes

a) *B und W:* Cistriensis.

[1]) *Bis zum 22. September nur 13 bzw. 12 Wochen (vgl. oben S. 63 Anm. 3).*
[2]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 228.*
[3]) *Nicht mehr nachweisbar.* [4]) *Vielmehr Prämonstratenser.*

Harman[1]) (veluti et Theodorus Erverelde[a])[2]), eiusdem ordinis et aeque nobilis, pastor erat novi oppidi), qui exiens urbem tamquam praecipuus hostis doctrinae sincerae opera totius sui coenobii consensum capituli maioris ecclesiae Monasteriensis et episcopi consecutus est, hoc est nonnihil concessionis, ut conniverent, si ille aliquid contra Alenses tentaret. Hoc impetrato convocat cognatos, amicos, propinquos, fratrem et affines, qui in comitatu de Marka circa urbes Lippiam et Hammonem habitabant, ut erat satis ampla ipsius familia, et his conquestus de iniuria sibi et suo Deo, papae, totique istius ordinis in Cappenberg coenobio facta opem omnium implorat. Illi, qui plerumque omnes adhuc erant papistae, collecto clam milite et multis congregatis equitibus, inter quos etiam erant quidam nobiles de facie noti, properabant ad urbem Alensem. Inter alios fuerat valde inflammatus quidam ex nobili familia ortus Gerhardus a Recke, satrapa in Heisten[3]), qui ascensurus equum dixerat ad suos: „Iam ibo eques expugnatum Lutheranorum sectam". *W 1306.* Sed vix verba ista finiverat, cum iam equum ascendisset, statim decidit in famuli dorsum et exspiravit. Sed alii negant illum tunc statim fuisse mortuum[4]).

Advenerunt equites tacite collecti magno numero ad oppidum Alen cum aliquot militibus, ut praedam boum et vaccarum abducerent. Interim de his rebus nihil constabat Alensibus. Advenientes in viciniam urbis propter nebulosum aërem non sunt a quoquam visi illo mane. Dies autem erat octavus ante Michaëlem[5]).

a) *W:* Evervelde.

[1]) *Ein Geleitsbrief der Stadt Ahlen für Johann Harmanns, Pastor der alten Kirche daselbst, vom 11. Oktober 1534 im Staatsarchiv Münster, Archiv von Kappenberg.*

[2]) *Dietrich Elvervelde, Pastor der neuen Kirche in Ahlen, kommt urkundlich am 10. November 1543 vor (ebenda, Dep. Ahlen).*

[3]) *Gemeint Heessen.*

[4]) *Er kommt in der Tat noch 1534 und 1535 vor. Vgl. C. Graf v. d. Recke-Volmestein und O. v. d. Recke, Geschichte der Herren von der Recke, Breslau 1878, S. 122. Hier wird allerdings an der Erzählung festgehalten, daß er bei dem Unternehmen gegen Ahlen sein Leben verlor und dies einfach in das Jahr 1535 verlegt.*

[5]) *22. September. Kerssenbroch S. 119 gibt an, die Geschichte sei* die Veneris post Matthaei festum *(26. September) passiert, aber Hamelmann wird wohl besser unterrichtet sein.*

Pridie vel nocte praecedente per quendam amicum, cuius nomen ignoratur, graviter moniti sunt Alenses, ut sequenti die potius in vallum et aggeres conferrent machinas bellicas et bombardas, quam ut permitterent agi et educi vaccas et boves a bubulcis in gramina campi. Imo in ipso hostium aggressu et accursu venit alius quidam magno cursu ad urbem clamans: „Habete rationem vestrarum vaccarum, vos Alenses!" Sed illi non exierunt, alii etiam non audebant. Existimabant multi posteriorem subornatum, ut is ita eliceret cives ex urbe, quo vel illi mactarentur vel abducerentur simul. Interim pastoris istius Harmans cognati et alii magno numero collecti nobiles cum suis ministris equites et pedites abduxere vaccas, boves, vitulos, iuvencas omniaque vaccarum pecora urbis Alensis, quarum pretium excessit undecim millia florenorum Rhenensium. Abductio illa facta est circa horam octavam matutinam, cum et ipso tempore doceret in altero templo pro concione Beveranus, cuius concioni intererat Cotius [1]).

Facta seditione et orto tumultu propter perditas et amissas vaccas cum omnes extemplo currerent ad portas, currunt quoque cum aliis Cotius et Beveranus nescientes, quid rei esset. Cum cives ad portas veniunt, intelligunt ab instructa equitum armatorum et militum cohorte abductas omnes vaccas propter evangelium eiusque conciones publicas, quod pastoribus monachis, praesertim Johanni Harman, impediissent sua sacra. Ibi mox cives fremebundi et furibundi, qui antea erant fervidissimi in negotio religionis Lutheranae, arma convertunt in Cotium, quasi autorem susceptae religionis Lutheranae eumque strictis gladiis insequuntur et extensis hastis acriter regredientem magno cursu ad suas aedes transicere conantur. Vix celeri gressu elapsus ex eorum manibus venit ad suas aedes et in eis se recludit. Illi ibi fores effringere conati sunt, sed a domesticis suis praemuniebantur ianuae et fene-*W 1307.* strae, ne facili impetu intrarent. Tamen impeditum est hoc, nescio, qua ratione. Quamquam sedarent et consolarentur consules et senatores suos subditos cives omnes, tamen postquam se collegissent et per pulsum campanae convenissent cives cum uxoribus,

[1]) *Kürzere Berichte bei Kerssenbroch a. a. O., in der Münsterischen Bischofschronik (Geschichtsquellen des Bistums Münster Bd. 1) S. 328 und in Spormachers Chronik von Lünen bei v. Steinen Bd. 4 S. 1464.*

famulis, famulabus et filiabus, accessere ad locum, ex quo abreptae et abductae erant vaccae.

Hic quidem multae lacrimae, ploratus, querulae voces, imprecationes in Cotium, dirae maledictiones in senatum audiebantur (quia illud oppidum ex graminibus eorumque copia et alendis vaccis victum quaerit) a feminis et simul viris, atque omnium votum erat, ut senatus traderet ipsis Cotium. „Quodsi illum nobis tradatis, facile", aiunt, „recipiemus nostras vaccas." Et quidem fecerunt isti, qui antea vehementer negotium evangelii promoverant. Ita accidit cum Christo: quidam sine dubio vel ab isto pasti vel sanati etiam postea cum reliquis clamarunt: „Crucifige, crucifige!" Sed respondit senatus: „Wir wollen keine fleisch verkeuffers sein" denotantes se non proditores fore sanguinis iusti, „quoniam aliter", inquiunt, „promisistis Cotio". „Optimi igitur cives, hoc unum agamus", inquiunt consules et senatores, „ne simul et vaccis et deinde honore honestoque [nomine] privemur. Melius est nomen bonum, quam unguenta pretiosa. Aliud est enim inter nos et M. Gerhardum Cotium transactum". Responderunt hic impii illi frementes ira et maerore: „Quodsi nos maxime temerario iuramento obstrinxissemus Cotio et suae doctrinae, tamen hae nostrae uxores et filiae famulique et filii nulla ei tenentur obligatione. Itaque vos omnes", conversi ad suos aiunt, „[hortamur], ut in Cotium et eius aedes impetum faciatis."

Hoc olefaciens alter consulum, vir pius Gerhardus Ossenbeck[1]), praecurrit alios venitque clam ad aedes Cotii comitatus altero quaestore aerarii et evocatum Cotium abducit ad secretissimum locum, cuius non erat gnara coniunx Cotii. Nam in cuiusdam viduae, Gertrudis thom Holte, aedibus abdiderant illum sub stramine metuentes eius vitae per dies et noctes quatuor. Interea bonus vir Cotius neque cibo neque potu usus est. Imo ita divinitus erat sustentatus ibi, ut etiam desiderio cibi potusve non affectus fuisset, tantum, quod orasset et Domino se commendasset.

Interea per istos dies feminae excubias agebant ante fores

[1]) *Er kommt als Bürgermeister am 1. Oktober 1529, 11. März und 9. Mai 1530 und 13. Februar 1536 urkundlich vor (Staatsarchiv Münster, Dep. Ahlen).*

Cotii flentes, vociferantes, imprecantes Cotio et suis, et magno furore aestuantes tumultuabantur ad viam omnes. Aliae faciunt impetum in fores effringendas, quaedam scandunt ad fenestras, *W 130s.* sed partim ab uxore Cotii et familia repulsam passae, partim minis et obsecrationibus senatus, ne vim aedibus attentarent, retractae sunt, quoniam cum suis ministris etiam consules et senatores pii quasdam manu a seditioso conatu placide abstrahebant, vel potius illarum conatum non sine sui corporis periculo remorabantur. Sed cum scalis aggrederentur nihilominus domum feminae nihil curantes preces, monita et minas consulum et senatorum, decreverat aqua fervida et pulte fervente, quas ad manum habebat, abicere a fenestris uxor Cotii hostes, sed dissuasa [est] a collega Cotii, ne id faceret (quoniam Beveranus tunc adhuc erat in aedibus Cotii, cui etiam nondum imminebat periculum).

Interim excitato rumore (forsan a consulibus et senatoribus subornato, postquam aliud medium non esset ad manum) dicitur Cotium clam in isto puncto aufugere ex posteriori aedium suarum parte ad moenia, ut ita exemplo Pauli, de quo[a]) in postrema concione docuerat, elaberetur ex illarum manibus. Currunt igitur omnes ad moenia, ut fugientem interciperent. Interim etiam et uxorem eius ex suis aedibus ad tutiorem locum, postquam ei quoque periculum propter liberiorem responsionem et exsecrationes retortas in adversarias immineret, abducunt duo senatores. Sic et illa latuit. Interea Johannes Beveranus fugiens in vicinum hortum abdiderat se satis periculose sub spinis in unum locum collectis et foco adaptatis, ubi ille in tertium usque diem fere latitabat sine cibo et potu. Quarta nocte ferme elapsa extrahitur ex acervo straminum Cotius per senatores duos, viros pios Johannem Croess et Johannem Avenhovel[1]) iussu consulum. Reductus est ad proprias aedes noctu sub veste muliebri, qua indutus erat, ut reficeretur cibo et potu. Verebantur enim ipsum fame periturum, vel sibi morbum ex inedia contracturum. Refectus iterum per eosdem reducitur ad pristinum locum tali habitu, quia nondum tumultus et seditio muliebris cessaverat. Quinta nocte

a) *B und W:* qua.

[1]) *Cröß kommt urkundlich 1524–46, Avenhovel 1530 vor (ebenda).*

redierunt ad Cotium latentem pii et praestantes consules Gerhardus Ossenbeck et Johannes a Langen [1]), evangelio et Cotio addictissimi, et illum secundo extractum stramine reducunt, iam paululum tumultu sedato, ad proprias aedes, ad quas etiam reducta iam erat uxor, et ibi Cotium cum uxore ex scripturae testimoniis consolati sunt consules: „Sic oportuit Christum pati, sic et sui, qui non possunt esse meliores magistro suo." Deinde opem et suam Cotio et uxori liberaliter promittunt. Quaeritur et Beveranus, sed non invenitur, qui postea ex spinis prodiens ad aedes Cotii reficitur cibo et potu et clam deinde exiit urbe. *W 1309.*

Cotius sexta nocte, quae praecedebat festum Michaelis, vocatur et ducitur in curiam. Ibi consules et senatores, qui et ipsi non levem iacturam in amissis vaccis fecerant, de plebis impio tumultu et nefario conatu gravissime conquesti sunt et de sua prompta voluntate amplissime loquentes asserunt sibi nihil esse prius et optabilius, quam ut posset ad pristinam vocationem regredi et ad ministerium iam inceptum revocari. „Ad quam rem nos quidem omnem conatum et vires nostras extenderemus, nisi id vereremur frustra tentari propter animos civium et praecipue muliercularum in te [a]) exacerbatos. Hoc enim si fieret, novum tibi et nobis periculum immineret, mi M. Gerharde. Itaque te obnixe rogamus, ut nobis hanc in te praeter meritum illatam iniuriam a plebe non imputes nec in senatum ullam huius rei culpam transferas, sed obsecramus, ut facere digneris cautionem de ista iniuria non vindicanda in Alenses cives et oppidanos, si forte alibi in unum vel plures incideris. Nos interim, si ista cautione praemissa abieris, quocunque velis discedere, adiungemus tibi fidos comites et curabimus, ut uxor cum supellectili sequatur, et tuae domus cura ac ratio [nobis erit] commendata". Verum is respondit: „Nihil periculi vobis a me erit exspectandum, quia evangelici non debent de privata cogitare vindicta". Sed ita cum ire decrevisset Monasterium, adiungunt ei octo viros bonos et pios, qui cum senatu proprio damno neglecto sui pii doctoris rationem habuere magis quam sui commodi.

a) *W:* inde.

[1]) *Als Bürger 1502 und 1530, als Bürgermeister am 16. Juni 1532 und 19. April 1534, als Provisor der alten Kirche 1541 bis 1544 genannt (ebenda).*

Ita pridie Michaelis deducitur Monasterium in aedes Brixii [1]), et non multo post sequebatur uxor parte aliqua supellectilis relicta Alae. Quo tempore etiam increbuerat et iam vires sumpserat Monasterii anabaptistica lues, et deinde ab altera parte et papistae et papistarum socii vigebant. Ibi ab utraque secta non parum probri sustinuit Cotius Monasterii, qui digito monstrabatur: „Er ist, der mit seinen Lutherischen predigen hat denen von Alen ire Küe quit gemacht“ [2]).

Sic accidit plebi et civibus Alensibus, quod Gergesinis [3]), qui malebant discedere finibus suis Christum a ditione sua, quam ut ibi haereret et eis viam salutis traderet. Sed illi aequiores erant Alensi vulgo civium ac muliercularum impio et perverso, quoniam rogabant isti Christum, ut discederet, hi vero volebant e medio tollere Cotium et uxorem eius.

In ipso autem festo Michaelis ingressus est urbem Alensem eques cum octo ministris equitibus satrapa in Drenstenvorde [a]) Johannes de Recke, nobilis, optimus et integerrimus vir, pietati verae deditus et M. Gerhardo Cotio omnibusque piis propter sinceram doctrinam imprimis favens, hoc fine et propterea, ut tuto ex manibus impiorum civium eriperet et educeret Cotium, qui pridie eductus erat. Is igitur regressus est domum laetus hoc audito et semper amavit evangelium, quod etiam in parochia Steinvordiana praedicari curavit [4]).

W 1310.

Interea evocatur iam tandem Cotius tertiis literis a senatu urbis Lemgoviensis, quibus acceptis abiit ad eam urbem paulo post festum Crispini et Crispiniani et suscepit ibi conditionem, de qua re suo loco latius [5]).

Vae autem et quidem vae impiis istis civibus et eorum

a) *B und W:* Dreckstenvorde.

[1]) *Vgl. oben S. 35.*

[2]) *Auch Brictius wurde später von Daniel von Soest als* „ossenprediger van Alen“ *verspottet (Fr. Jostes, Daniel von Soest, Paderborn 1888, S. 269).*

[3]) *Gemeint ist die Erzählung bei Matth. 8, 28 ff., Mark. 5, 1 ff. und Luk. 8, 26 ff.*

[4]) *Vgl. über Johann v. d. Recke C. Graf v. d. Recke-Volmestein und O. v. d. Recke a. a. O. S. 159 ff.*

[5]) *In der Kirchengeschichte der Grafschaft Lippe (W 815 ff.) und der Stadt Lemgo (W 1063 f.).*

uxoribus, quae cum vaccas perdiderant[1]), etiam salutem in Christo Jesu perdiderunt, dum ipsum in suo membro et discipulo persequerentur et sic evangelium et publicam illius apud se praedicationem excuterent, qua ab eo tempore usque in diem hodiernum carent.

[1]) *In der Angelegenheit des Kuhraubes ist noch ein Briefwechsel des Landgrafen Philipp von Hessen mit dem Bischof Franz erhalten (Konzept bzw. Original im Staatsarchiv Marburg, Abschriften im Staatsarchiv Münster). In dem Schreiben des Landgrafen vom Dienstag nach Francisci (7. Oktober) 1533 heißt es:* Wir wollen aber e. l. nicht pergen, das uns itzt in kurzen vilfaltig durch lantmans sage angelangt ist, das itzt vor der stat Ahlen in e. l. Stifft Münster ein merglich tapfer anzal rind und ander viehe sonderlich des Evangelions halber mit e. l. verhengnus und wissen gewaltiglich ohn alle verwarung genommen und hinweggetrieben worden sein. Wand wir nu dem, das es mit e. l. verhengnus gescheen sei, bis noch khein glauben geben haben und geben dem auch noch kein glauben, wo es aber gescheen, horten wir das nicht gerne, denn es wer zu besorgen, es wolt zwischen e. l. und iren underthan etwas unwillen geperen, das wir auch nicht gern sehen, darumb wolten e. l., wie ir gepurt, mit allen muglichen fleis daran sein und verschaffen, das e. l. armen underthan das ir on entgeltnus widder werden oder des erstattungen dargegen bekhomen mugen . . . *Der Bischof antwortete am Sonntage nach Galli (19. Oktober):* Wir haben e. l. schreiben, in welcherem e. l. under anderen aus freuntlicher meinong unns entdeckenn, das derselben vast vilfeltig durch lantmans sage angelangt, das des evangeliums halber unnd durch unsere verhengnus vor unnser Stat Ahlen ein merglich antzall vyhes genommen und hinweg getriben sei unnd wo es geschehen mit unser verwilligung, das e. l. vermutung nach zu besorgen, das es zwischen uns unnd unnseren unterthanen etwas unwillens geperen wurde . . . zu Dank verlesen und vernommen. Willen daruff e. l. nit verhalten, das unns die gemelte begangene uberfarung unnd thetliche Eingriff nit wenig beschwert, auch von herzen leidt ist, und das wir derwegen vor etlichen Tagen den Erwirdigsten in got unseren Herren unnd Oheimen den Ertzbischofen zu Coln etc. (diweill die hauptleute desselbigen thetlichen ubertzugs im Stifft Paderborn habhafftig gesessen) uffs vleißigst annsuchen und biten lassen, die theter dermaßen antzuhalten, damit den unnseren beschedigten undersassen gepurliche erstattung bejegne, inn zuversicht, seine liebd werden sich in dem aller gepur unnd des heiligen Reichs Ordnung gemeß beweisen und haltenn, das aber (wie e. l. angelangt ist) unnsere meinong solle gewest sein, durch solche wege, die von Aelden von iren ungehorsam zur gepurlicheit zuweisen, in dem werden e. l. zu milde bericht, da, so es die noit erforderde, unnsere underthain zum gehorsam zuweisen, so wollten wir mit gottis hilff wol andere wege gegen sie furnemen lassen, dan mit frembder thetlicher handelung die unsere underthoin ubertziehen und beschedigen zu lassen . . . *Das Schreiben des Bischofs an den Erzbischof von Köln habe ich nicht ermitteln können. Für die Ahlener ist offenbar nichts dabei herausgekommen.*

Post semestre Alam reducitur annuente episcopo et impetrato prius a senatu, qui id coactus per praesulem faciebat, salvo conductu Johannes Harman, pastor veteris oppidi, mediocri suorum et imprimis fratris sui Godefridi Harmans equitatu et pristino loco restituitur non sine dolore piorum.

Omnes isti cum iam ad mensam cum ipso pastore sederent et splendide coenarent coenamque in multam noctem protraherent, zelo quodam contra pseudopastorem vir quidam pius nomine Henricus Hermelingius [1]), officio rotarius, accendebatur, tum quod tantum damni attulisset urbi, tum quod illato eo damno privati essent simul evangelii doctrina. Itaque machina currens ad coenaculum tandem per foramen ex platea intendit pseudopastori isti cupiens istum, quem sciebat novam pestem urbi futurum, traicere. Sed emisso telo fefellit hominem miserum ictus et istud suum institutum, quia neminem laesit. Interim coenantes et iam semiebrii valde commoti boatu et ictu machinae illico exsurgunt et currunt ad vigiles et ab illis diligenter quaerunt, num ab ipsis iam quispiam in plateis visus fuisset. Illi nihil tale suspicantes ex simplicitate respondent istum Hermelingium praeteriisse. Ita excitari curant senatum et hunc graviter accusant, qui vinctus traditur carceri et ad illorum accusationem iudicio sistitur. Confessus factum denique propterea morti adiudicatur.

W 1311. Supplicio locus destinabatur vicinia portae, ubi rotae imponitur pius vir, qui placide mortem subivit, propterea, ut singulis exeuntibus ipsius supplicium conspicuum et terrori esset, ne quis in posterum unquam tentare auderet contra pastorem et papisticam religionem quicquam. Verum illo iam e medio sublato et rotae imposito putabant impii omnia tuta. Verum tunc in illo loco supplicii et circa rotam, cui is infixus erat, undique fulgida spectacula et iucundissimae claritates noctu et quotidie conspiciebantur ab omnibus, ut omnium civium animi commoverentur et clamarent de istius pietate et pastoris crudelitate.

Cum vero id ita quotidie per aliquot septimanas duraret, fuit iste tyrannicus pastor, cui nondum satis erat abstulisse vaccas Alensibus, nisi etiam huic vitam ademisset, ita commotus, ut sua-

[1]) *Heinrich Hermelink kommt am 16. Juni 1532 als Provisor der St. Katharinenbrüderschaft urkundlich vor (a. a. O.).*

deret corpus istius ex rota deferri debere in coemiterium. Ita is cum utriusque templi clericis, scholasticis et sacrificulis egressus in celebri pompa urbem curat ex rota honeste deponi corpus Hermelingii et loculo impositum per quatuor viros solenniter cum crucibus et trophaeis portari in urbem ad coemiterium neopolitanum sequentibus funus sancti martyris omnibus fere civibus et multis mulierculis cum toto senatu, ubi habuit sepulturam praeclariorem quam unquam vel episcopus quispiam.

Cum forsan pastorem istum sua accusaret conscientia, ut eum taederet vitae in oppido Alensi, regreditur in suum coenobium, ubi quidem eligitur in praepositum, hoc est, caput istius monasterii [1]). Sed aiunt multi illum in ultima senecta lepra fuisse percussum.

Haec ego partim ex Cotii verbis, partim ex uxoris relatione per Henricum Strapelvenium [2]), nunc pastorem in Bege comitatus Lippiae, qui ista omnia etiam praesens vidit et a Cotio affine educatus est, accepi.

M. Gerhardus Cotius, cum iam mediocriter et feliciter suum cursum evangelii in comitatu Lippiae et praecipue in pastoratu ecclesiae in oppido Hornensi finivisset, scripsit tum demum ad suos Alenses, quomodo per Caesarem et totius imperii consensum esset omnibus liberum permissum, quamnam religionem, papisticamne vel evangelicam Augustanae confessionis, vellent amplecti, ut cogitarent de vera via, quae ad salutem ducat omnes, ubi quidem repetit, quomodo olim legitime vocatus anno 33. eis inservierit in ministerio evangelii inculpate et demum non propter maleficium suum, sed damnum quoddam illis ab impiis propter evangelium Christi illatum, misere turbatum se et eiectum prolixe docet. „De qua," ait, „eiectione nunc gaudeo et tantum in hac mea senecta de vobis sollicitus sum vos orans et obtestans, ut veram illam doctrinam semel a vobis exturbatam, velitis propter animae vestrae *W 1312.*

[1]) *Er wurde nach der Resignation Johann Kettelers († 21. Dezember 1538) am 26. Januar 1536 zum Propst gewählt, kommt als solcher öfter urkundlich vor, starb am 13. Mai 1546 und wurde im Chor neben seinem Bruder Gottfried, Amtmann in Ahaus, beerdigt. Sein Nachfolger war Hermann Ketteler (Staatsarchiv Münster, Urkunden von Kappenberg 226, 239, 241, 242, 246, 249, 251, 253, 255, 256 und Dignitarienverzeichnis, Arch. Subs.).*

[2]) *Vgl. Bd. I H. 3 S. 261, wo er* Stapelvenneus *heißt.*

salutem nunc, cum id concessum sit et liberum etiam vobis permissum, recipere et impias illas missas expungere", quarum etiam impietatem prolixe ex scripturis refutat ibidem, quod conscientiae et officii causa dicit se scribere ad suos sympatriotas. Sed isti interim manserunt in papistica impietate. Erit igitur istud scriptum istis in testimonium.

Dolendum est in tot urbibus amplae ditionis Monasteriensis, quales sunt Borcka, Cosveldia, Warendorpia, Ala, Beckemena, Telgetum, Werdena, Ahusium, Wildeshusium, Werda[a])[1]), Scoppingia, Ransdorpium, Statlonium, Horstmaria, et in multis aliis oppidis ac vicis mihi incognitis non propagari veram doctrinam. In oppido Rhena purius doceri audio propter praesentiam veteris praesulis Wilhelmi Ketleri, quam alibi, ubi etiam illius sacellanus, vir doctus M. Johannes Hammakerus, in aula Ketleri pure docet et sacramenta integre administrat[2]). De oppidis Bocholdio, Meppen, Haselunna, Cloppenberg et Vechta diximus.

Hermannus Coutius[b]), primo pastor et vicarius[3]), postea decanus Beckemensis factus, valde papatum in istis oris semper defendit et tutatus est, vir existimatione magis doctus, quam re ipsa, cum quo cum ego aliquando de religione conferrem Beckemenae, nihil aliud habuit, quod opponeret et obiceret ex scriptura et patribus pro invocatione sanctorum et aliis papisticis nugis, quam locos communes Johannis Hoffmeisteri[4]), monachi desperati, ex patribus pro papistica assertione collectos, ubi ostendi etiam coram ipso Hoffmeisterum quaedam falsa citasse. Qui sint reliqui papistae vel neutrales in istis oppidis ditionis amplissimae Monasteriensis et quales monachi papisticam religionem in diversis monasteriis istius ditionis defendentes, ignoro.

a) *B und W:* Wurda. b) *W:* Cotius.

[1]) *Gemeint ist wohl die Herrschaft Werth (Kr. Borken).*

[2]) *Vgl. S. 58f.*

[3]) *Hermann Kote kommt als Vikar in Beckum am 5. Januar 1554 urkundlich vor (Staatsarchiv Münster, Dep. Ahlen). Nach Bd. 1 H. 3 S. 170 leitete er um 1534 die Schule in Beckum. 1532 1533 versuchte auch Beckum die Einführung der Reformation. Vgl. Kerssenbroch S. 411, D. Lilie, Osnabrücker Bischofschronik (Osnabrücker Geschichtsquellen Bd. 2, Osnabrück 1894) S. 219f. und J. Schwieters in der Einleitung zu den Bau- und Kunstdenkmälern des Kreises Beckum, Münster 1897, S. 18.*

[4]) *Vgl. über ihn Realenzyklopädie Bd. 8 S. 229ff.*

3. Minden[1].

Wie aus dem letzten, bisher ungedruckten Abschnitte dieses Kapitels hervorgeht, ist Hamelmann zu Anfang der fünfziger Jahre selbst in die Mindener Reformationsgeschichte verwickelt gewesen.

Die eigenen Erfahrungen, Erkundigungen und Bekanntschaften sind wohl durch Mitteilungen der Mindener katholischen und später der evangelischen Geistlichen und Schulmeister ergänzt worden. Man wird vor allem an den Rektor und späteren Superintendenten Hermann Huddäus denken dürfen.

Über die Anfänge der Reformation in Minden ist Hamelmann nicht ausreichend unterrichtet. Seine weitere Erzählung beschränkt sich dagegen auf die Vorführung und Charakterisierung der beteiligten Persönlichkeiten und erscheint als zuverlässig.

Die Abfassungszeit ist 1568, weil der Antritt des Rektors Bodenius noch erwähnt ist.

[1]) *J. L. Bünemann*, Initia reformationis evangelicae Mindensis a. MDXXVIIII. in autumno susceptae, *Progr. Minden 1729 <Berlin KB>. (E. A. F. Culemann), Mindische Geschichte Abt. 4. 5., Minden 1748. A. G. Schlichthaber, Der Evangelisch-Lutherisch-Mindischen Kirchengeschichte Th. 1—5, Minden 1752—1755 (mit Predigerverzeichnissen, die aber für den hier behandelten Abschnitt auf Hamelmann beruhen). Jacobson S. 548—553. Cornelius Bd. 1 S. 83—86. G. L. Wilms, Geschichte des Gymnasiums zu Minden H. 1. Die Reformation in Minden, Progr. Minden 1860. (Die fleißige, wenn auch etwas umständliche Arbeit ist nicht fortgesetzt worden, weil der Verfasser bald darauf starb.) Kampschulte S. 115—122, 259—261. W. Schroeder, Die Einführung der Reformation in Westfalen in dem Zeitraume von 1520—1540, Minden 1883 (nur für diesen Abschnitt von Belang). Derselbe, Chronik des Bistums und der Stadt Minden, Minden 1886, S. 428—501. H. J. Wurm in der geschichtl. Einl. zu den Bau- und Kunstdenkmälern des Kreises Minden, Münster 1902, S. 63 f.*

W 1312. **Historia[a]) ecclesiastica renati evangelii in civitate Westphaliae Minda autore Hermanno Hamelmanno.**

Erat circa annum trigesimum post millesimum et quingen- W 1313. tesimum a nato Christo apud generosum comitem de Hoya Ericum in arce Stoltenow Nicolaus Cragius, vir quidem mediocriter doctus, sed docendo admodum felix et eloquens[1]). Cum vero eodem anno cives urbis Mindensis flagrarent ardore et amore religionis verae et sincerioris doctrinae evangelii, mediocriter inflammati studio et privata lectione operum Lutheri, Philippi, Pomerani et aliorum, tum quoque ex fideli institutione Alberti Nisii, viri quidem integerrimi, qui pure ibi aliquamdiu docuerat in templo Mariano[2]), sed nihil adhuc immutaverat in religione vel sacramentis et ceremoniis, quamquam libere falsam doctrinam pontificiorum reprehenderat, quo nomine venerat etiam in periculum apud episcopum Franciscum, illi igitur censebant istum Cragium, quem in vicinia habebant, idoneum esse, cuius opera instauratio ecclesiae fieri posset. Idoneo igitur tempore de consensu comitis Erici eodem anno, quando ipsorum episcopus Franciscus Brunsvicensis, Henrici frater, occubuerat et Henricus, dux Brunsvicensis, in comitiis erat Augustanis atque nondum novus erat electus episcopus, vocarunt Nicolaum Cragium[3]) sumentes initium mutationis in religione.

Quo autem id commodius fieret, elegerunt viros triginta[4]), qui strenue nomine communis reipublicae negotium evangelii pro-

a) *Text nach B und W.*

[1]) *In der Kirchengeschichte von Hoya sagt Hamelmann (W 798):* Frater Jodoci comes Ericus, qui aulam suam instituerat in arce Stoltenowe, habuit disertum et peritum et in scripturis exercitatum virum Nicolaum Cragium libere et dexterrime doctrinam evangelii profitentem, cuius conciones multi etiam heroes cum stupore audiebant apud se. Ideo is gratus erat comiti Erico, et hic Cragius superabat eloquio Adrianum (Buxschotium).

[2]) *Nach Bünemann Bl. A 2b ff. war Nys (Nise, Neiße) um 1447 in Minden geboren und starb 1547; seine Angaben über Geburtsjahr und Heimat werden aber von Wilms S. 19 f. bezweifelt.*

[3]) *Er hielt Weihnachten 1529 seine erste Predigt in St. Martini. Bünemann Bl. B 4b, Culemann Abt. 4 S. 30, Wilms S. 31.*

[4]) *Vielmehr 36. Vgl. Wilms S. 29 und die ebenda S. 34 abgedruckte Urkunde.*

moverent, ex quibus praecipui erant Johannes Bruningius [1]) senator, qui tamen postea ab aliis male tractabatur tanquam cuiusdam facti reus, item M. Petrus Wieus [2]), qui postea consul constituebatur, et Johannes Gevecotus, senioris consulis [3]) filius, qui et ipse post aliquot annos elapsos et pronunciatus et designatus consul. Illi igitur, de quibus dixi, triginta cum evocato Nicolao Cragio deliberant de toto negotio et communicato cum eo consilio convocarunt tandem ex communi deliberatione omnes monachos et canonicos in collegiis exceptis cathedralibus dumheris, quos in sua reliquerunt papistica religione, eisque serio iniunxerunt, ut depositis suis papisticis sacris evangelicum illum doctorem Cragium cum suis docere paterentur in singulis ecclesiis parochialibus. Quo mandato ipsis significato statim Cragius irruit tunc in hanc, tunc in illam parochiam concionaturus ad populum. Mox ergo [4])

[1]) *Er kommt am 14. Dezember 1528 urkundlich vor (Staatsarchiv Münster, Dep. Stadt Minden Or. 512).*

[2]) *Vgl über ihn Bd. 1 H. 3 S. 230.*

[3]) *Dieser kommt 1515—17 in Urkunden der Stadt, 1509—29 in Urkunden von St. Mauritz und Simeon vor.*

[4]) *Wegen der Vorgänge Ende Dezember 1529, über die Hamelmann sehr mangelhaft unterrichtet ist, vgl. Culemann Abt. 4 S. 30f. und S. 42f., Wilms S. 32f., Schröder, Einführung der Reformation S. 19f. Eine gleichzeitige Darstellung befindet sich in einer wohl von Mooyer stammenden Abschrift im Staatsarchiv Münster Msc. VII 2712^{a} Nr. 3. Danach wurden am 27. Dezember die Stadttore geschlossen, der Abt von St. Simeon auf das Rathaus gefordert und ihm* „durch sechs unnd dreissig Mann, so usz dere gemeinden erwelt unnd vurstennder des wortt Gots gnent unnd offenbaire Lutherani sein, in beywesen zweyher Lutheranen predicanten, dere einer ein verlawffener Munch unnd der ander, als gesagt wirdet, ein Scharpfrichter zu Schwoll gewesen, abgedrungen, das er sich hait muessen verpflichten . . ., dere Statt Minden drydusend guldn, dere er nie schuldig worden, zugeben und zu betzalen und darzu etlige annder puncten unnd artickell unnder des kloisters Siegel zugloben“ *(vgl. die Urkunde ebenda Nr. 2 und Schröder S. 19f.).* „Unnd daneben vier priester und einen diaken usz demselbigen sanct Simeons Cloister genommen unnd die gegen ire profession in weltliehn stanndt vszgeloekt vnnd wellen auch darzu keinen anndern dann lutherischn predicanten lyden ader zulaissen, welchs alles vom Raidt zugelassen vnnd gestattet wirdet.“ *Dem Kapitel von St. Martin wurde auf dieselbe Weise eine Verschreibung über 500, dem Kapitel von St. Johann eine über 150 Gulden abgedrungen und ihnen* „alle bürgerliche Pflicht und Bürde“ *auferlegt.* „Vnnd haben daneben die von Minden die vicarien des dhoimstifts vnnd alle andere priester dero gedachter Statt uszgenommen dhoimherrn zu allen lesten vnnd burgerlichen besteuerungen genotigt, dereselbigen etlige, so nit Lutherisch haben wullen

ista sua animosa audacia et verbis sesquipedalibus atque stentoriis fulminibus in pontificios et eorum religionem iactis terruit adversarios et qui statim omnem religionem pontificiam abolebat subita mutatione, quasi in momento efficit ita, ut illico monachi et canonici exirent urbem [a]) praeter Paulinos fratres, qui tamen postea aufugere cogebantur [1]).

W 1311.

Ibi mox fugitivi et quasi eiecti pontificii movent litem in camera imperiali [2]) toti urbi Mindensi, quae eo processit, ut aggravatione et banno imperiali notarentur [3]). Id quidem dixere multi facile praecavere potuisse Cragium, si saltem modestius et paulo moderatius, ut servum Domini decet esse placidum, de maturo piorum consilio egisset et non adeo praeceps in abolitione omnium

a) *W:* urbe.

predigen, dere Statt verdrieben vnnd den verlawffen Munchen wie vurg. in die pfarrkirch sanct Simeons mit gewalt gesatzt, daselbst vff lutherisch, wie er noch thut, zu preddigen vnnd die Sacramentn zu administrieren. Sey haben auch sanct Egidius kirch, sanct Annenkirch, die Capel vnnser lieben frauwen vur dere bruggen sampt dere Capellen Hierusalem geheiszen abgebrochen, kelch, taffeln, bilde vnnd zeraden darusz genommen vnnd ganntz vnchristlich Ires mutwillens also damit gehandelt, das davon nit mag gnug geschrieben ader gesagt werden, dardurch das gemeine volck verfurt, zu ketzereyen vnnd vnglawben bracht, aller Gotsdinst zersturet vnnd die Christlige ordnung allerdinge zuruckgestalt, die geistlign Jemerlichen verdruckt, bescheddigt vnnd des Iren wider alle billicheit vnnd Bapstlicher hilligkeit vnnd Romischer keyserlicher Maiestat verbott vnnd bevelh berawbt werds." *Vgl. auch die Klage des Klerus bei Culemann S. 42 f. Am 26. August 1530 schlossen St. Mauritz und Simeon, St. Martin und St. Johann eine Union gegen die Vergewaltigungen (Staatsarchiv Münster, Or. von Mauritz und Simeon Nr. 306 und Msc. I 113, fol. 5ª bis 7ª. Abgedruckt bei Bünemann Bl. D 2ª ff. und Wilms S. 34 f.).*

[1]) *Die Dominikaner von St. Paul mußten sich, wahrscheinlich ebenfalls notgedrungen auf einen Vergleich einlassen. Am 27. Januar 1530 verpflichteten sich der Prior Ernst Backhuis, der Supprior Arnold Rinsche und der Konvent, keine Novizen mehr aufzunehmen, das Archiv zu verschließen, nach ihrem Tode das Kloster der Stadt zu überlassen usw. (ebenda, Dep. Stadt Minden Or. 514). Die Mönche Johann Wakemann, Johann v. d. Hagen, Johann von Stenforde, Johann Brandes wurden 1539 abgefunden (ebenda Or. 566–569).*

[2]) *Vgl. Culemann a. a. O. S. 42 ff. und Schröder, Einführung der Reformation S. 28 ff.*

[3]) *Die Stadt wurde am 9. Oktober 1538 in die Acht erklärt. Das Urteil (Staatsarchiv Münster, St. Martin in Minden Or. 322) ist abgedruckt bei Culemann a. a. O. S. 92 ff.*

rerum et subita mutatione fuisset. Adde etiam, quod vita hominis istius (puto Cragii) fuerit dissolutior, quam ista causa requirebat in tali reformatore evangelico. Ideo temeraria audacia et effrenata insolentia vitaque liberiori non parum obfuit evangelii progressui Nicolaus [1]).

Albertus Niseus, qui ante, ut dixi, pure evangélium docuerat strenue in sua parochia Mariana, nunc pergit docere et propagare evangelium et omnia ad normam evangelicae doctrinae moderate instituere. Ideo etiam ille mansit ibi semper pastor ab eo tempore usque ad annum quinquagesimum septimum, cui tunc erat collega Bernhardus Meneus. Cragio autem fuit collega [2]) Johannes Storckius primo, deinde Johannes Bodekerus, qui ibi per sedecim annos haesit, donec sub comite Speigelbergico vocaretur ad pastoratum in Cloppenbruggen, ubi hodie senex superest.

Quo etiam tempore [3]) in aede Simonis coepit plantare evangelium Henricus Traphagius Lemgoviensis, qui monachatum deposuerat, ut pie sub evangelio viveret, et ibi primus evangelista factus est. Tandem is consequitur conditionem et pastoratum in ducatu Luneburgensi [4]), et ei succedit ex monachatu Benedictino ibidem quidam Johannes Potbergius [5]), quem aiunt praecipuum ibi evangelistam fuisse. Hic abiecto suo ordine ibi docuit usque ad finem vitae pie et honeste, quo mortuo duxit eius viduam et successit ipsi in ministerio Henricus Duthingius, quondam unus ex fratrum collegio Hervordiensi, qui ibi conrector sub Huddaeo erat, vir doctus et Hebraeae linguae ac historiarum peritus [6]).

[1]) *Merkwürdigerweise erwähnt Hamelmann gar nicht, daß Krage die Mindener Kirchenordnung verfaßte:* Christlike Ordeninge der Erlyken Stadt **Mynden . . . Lübeck, Johan Balhorn 1530** *<Stuttgart LB>, abgedruckt bei Wilms S. 36–71, Inhaltsübersicht bei Jacobson, Urkundensammlung S. 502 bis 507 und Richter Bd. 1 S. 138–140.*

[2]) *An St. Martin.*

[3]) *26. September (oder 3. Oktober?) 1529; denn er ist wahrscheinlich der Prediger, von dem Heinrich Piele (vgl. Bd. 1 H. 3 S. 227), ohne den Namen zu nennen, in seiner Chronik und andere Aufzeichnungen (s. auch oben S. 77 Anm. 4) erzählen. Vgl. Bünemann Bl. B 3ª ff. und Wilms S. 25 und 28.*

[4]) *Er war erster lutherischer Pastor in Isernhagen und wird als solcher 1534 erwähnt (K. Kayser, Die reform. Kirchenvisitationen in den welfischen Landen, Göttingen 1896, S. 491)*

[5]) *Auch Johann Padeberg (Padberg) genannt (Wilms S. 25 Anm. 42).*

[6]) *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 230.*

Cum autem Nicolaus Cragius propter vitam et sermonem liberiorem fieret multis odiosior et certis de causis haberetur suspectus apud senatum (quia cognoscebant ex eius temerariis consiliis aliquid mali quotidie oriri reipublicae et iam tunc imperialis camerae aggravationem et bannum sibi denunciatum [1]) habebant), praeceperunt ei consules senatores, ne posthac a finita concione ad privatos suos congressus et colloquia convocaret cives. In qua W 1315. re non paruit senatui, sed post istam prohibitionem hoc multo liberius et frequentius solito facere videbatur. Deinde antea saepe petulantiam exercuerat. Nam postquam ad novam scholam evangelicam aperiendam vocasset senatus virum cordatum et doctum M. Rodolphum Mollerum [2]) Hervordia, omnibus modis suaserunt Cragio, ut nihil citra istius Rudolphi consilium tentaret faceretve. Censebant enim ipsius suffragio accedente posse omnia prudentius institui et in ordinem redigi. Verum ipse solus semper contempto senatu et praeterito Rudolpho reliquisque collegis temere omnia tentavit. His igitur aliisque de causis moti consules et senatores eum urbe eiecerunt anno 1535. Haesit igitur in suburbio piscatorio aliquamdiu, ex quo saepe in urbem ad senatum scripsit et in fine literarum hanc [formulam] semper adiecit: „Datae Bethaniae prope Jerusalem" [3]). Cum igitur et ibi multum molestus esset senatui, apprehendi hominem iubent et reduci a quibusdam civibus ad Ericum comitem de Hoya in arcem Stoltenaw curant, unde venerat [4]).

Mox anno 36. vocatur in Cragii locum opera Urbani Rhegii M. Gerhardus Oemikenius Camensis ex ecclesia urbis Lemgoviensis [5]) in superattendentem, cui tunc Mindae collega erat [6]) Conradus

[1]) *Höchstens angedroht.* [2]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 221.*

[3]) *L. Keller, Geschichte der Wiedertäufer, Münster 1880, S. 183 macht daraus, er habe Minden nach Art der Wiedertäufer das neue Jerusalem genannt. Selbstverständlich hat er aber bloß auf seine Ausweisung aus der Stadt anspielen wollen.*

[4]) *Am 12. Januar 1545 bat der Kaplan Dr. Nikolaus Krage den König Christian von Dänemark, er möchte die Stadt Minden und das Stift St. Martin veranlassen, ihm die vorenthaltenen Gelder zu entrichten. Der König verwandte sich auch am 13. Januar für ihn (Staatsarchiv Münster, Dep. Stadt Minden Or. 589 und 590). Sonst ist mir über Krages spätere Schicksale nichts bekannt.*

[5]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 228 und zum Folgenden E. Knodt, Gerdt Omeken, Gütersloh 1898, S. 125—142.* [6]) *An St. Martin.*

Meyerus Lemgoviensis, vir pius[1]). Oemikenius autem eruditis concionibus et suavi eloquentia conabatur turbatum reipublicae statum componere et in ordinem referre et cives a senatu abalienatos per Cragium ad oboedientiam flectere et commode redigere adhibita etiam praeter scripturas et erudita exempla similitudine quadam eleganti de horto ornato et exculto multis aromatis, „in quem non intromittuntur", inquit, „sues et ursi, ut discerpant omnia, vel etiam gallinae, ut multa inde evellant, quae composite ibi erant paulo ante ornata, imo istum potius omnibus modis in tali eleganti habitu custodiri a possessoribus videmus. Ita quoque," pergit, „censeo politiam esse talem hortum, quem nonnulli inquieti conantur turbare ut sues, sed istorum conatus est modis[a]) omnibus arcendus, et politia debet in suo legitimo ordine et pulchra constitutione defendi."

Cum autem videret se parum efficere, autor est senatui, ut vocarent Mindam doctorem Urbanum Rhegium Cella pro restauratione tam ecclesiae quam reipublicae, qui anno 38. evocatur et in mense Augusto habuit concionem de cavendis falsis prophetis, quam cum mox ederet, inscripsit M. Gerhardo Oemikenio[b]), et nominatim ibi ex canonicis maioris ecclesiae inter hostes evangelii decanum Borchardum Buschium, fratrem magni illius poetae Hermanni Buschii[2]), quem ut Cain Abel propter veram doctrinam odit, et Ascium[c]) de Borthveldt perstringit[3]).

W 1316.

---

a) *B und W:* et modus. b) *B:* Oemikio. c) *B und W:* Astium.

[1]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 263.*

[2]) *Vgl. über ihn ebenda S. 228 f. Von ihm wurde erzählt, er habe gesagt, er werde Tag und Nacht arbeiten, daß den Sechsunddreißig ihre Häupter abgeschlagen würden, damit man sich bis an die Knoten in Blut baden könne (Bünemann Bl. D 3[b], Culemann Abt. 4 S. 50). — Nach einer Urkunde vom 20. Oktober 1564 (bei C. W. Wippermann, Urkundenbuch des Stifts Obernkirchen, Rinteln 1855, S. 342) hatte er drei natürliche Söhne, was zu Bd. 1 H. 3 noch nachgetragen sei.*

[3]) Wie man die falschen | Propheten erkennen ia greif- fen mag, Ein predig, zu Mynden jnn | Westphalen gethan durch | D. Vrbanum Rhegium. *[Holzschnitt: Kanonikus und Mönch zerreißen ein Schäflein, mit Unterschrift.] A. E.:* Gedruckt zu Brunn- swick durch Anders | Goldbeck. | MDXXXIX. *⟨Berlin KB⟩. — Bl. 2[a] f.:* D. Urbanus Rhegius W. dem wirdigen und trewen Diener Christi und Superintendenten der Kirchen Mynden, Magistro Gerardo Oemiken verharrung auff dem weg der wahrheit. Es haben gute freund an mich begert, ich solte die predig von den falschen Propheten, newlich im

Sed erant etiam ex reliquorum collegiorum canonicis hostes evangelii, quorum aliqui usque in annum 52. vixerunt, quo tempore vel paulo post potissimi defecerant, videlicet Johannes Minschius curthisanus[1], qui Romae eorum causam egit[a]), Severinus Gogrevius[2]), Johannes Kostikenius[3]), Georgius Wismannus[4]), qui-

a) *B:* eget.

Augstmond zu Mynda gethan, jnn druck geben. Das hab ich dester lieber verwilligt, auff das unsere zornige Junckherrn, die Thumbherrn zu Mynden noch zorniger werden uber jren Apostatam Rhegium, der vor XV. jaren zu Augspurg auch jres Ordens gewesen ist. Ich hoff aber, dieser zorn sol noch was gutes schaffen, dieweil ich nichts nach jrem zörnen frag, und nur guts muts bin, wenn sie zörnen. Denn sie werden vielleicht gedenken, Urbanus hette auch wol mögen ein Reicher Thumbherr und gros im Bapstumb sein, als Buschius Decanus und Asth von Porchfeld (!) des Urbani discipel. Quem ex incredulitate Parentes Deo vero abstulerunt et obtulerunt le Moloch Idolo Moloch auch als wir alle jetzt sind. Er wolt aber nicht, darümb wird er gewislich ersehen haben, das wir jn einen gefarlichen stand sind, und ist bey guter zeit aus Sodoma und Gomorra geflohen, das er nicht sampt uns zum Teuffel fare. Denn wenn wir Thumherrn und Canonici die warheit bekennen wollen, so leben wir ergerlich und leren verfürisch. Bekennen sie jr eigen elend also, so habe ich noch gute hoffnung, sie werden Christo zufallen, und seinem vermeinten Vicario abfallen, das gebe unser trewer Gott. Verharren sie aber jnn jrer blindheit, so frewet mich doch, das ich an jrem Verderben kein schuld hab, dieweil ich jnen die Warheit mit gefarnus leibs und lebens fur ir angesicht, beide mit schreiben und predigen getragen hab. Got bekere sie und beware uns jnn seinem heiligen Wort Amen. Datum zu Zell, an S. Mathei tag. Anno Dominij 1538. — *Ein Nachdruck der Predigt erschien 1539 in Wittenberg bei Hans Frischmut* <*Berlin KB*>. *Sie ist auch abgedruckt bei* ***Schlichthaber*** *T. 1 S. 113—181.*

[1]) *Am 16. März 1529 kommt er als Vikar am Dom (Staatsarchiv Münster, Domstift Minden Or. 424), am 19. März 1551 als Dechant von St. Martin (ebenda Msc. VII 2715, vorderer Umschlag) vor.*

[2]) *Kanonikus von St. Martin, in dessen Urkunden (ebenda) er von 1527 bis 1549, 1549 als Senior, vorkommt.*

[3]) *Als Kanonikus, später Senior von St. Martin kommt er seit 1527 öfter in den Urkunden vor. 1534 wurde* magister Johannes Kosteken sancti Martini civitatis *(d. h. Minden)* et sancti Bonifacii opidi Hamelensis . . . canonicus *zum Propst von Obernkirchen gewählt. Als solcher kommt er öfter bis 20. Oktober 1564 vor. Vgl. C. W.* ***Wippermann*** *a. a. O. S. 328—342. 1561 bewilligte ihm das Kapitel von St. Martin wegen seiner Verdienste um das Stift während der Zeit,* „da unser kerken guther durch die Lutterschen de facto occupirt und ingenommen", *daß ihm auch in seiner Abwesenheit seine Präbenden frei ausgefolgt werden sollten (Staatsarchiv Münster, Msc. VII 3701 B, Bl. 88a—89a). Am 17. März 1565 war er tot und bekam Anton Minsche zum Nachfolger in Obernkirchen (Staatsarchiv Münster, Stift Minden Or. 467).*

[4]) *Kanonikus von St. Martin, in Urkunden 1530 bis 1551 genannt.*

bus postea additus abbas monasterii Benedictini Johannes Marsmannus [1]). Kostikenius erat praepositus in Obernkirchen comitatus Schowenbergici et cantor canonicus Martinianus [a]), Minschius decanus, Wismannus scholasticus, Severinus thesaurarius etc. et alii multi. Nunc in illorum omnium locum successit Johannis Minschii filius Antonius Minschius [2]), homo maioribus etiam pompis, divitiis et beneficiis ornatus, quam pater, qui hodie cum abbate Marsmanno nihil non tentat contra evangelium. Omnes isti olim et etiam, qui hodie vivunt ex istis, excepto Kostikenio et abbate, fuerunt egregii concubinarii, qui publice domi aluerunt scorta.

Cum autem graviter premerentur a camera Mindenses et proscripti viderentur, fuit Oemikenius autor et suasor senatui, ut sese Smalkaldicis adiungerent. Ita factum est, ut ipse Gerhardus Oemikenius subscriberet nomine ecclesiae Mindensis articulis religionis et ibidem praesens esset Smalkaldiae anno 1538 [3]). Legitur enim aliquoties in Sleidani historia, quomodo apud cameram Smal-

a) *B und W:* Martianus.

[1]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 229.*

[2]) *Anton Minsche kommt seit 1549 als Kanonikus, 1551 (Or. von St. Martin Nr. 428) und 1558 (Wippermann a. a. O. S. 334) als Propst, von 1576 bis 1601 als Dechant von St. Martin, seit 1558 auch als Dechant von St. Johann sehr oft in den Urkunden der Stadt und der Stifter vor. Am 17. März 1565 wurde er auch als Propst von Obernkirchen bestätigt (vgl. oben S. 82 Anm. 3), 1574 erscheint er ferner als Propst von Herford (Domstift Minden, Or. 494). Bocer (Bd. 1 H. 3 S. 224 Anm. 2) und Hamelmann (W 648) widmeten ihm als Propst von St. Martin und Dechant von St. Johann 1563 und 1565 Schriften, während 1571 bis 1576 Jobst von Behren als Propst von St. Martin genannt wird. Am 10. Juni 1604 einigte sich die Stadt mit Minsches Sohne Heinrich wegen verschiedener* onera tam personalia quam patrimonialia et mixta *(Staatsarchiv Münster, Dep. Stadt Minden Or. 772). Er hatte noch einen zweiten Sohn Konrad, der neben jenem in einer Schuldverschreibung vom 23. März 1573 (ebenda Dep. Stadt Herford Nr. 381) genannt wird.*

[3]) *1537. Die Unterschrift lautet:* Gerardus Oemken *(nicht* Oeniken), Superintendens Ecclesiae Mindensis *(Das Evangelische Concordienbuch hrsg. von J. T. Müller, 2. Aufl., Gütersloh 1908, S. 175). — Hamelmann macht aber hier auffallenderweise zwischen den Schmalkaldener Artikeln und dem Schmalkaldener Bunde keinen Unterschied. In den Bund trat die Stadt im August 1536 ein (O. Winckelmann, Politische Korrespondenz der Stadt Straßburg Bd. 2, Straßburg 1887, S. 384 f., 387).*

kaldici aliquoties intercesserint pro Mindensibus, ut gravamine camerae liberarentur [1]).

Reversus Smalkaldia domum Oemikenius insolentior [a]) et arrogantior solito visus fuerat et ab eo tempore graviter et liberius reprehenderat [b]) senatum et in vitia omnium acerrimus vindex auditus erat atque eos, cives et senatores, insectatus erat acriter, qui nondum plane novam illam, ut appellabant, doctrinam evangelii susceperant et approbaverant. Sed hic tandem sumpserunt occasionem dimittendi eum, quia ibi forsan tunc, ut alibi, parum aut nihil potuere ferre reprehensionis magistratus et primarii. Is ergo anno 1540. dimittitur. Dimissus abiit ad Urbanum Rhegium doctorem, cuius promotione factus est ducalis Francisci Luneburgici ducis concionator aulicus, ex cuius aula postea in inspectionem ecclesiarum in ducatu Megapolensi vocatus est.

Interim in locum Oemikenii Mindam vocatur Hervordia doctor Johannes Dreierus [2]) Lemgoviensis, qui ad festum Michaelis eodem anno 40. adveniens multis fuit gratus et bene docuit. Sed quia protervum habuit collegam et sacellanum [3]), hominem tunc *W 1317.* clamosum Ludolphum Hugonem, qui in locum Conradi Meyeri constitutus erat et quondam in ducatu Cliviae religionis monasticae cultor, sed propter evangelium turbatus erat [c]). Hic, inquam, bonum senem ut gloriosus iuvenis contempsit (nescio tamen, quid causae haberet) in publicis concionibus et saepe reprehendit eiusque titulum doctoris sarcasmo derisit. Ita maerore tabescens doctor Dreierus dixerat saepe amicis: „Hanc plagam sustineo, quod Hervordienses meos propter tenue stipendium deseruerim“ et interim tranquillus se ad mortem praeparaverat et omnia pa-

a) *B:* insolenter. b) *B:* reprehenderet.
c) *Der Satz ist nicht zu Ende geführt.*

1) Commentarii, *in der Ausgabe* Argentorati 1555 *Bl. 188b ff. Der Schmalkaldener Bund beschäftigte sich wiederholt mit der über Minden verhängten Acht, z. B. auf dem Frankfurter Bundestage 1539 (O. Meinardus in den Forschungen zur deutschen Geschichte Bd. 22, 1882, S. 639 f):* „Das die von Mynden über ihre gethane appellation, protestation und recusation seien in eitel religion sachen in die acht erklart und denunciirt“, *bei einer Gesandtschaft an den Kaiser Februar 1540, auf dem Bundestage von 1540 usw. (Winckelmann a. a. O. Bd. 3, 1898, S. 41, 166, 221, 253).*

2) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 227 f.* 3) *An St. Martin.*

tienter tulerat. Nam postquam per triennium et semestre in quartum usque annum ibi in provincia haeserat, moritur placide in Domino Jesu. In cuius locum exaltatur Ludolphus Hugo, cui tunc contigit collega Bernhardus Luderus[1]) Mindensis, homo doctus et poeta.

Quis vero Alberto Niseo toto illo tempore collega fuerit[2]), ignoro, nisi quod his postremis annis Johannes Montanus Brunswicensis[3]), musicus et poeta eruditus, quondam scholae conrector, ibidem ministerium administravit et illi alio vocato succedit Paderbornensis quidam, nomine Rodolphus Bredebekius[4]), et Alberto seni et emerito atque post mortuo successit Wilhelmus filius diligenter patris vestigia ingrediens, qui etiam aliquando subivit vices patris et ipsum sublevavit veluti Nazianzenus patrem et anno 1567. peste moritur[5]). Dixi Henricum Duthingium praepositum templo Simeonis, unde postea translatus est ad Marianam parochiam ut minister, ubi is, veluti Wilhelmus in Maio, ita hic Augusto moritur anno 1567. Dimissus inde erat Luderus propter

1) *Über ihn Bd. 1 H. 3 S. 226.* 2) *An der Marienkirche.*

3) *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 227.*

4) *Bredenbeck (Bredeck) war vorher in Paderborn (vgl. später W 1344, 1371), 1566 bis 1573 an St. Marien in Minden, seit 1573 Pastor an der Altstädter Kirche in Bielefeld, gestorben 12. April 1617 (nach einer handschriftl. Notiz in Schlichthabers Entwurf Ravensbergischer Kirchengeschichte, Exemplar der Städt. Bibl. in Bielefeld, S. 41). Er schrieb:* Eine kleine Trost Predigt van der Leve eines rechten gelöwigen Christen, *Lemgo 1587 <nicht ermittelt> und* Undecim Conciones, *Lemgo 1589 <Hannover KB, Bielefeld, Städt. Bibliothek für Heimatkunde>. Vgl. H. Petri in den Ravensberger Blättern 1907, S. 9—11, 18—19, 28—29, 34—35.*

5) Wilhelmus Nisius Mindensis *studierte in Wittenberg, wo er im Juni 1556 immatrikuliert wurde (Album 1, 319). Er ist offenbar der Wilhelm, von dem Melanchthon am 21. Juni 1557 an Huddäus schreibt (Corpus Reformatorum Bd. 9 Sp. 170):* Adolescentis Guilelmi studia ut patri commendes, te valde oro. Si quid putas impetrari posse vel a senatu vel ab honestis civibus, quaeso annitere. Nam et mens adolescentis pia est et ingenium doctrinarum capax et recte didicit initia earum. *Seine Berufung nach Minden ist im Wittenberger Ordiniertenbuche verzeichnet (Buchwald, Wittenberger Ordiniertenbuch, Bd. 1, Leipzig 1894, S. 113):* Wilhelmus Nisius Myndensis, vocirt gen Minden zum diacono 1559 mitwoch nach trium regum. — *Er starb nach der von Bünnemann Bl. A 4a, Schlichthaber Bd. 2 S. 191 und Wilms S. 33 mitgeteilten Grabschrift am 24. April (nicht im Mai, wie Hamelmann nachher angibt) 1567. Die Grabschrift besagt, daß er neun Jahre das Volk* „veram cum pietate fidem“ *gelehrt habe.*

suspicionem adulterii, quam tamen a se diligenter amovit. Luderus aliquando apoplexia corripiebatur, sed mirabiliter eum restituit Deus valetudini mediocri, ut non solum postea Mindensi ecclesiae, sed etiam deinde Huxariensi ecclesiae concionibus praefuerit et in ea mortuus sit. In templo Simeonis successit Duthingio Henricus Ruscampius Mindensis docens in patria[1]).

Ludolphus autem Hugo, postquam per decennium gratus esset, coepit postea contemni vulgo iuxta illud „Qua mensura mensi fueritis etc.“, quoniam suis concionibus et privatis colloquiis interdum horrida, inepta, frigida et etiam ridicula immiscuerat, ut audio. Interim ferebatur a multis et defendebatur a piis, ut retinerent [eum] in ministerio propter fidam operam tempore Interim praestitam isti ecclesiae, de qua postea dicam. Sed anno 1563. a quadam venefica in convivio veneno intoxicatus *W 131s.* esse dicitur. Itaque in magno dolore et cruciatu diu vagatus est et prae angore nesciens, quo se verteret, tanquam inquietus hinc inde oberravit, donec tandem vis veneni omnem vim membrorum et vitae enervaret. Ita moritur anno 1565. et ei succedit in conditione et pastoratu M. Hermannus Huddaeus[2]), rector scholae, vir doctrina, eloquio et usu rerum praestans, qui, dum scholae praeesset, quia interdum causis politicis ut vir sagax et prudens a multis adhibebatur, liberioris erat vitae. Verum iam factus praeco verbi Dei dicebatur plane mutatus esse. Sed consuetudine hominum retrahitur ad convivia. Interim pergit nunc magna cum laude docere. Is instructissimam habet bibliothecam omnibus omnium paene autorum editorum libris refertam domi, ut, dum in scholis praelegit, magna dexteritate et iudicio multos doctos fecit discipulos. Sed hodie non minori gloria, laude et iudicio in ecclesia docet. Dicitur clam favere rei sacramentariae, et in omnibus sequi sententiam sui praeceptoris Philippi Melanthonis[3]),

[1]) *In einer Urkunde vom 26. Juni 1573 (Staatsarchiv Münster, Dep. Or. 688) wird er als Prediger an St. Martin genannt. Vorher war er in Rinteln (W 847 und K. A. Dolle, Bibliotheca historiae Schauenburgicae, Bückeburg 1751, S. 268).*

[2]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 223.*

[3]) *Von dem Briefwechsel mit Melanchthon sind nur zwei Briefe Melanchthons bekannt, der eine vom 21. Juni 1557 (vgl. oben S. 85 Anm. 5), der andere vom 3. Oktober 1559 (Corpus Reformatorum Bd. 9 Sp. 939).*

quamquam receptam formam et doctrinam Lutheri traditam ibidem non mutaverit vel in reliquis partibus, vel doctrina sacramentorum.

De scholis.

De schola pontificiorum, quae ibi fuit sub Bartholomaeo Coloniensi [1]) et aliis celebribus Mindae, nihil dicam.

Anno 30. vocatur Hervordia Mindam M. Rodolphus Mollerus [2]), homo doctus et probus, ad novam scholam aperiendam in coenobio Dominicano [3]), quod etiam optimo viro probe successit, quia ibi magna cum laude ludum literarium aperuit et rexit multaque Nicolao Cragio ex mandato senatus, si obtemperasset is, sapienter et graviter suasit in munitione religionis. De hoc Rodolpho plura dixi in historia Hervordiensis ecclesiae [4]) Osnaburgensisque [5]), item in historia ecclesiarum Brunswicensis ducatus inferioris, ut Hannoverensis et Hamelensis [6]). Cum autem videret Cragium tumultuari nec sibi obtemperare, regreditur M. Rodolphus Hervordiam et ei successit ipsius conrector M. Henricus Primaeus [7]), qui vir tam doctus cum [a]) non satis esset ad eam functionem, ex schola pontificia transfertur ad scholam evangelicam Pistorius [8]) Mindensis, qui industrie et graviter quibusdam scholis antea praefuerat. Is cum sese scholastica functione abdicaret factus civis et medicus, credo hunc esse Rodolphum Hostenium [9]), virum modestum et sedatum, Osnaburgae honesto genere natum, cui successit [10]) M. Hermannus Huddaeus Mindensis, vir ingenio, moribus et lectione praestans et ad gubernandam iuventutem natus, qui per multos annos scholae praefuit magna cum laude etc. Cui tunc successit Rotgerus Copius [11]), Bernhardi frater, vir doctus, sed quoque eius-

W 1319.

a) *fehlt B.*

[1]) *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 17.* [2]) *Vgl. oben S. 80.*

[3]) *Die evangelische Schule wurde 1530 im Dominikanerkloster St. Pauli eröffnet. Vgl. zum Folgenden F. Däcke, Versuch einer Geschichte des Gymnasiums zu Minden, Progr. Minden 1830.*

[4]) *W 1036 f.* [5]) *W 1128, 1168.* [6]) *W 929, 932.*

[7]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 95.*

[8]) *Heinrich Becker. Ebenda S. 230.*

[9]) *Däcke S. 15 hat ihn, wie es scheint, einfach übersehen.*

[10]) *Etwa 1545 bis 1565. Vgl. oben S. 86.*

[11]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 146. Nachgetragen sei, daß er 1560 in*

dem cum fratre religionis, hoc est Calvinista. Quo dimisso, assumitur Johannes Bodenius [1]).

fehlt W.

De certaminibus.

Nulla ante Interim certamina fuere, quod ego sciam, nisi quod in initio venirent in illam urbem Melchior Pelser [2]) et quidam alii anabaptistae volentes disputare et concionari, sed facile sunt repressi non tam a Cragio quam a M. Rodolpho Mollero; deinde, quod etiam Ludolphus Hugo ita contemneret doctorem Dreierum [3]). Interim animosum se veritatis assertorem praebuit tempore Interim [4]) Ludolphus ille, quia, cum per id tempus fores templi a pontificiis occluderentur concionatoribus evangelii, ille animose pergere voluit in officio nec minis ullius hominis terrebatur. Ideo curavit sibi praeparari suggestum Ludolphus, quem alternatim constituit in horto et templo collapsi monasterii Paulini atque ibi interdum sub aëre docuit saepius dicens: „Volo concionari et oportet me docere evangelium, quodsi etiam in plateis currendum et clamandum esset. Itaque si etiam hinc turbarer, tamen non desistam vel ab officio et vocatione mea discedam, quia sic legitur: ‚Clama et non cessa!'." „Ego," inquit, „pastor sum; iam non debeo lupo [a]) venienti tradere oves." Interim non pepercit pontificiis et illorum instituto, sed fortiter eis restitit tunc

a) *B:* lupi.

Rostock (Matrikel Bd. 2 S. 140), 1568 in Heidelberg (Matrikel Bd. 2 S. 49) immatrikuliert wurde. Er wirkte demnach in Minden 1565 bis 1568 (vor dem Studium in Heidelberg).

[1]) *Bodenius aus Lippspringe war vorher Rektor in Bielefeld (weiter unten, W 833) und in Paderborn, von wo er als Freund der Reformation weichen mußte. Auf der Reise nach Minden wurde er auf Betreiben des Klerus gefangen genommen und in Dringenberg festgesetzt. Es gelang ihm aber zu entkommen (1568). Näheres in der Reformationsgeschichte von Paderborn, W 1371 ff.*

[2]) *Der Wiedertäufer Melchior Hofmann. Er wird wohl 1530 auf der Rückreise von Emden nach Straßburg (F. O. zur Linden, Melchior Hofmann, Haarlem 1885, S. 256) in Minden gewesen sein.*

[3]) *Vgl. oben S. 84.*

[4]) *Vgl. über das Interim in Minden F. B. v. Bucholtz, Geschichte der Regierung Ferdinand I. Bd. 6, Wien 1835, S. 336. A. v. Druffel, Briefe und Akten zur Geschichte des 16. Jahrhunderts Bd. 3, München 1882, S. 156 ff. und Culemann Abt. 4 S. 117.*

dicens: „Faciant, quid velint. Mori paratus sum." Ista autem constantia et pia animositate atque zelo obtinuit et impetravit, ut rursum sibi et suis collegis templa aperirentur. Deinde etiam animavit fratres, ut omnes in tanto periculo absque ullo timore pergerent in ministerio et nihil mutarent vel in ceremoniis vel in doctrina. Ita et se et suos retinuit in officio fratres Ludolphus, homo alioqui tenuiter doctus. Itaque quisque habet suum donum, veluti ille spiritum constantiae et fortitudinis, qui per id tempus in multis desiderabatur columnis ecclesiae etc.

Itaque hoc de Mindensi ecclesia et simul Hervordiensi praedicandum est, quod ibi incorruptum evangelii ministerium retinerent et scholae gubernationem inturbatam, cum alibi per totam Westphaliam horribiles mutationes conspicerentur, ut Wesaliae, Susati, Huxariae, Osnaburgae et Lemgoviae.

Interea tamen in summo templo omnibus modis et viribus tentabant doctrinam interimisticam et papisticam propagare, quia vocabatur primo monachus quidam, qui habita oratione in synodo idololatriam stabilivit in oppido Lubbecka[1]), ubi cogebatur praesens esse episcopus Franciscus de Waldeck, qui tamen antea favebat evangelio, sed nunc coactus mandavit ruralibus[a]) et singulis pastoribus, ut Interim susciperent, cum antea in ista quoque ditione per M. Hermannum Bonnum reformaverat ecclesias anno 43. Id enim nunc revocare cogebatur.

Sic postea in synodis[2]), quando convocabantur pastores, ego Hamelmannus sum nomine episcopi aliquoties vocatus ad habendas orationes synodales, sed observavi hoc in episcopo illum plane invito animo id tunc fecisse coactum. Ibi ego, cum primo inciperem, eram iuvenis vix 24 annos natus, verum satis animose anno 50. et 51. et deinde sequenti me opposui Lutheranis et quater orationem habui coram istis in synodo, primam de coelibatu et voto clericorum, secundam de missa et eius sanctitate, tertiam de invocatione sanctorum, quartam de quadragesima et

a) *B:* ruraribus.

[1]) *Hier war am 18. Februar 1549 eine Synode (Culemann Abt. 1 S. 107 ff.).*

[2]) *Diese sollten jährlich zweimal stattfinden (ebenda S. 116).*

delectu ciborum eramque admodum gratus pontificiis. Et quidem ibi ego omnes vires expandi, ut omnia papistarum argumenta de istis locis quam speciose exornarem [1]). Ideo etiam ego tunc mediocriter in papisticis dogmatibus versatus et exercitatus eloquioque et exercitio dicendi mediocri instructus temerario ausu non solum ista tentabam, sed etiam me concionatoribus opposui, praecipue Ludolpho Hugoni et Bernhardo Ludero et scholarchae M. Hermanno Huddaeo. Verum cum mecum violentia Ludolphus Hugo, Bernhardus autem Luderus (satis tamen doctus is) conviciis certaret, placidus egit Huddaeus argumentis et rationibus mecum certans. Ubi quidem diu contuli de negotio religionis cum domino Huddaeo, cui hoc tribuo, quod comitati morum et humanitati addiderit eximiam eruditionem et summam in disputatione acumen, quamquam ego tunc non tamen cederem.

Verum cum postea mirabiliter converterer ex lectione patrum antiquiorum (ut narravi in historia ecclesiae Camensis) et irem

[1]) *Diese Reden erwähnt Hamelmann auch in seiner Schrift* „De sacerdotum coniugio", Tremoniae 1552 *⟨Münster UB⟩, Bl. A 2^b:* „Multos enim Zoilos, qui meas qualescunque orationes, quas de missae sacrificio et monachorum votis in loco consueto habui, dilacerare et plus quam canina rabie insequi non desierunt, Mindae iis anni temporibus, quibus synodus convocatur, notavi notatosque observavi." *Ebenso kommt er in der Abhandlung* „Cum scriptura sacra consensus undecim conciliorum, aliquot historiarum et quorundam hymnorum ecclesiae atque omnium fere patrum, qui ante Thomam Aquinatem vixerunt, in perpetuo utriusque speciei eucharistiae cunctis ex aequo fidelibus porrigendae usu . . . *(A. E.)* Francoforti excudebat Petrus Brubachius anno 1557" *⟨Königsberg UB⟩ Bl. A 1^a darauf zurück:* „Nam ut in Mindensi ecclesia aliquando synodales orationes, quibus hos, quos nunc taxo abusus, inscius prohdolor confirmare studebam, deceptus patrum mutilatis sententiis ab Eccio, Hoffmeistero et Perionio extractis et furtim adductis, habui et hoc pacto evangelium Christi obfuscare studui, ita me nunc et confessio Christiani nominis et caritas cogit . . ., ut mea fides pateat aliis et quod caelitus datum est, id quoque aliis, quos ego aliquando decepi, publico scripto communicem." — *Die Mindener Synodalrede über die Fasten meint er auch, wenn er in der Schrift* „Brevis et simplex commonefactio de libello Gerhardi Roetekenii . . ., quem nuper de caeremoniis scripsit" *(1561) ⟨Frankfurt StB⟩, Bl. A 3^a sagt:* „Refricuit mihi et simul in memoriam revocavit liber Gerhardi Rotekenii, ecclesiastae Padelbornensis, veterem meum errorem, quem et ego, prohdolor, ante decennium papisticis adhuc tenebris involutus sparsi in pseudosynodis pontificiorum aliquoties, ubi et de quadragesima et aliis impietatibus nescius disserui. Quare eo libentius de hoc libro sententiam meam proferre et admonitiunculam instituere volui."

Witebergam ac Lipsiam et inviserem alios viros doctos et celebres passim in Germania, ut cum his de tota religione conferrem [1]), non solum editis Witebergae scriptis publicis meas orationes Mindae habitas revocavi, sed etiam regressus in Westphaliam omnia propria concione publica Mindae coram tota ecclesia revocavi confessus veram doctrinam recitata summa verae religionis, palam quoque enumerans a me ibidem in synodis sparsas impias opiniones [et] errorem meum, quem ignoranter commiseram, ibi et alibi detestabar. Quod indignissime tulerunt papistae, verum evangelici mea tunc uti opera cupiebant in aede Mariana, nisi aliis addixissem meam operam. Sed subiciam iam, quomodo in editis scriptis [2]) revocarim omnia.

„Humanum esse inquit Augustinus, praestantissimus ille pater, peccare, diabolicum vero in peccatis perseverare. Quamquam nobis licitum non sit dicere nos sine peccato esse, alioqui si hoc diceremus, coram Domino reputaremur mendaces, tamen ego, viri ornatissimi, ago Deo meo per Christum Dominum nostrum gratias et ore et corde omnique qua valeo virtute, quod me ex densissimis tenebris, quibus obductus eram, liberavit. Non enim vobis obscurum est, quanta mentis caligine obfuscatus quantisque errorum procellis paene submersus eram, praesertim eo tempore, quando apud vos in synodis orationes habebam, quibus nihil aliud agebam, nisi ut hominum inventa confirmarem. Heu mihi, quam inepta, quam impia illa sunt, quoties ista omnia animo mecum perpendo, quae tum de votis monasticis, de sacrificio externo, de canone missae, de ieiuniis, de ciborum delectu deque quadragesima et aliis nescio quibus ineptiis [a]) proferebam. Hunc equidem errorem non sine lacrimis mente saepe revolvo, non sine gemitu detestor, multum inquam de mea ignorantia conqueror. Sed hoc

a) *B:* ineptis.

[1]) *Vgl. später die Reformationsgeschichte der Grafschaft Mark.*

[2]) **Iudicium pium ac plenum de ieiuniis et de praecipuis antiquae** ecclesiae festis . . . Autore Hermanno Hamelmanno Osnaburgensi. Wittebergae excudebat Johannes Crato. Anno MDLIIII. *(Frankfurt StB). Hamelmann zitiert die ganze Vorrede (Bl. A 2a—A 4b):* „Ornatissimis consulibus et prudentissimo senatui totique plebi Reip. Mindensis et Lubbecensis nec non optimis et fidelissimis gregis sacri pastoribus ibidem, Dominis ac fratribus propter communem religionem observandis."

coram vobis, prudentissimi viri, imo coram toto mundo palam pronuntio me quorundam sophistarum nugis et mutilatis patrum sententiis deceptum fuisse. Itaque me et fraterna cogit caritas, christiana me movet necessitas et conscientia, quae mille solet testis esse, me urget, ut quos meis scriptis vel orationibus offenderim, vel etiam in eundem errorem mecum perduxerim, honesta instructione et instructa revocatione reconciliem ac ab errore in viam reducam. Ultima oratione apud vos habita volebam quadragesimale ieiunium astruere, quod dicebam ab apostolis ordinatum et profectum esse. Conabar delectum ciborum ex patribus superstitiose defendere, denique ad hoc quoque institutum et scripturam detorquebam. Sed omnia illa falsa esse comperio. Neque enim apostoli aliquid de ieiuniis statuerunt neque unquam patres delectum ciborum vel praeceperunt[a]) vel admodum probarunt. Scriptura, qua potissimum utebar ad ciborum delectum comprobandum, haec erat. Si bonum est carnem nunquam edere, vinum nunquam bibere, quare non bonum esset, aliquando aut certis diebus abstinere ab his? Sed quod per accidens bonum dicunt dialectici, ego per se bonum faciebam. Nec tamen negamus bonum esse abstinere a licito cibo interdum, imo semper abstinentia christiano homini in cibo et potu servanda est. Hoc interim tum Pauli dicto urgebam conabarque, ut ex libertate legem facerem et ieiunium christianorum in ciborum delectu constituerem atque ad certum tempus diesve alligarem. Quare operae pretium me facturum esse putavi, si ex ipsis patribus et historiis de ieiunio, quadragesima et ciborum delectu aliquid colligerem haecque in lucem darem, ut omnes, qui adversariorum perfidia mecum decepti sunt, cognoscere possent, quid apostoli statuissent de his et quomodo perpetua pugna patres inter se certent non tam in his quam in aliis. Adiunxi tractationem de festis, quia illa plerumque ab adversariis coniunguntur, tum quoque et hanc ob causam, ut quorundam superstitio manifestior fieret, qui patrum dictis non aliter quam Apollinis oraculo innituntur, qui similiter temere asserunt et propemodum iure iurando affirmant patres non inter se dissentire nec errare. Quae quidem V. P., Domini praestantissimi ac collegae observandi, dedicare statui, primo ut apud vos meae

a) *B:* perceperunt.

conversionis et fidei perpetuum exstaret testimonium, secundo ut alios quoque vestrae religionis pastores, si forte incautiores essent, hoc nomine instruerem exactius et ad puritatem evangelicae doctrinae ab humanis statutis revocarem, postremo ut vestram fidem ac studium pietatis in bono proposito non tam confirmarem, verum etiam orarem admonerenque vos, ne vel fame vel bello aut quavis[a]) calamitate ab amore Christi et puritate doctrinae evangelicae seiungeremini. Fit plerumque, quod a nobis alio loco dictum est, ut veram evangelii doctrinam subsequatur crux et iuxta Paulum omnes pii tribulationem patiantur. Sed ferendum est. Dabit Deus his quoque finem. Deus pater coelestis semper vos in agnitione filii sui Domini nostri Jesu Christi perpetuo conservet. Amen."

Anno autem 1555. eligebatur in episcopum ex resignatione sui nepotis Julii ducis Brunsvicensis et Luneburgensis, ut qui eum post Franciscum Waldechianum consecutus erat, Georgius Brunsvicensis et Luneburgensis dux, praepositus Coloniensis et Bremensis[1]), qui veniens in ditionem Mindensem adduxit secum Theobaldum Thammerum[2]), quondam evangelicum professorem in schola Francofortiana ad Oderam et deinde in schola Marpurgensi, tunc vero apostatam factum, qui tempore Interim defecerat ab evangelii puritate ad papistas et abiens ad Eberhardum Billichium carmelitam, doctorem Coloniae, erat istius opera promotus ad Maguntinum electorem primo, qui cum Francoforti ad Moenum Theobaldum collegio papistico praefecerat pastorem, certavit ibi publicis scriptis cum Hartmanno Beiero, evangelico concionatore. Deinde deserta ista conditione susceptus erat ab hoc principe, qui inquam Thammerum summo templo et cathedrali Mindensi praefecit ut

a) *B:* qualis.

[1]) *Hamelmann widmete ihm den ersten Teil seines Sammelwerkes* „Cum scriptura sacra consensus undecim conciliorum . . . de utriusque speciei eucharistiae . . . usu 1557" (*Königsberg i/B.*), *um ihm die „handgreiflichen Mißbräuche" der Kirche vor Augen zu führen und ihn für die evangelische Abendmahlslehre zu gewinnen. Die Vorrede beginnt mit dem Satze:* „Optimam mihi spem de tuo erga evangelium candore fecit Nicolaus Husmannus II. licentiatus, doctissimus et consultissimus tuae civitatis Mindensis syndicus."

[2]) *Vgl. über Thamer die Realenzyklopädie Bd. 19 S. 580 ff. und Bd. 1 (dieser Ausgabe) II, 3 S. 97.*

concionatorem. Hic Mindae ut antea Francoforti blasphema sparsit dogmata contra doctrinam evangelii et horribiles blasphemias et longe ineptiora dogmata, quam unquam ab ullo papistico scriptore et doctore erant promulgata. Huic quidem graviter ministri omnes evangelici se opposuerunt in publicis concionibus, imprimis Ludolphus Hugo, Bernhardus Luderus et Johannes Montanus. Idem quoque nos, qui in vicinia eramus ministri Lemgoviae, Hervordiae et alibi, strenue egimus refutantes eius assertionem impiam. Hermannus vero Huddaeus scholarcha se gravissime Thammero opposuit et cum ipso etiam in quodam episcopali convivio acriter disputavit et deinde hominis blasphemi dogmata et horribiles opiniones in certa themata contraxit et Witebergam ad Philippum Melanchthonem et alios theologos misit, qui praemissa praefatione pagellam ea de re ediderunt, et hanc ego hic subiciam, prout illa tota exstat . . . [1]).

Haec sunt, quae habentur de Thammero in pagella edita Witebergae. Nunc, ut ipsius impietas clarior fiat, subiciam plura ex scriptis eius contra M. Hartmannum Beier editis.

Im lesten Teil der Apologien und verantwortung Theobaldi Thammeri von dem Schandtbuch Hartmanni Beier [2]): „Christus ist darumb allein mensch geworden, das er uns allen, einem iedern nach seinem verstand leret, wie wir Gott zu ehern leben sollen und dieser gaben recht durch seine Gottheit brauchen“ [3]).

Et rursum post aliquot folia [4]): „Christus ist eben [a]) darumb mensch geworden und hat uns Gottes willen geoffnet oder die erste gabe geben, uff das wir hinfurder nach solcher erkentniß lebten und also durch unsere gutte werck gerecht wurden, sintemal der, so recht thut, sagt Johannes, ist gerecht.“

a) *B:* allen.

[1]) *Es folgt eine vollständige Abschrift des Druckes* „De Thamero vagante in dioecesi Mindensi commonefactio Witebergae edita anno 1557“ ⟨*Berlin KB*⟩. *Das Stück kann hier fortgelassen werden, zumal da es in das Corpus Reformatorum Bd. 9 Sp. 131 ff. aufgenommen ist. Vgl. dazu Bd. 1 H. 3 S. 225 Anm. 4.*

[2]) Das letzte theil der Apologi und verantwortung Theobaldi Thameri des dieners Christi im stifft zu S. Bartholomes von dem schandtbuch M. Hartmanni Beiers . . . 1552 ⟨*Berlin KB*⟩.

[3]) *Bl. c 3a.* [4]) *Bl. e 2b.*

Et mox propterea invehitur in Hartmannum, quod scripserat se non pendere a patrum et conciliorum autoritate [1]), cum tamen ipse patres contemnat. Aus dem lesten teil der predigten Theobaldi Thammeri wider M. Hartmannum Beier, prediger zu Franckfurt am Meyn [2]): „Das achte und letzte stuck deiner verkerten lere ist, das du allein Christi eusserlich verdienst achtest uns zur gerechtigkeitt gnug sein, so es durch den blossen glauben uns on alle gutte wercke zugerechnet wird. dann also schreibestu: Sonder die einige und lautter barmhertzigkeitt gottes umb Christi willen, diese sagen wir widerfahret uns zur gerechtigkeitt. Lieber, ich bitte dich, sage mir doch, was fur gnad und barmhertzigkeit wird der knecht von seinem herrn erwerben, der ime alle gutter und gaben verdammet und leret, das sie nichts nutzen zu seiner ehren, sondern nur wider im zum bosen dienlich seind, denn du sagst ia klar, alles was in uns ist, kan nichts dan sundigen. Wie kan man doch eine verkertere lere erdencken, dann diese ist? . . ." [3])

His omnibus addam istius hominis furiosi tabulam editam Romae, quae continet antithesin doctrinae catholicae (hoc est papisticae) et Lutheranae, ut etiam inde perspecta fiat ipsius horribilis impietas, quomodo meritum Christi plane extinctum in nobis cupiat.

„Antithesis doctrinae catholicae et Lutheranae, ne forte per solam fidem seducantur, breviter in tabula comprehensa et quasi ob oculos posita per Theobaldum Thammerum Germanum [4]).

Summa doctrinae Lutheri de iustificatione fidei est haec, ut si quis iuxta historiam Christi nativitatem, conversationem, miracula seu opera, passionem, crucem, mortem, resurrectionem, ascensionem, sessionem ad dexteram audiat ita gesta esse et in his confidat, quod pro se in remissionem peccatorum et satisfactionem sint gesta, is per hanc solam fidem in momento oculi reputetur coram Deo iustus absque ullis bonis operibus.

[1]) *Bl. e 3a.* [2]) *Bl. f 1a.*

[3]) *Hamelmann zitiert noch 2½ Seiten weiter bis Bl. f 2b:* „Endt der zweyer predigten." *Es lohnt nicht, das alles abzudrucken, weil Thamers frühere Meinungen für die Mindener Kirchengeschichte kein Interesse haben.*

[4]) *Den lateinischen Originaldruck habe ich nicht ermittelt. Eine gleichzeitige deutsche Übersetzung hat K. G. Hochhuth als Beilage zu seiner Diss. De Theobaldi Thameri vita et scriptis, Marpurgi 1858 mitgeteilt. Über Thamers Aufenthalt in Minden handelt Hochhuth S. 73—77.*

Summa doctrina Christi et ecclesiae catholicae est eiusmodi, ut nulli hominum Christi externa nativitas, conversatio, miracula seu opera, passio, crux, mors, resurrectio, ascensio, sessio ad dexteram sufficiat ad iustitiam Dei, nisi ipsemet per Spiritum sanctum renascatur, ambulet in praeceptis Dei, operetur, patiatur, crucem post Christum portet, moriatur peccatis, resurgat [a]), ascendat [b]) in coelum, sedeat ad dexteram" etc.

Conclusio ipsius talis hinc sequitur: „Ex his (spero) facile colligitur, quod sicut Christus habet duas naturas in una indissolubili persona, ita et nos, eius membra, oporteat duo habere ad verae fidei constitutionem, nempe humanitatem Christi ad revelationem perfectae doctrinae et deinde deitatem ad perfectam vitam iuxta exemplum ipsius, ut sicut ipse, ita et nos nunc Patri usque ad mortem oboediamus. Alioqui eius membra vera non erimus nec possumus coram Deo patre iustificari. Imo revera Christus est nobis frustra mortuus et excitatus, ut qui nec dilectionem nec oboedientiam nec patientiam, quas ex ipsius verbis et exemplo et maxime [c]) morte didicimus, praestemus. Quia sicut illi discipulo, qui artem perceptam non exercet, magister suus nihil prodest aut profuit, ita et Christus, noster verus magister et praeceptor, frustra homo factus est, frustra docuit, frustra per mortem suam oboedientiam patefecit, nisi ipsi [d]) posthac per spiritum seu deitatem ipsius has virtutes factis exprimamus. Quare qui eiusmodi carnalem Christum (qui pro nobis ita satisfecit, ut ex imputatione alieni meriti et per passivam iustitiam absque ullis operibus bonis, quae sunt ipse spiritus, coram Deo iustificemur) effingunt, hi revera per alind ostium ingrediuntur ovile Christi et sunt (ipso iudice) fures et latrones." Haec ille.

Ex his omnibus patet, quod dicat tantum exemplar vitae nobis Christum factum. Quae blasphemia est tam manifesta, ut non egeat responsione, cum Christus mortuus sit propter peccata nostra et resurrexerit propter iustitiam nostram, Rom. 4., et ipse sit nostra iustitia et redemptio, 1. Corinth. 1., item vide Esaiae 53. etc.

Thammerus cum videret se Mindae contemni et proscindi seque nihil ibi suis impiis concionibus, quae etiam pontificiis ipsis

a) *B:* resurget. b) *B:* ascendet. c) *B:* maxime et. d) *B:* ipse.

sordebant, proficere, deserta Minda abiit Moguntiam, ubi dicitur habere conditionem [1]). Id factum est anno 1558 [2]).

[1]) *In seiner* Apologia de variis calumniis, quas . . . tulit a Lutheranis evangelistis . . . Moguntiae 1561 <*Mainz StB*>, *die bei A. Räß, Die Convertiten seit der Reformation Bd. 1, Freiburg 1866, S. 261 ff., in Übersetzung mitgeteilt ist, berichtet Thamer selbst von seinem Mindener Aufenthalt. Es heißt da (S. 270):* „Welche schwere und gräßliche Unbilden ich aber, nicht sowohl von den Mindener Prädikanten als vielmehr von ihren Zuhörern und Zöglingen, die man durch Reden, Schmähschriften und gotteslästerliche Lieder wider mich aufgestachelt, zu leiden hatte, kann ich weder sagen noch schreiben.“ *Er ermahnte zunächst den Bischof, eine Synode auszuschreiben, damit er (Thamer) mit den Gegnern über die Rechtfertigung durch den Glauben unterhandeln könne. Der Bischof aber meinte, in den letzten dreißig Jahren* „seien alle ohne Ausnahme von dem neuen Dogma so angesteckt und verführt (infecti et corrupti) worden, daß sie eher sonst etwas auf sich nehmen würden (quidvis citius subirent), als daß sie nur einen Finger breit davon abwichen oder zum wahren Glauben zurückkehrten“. *Dann übergab Th. dem Mindener Rat eine Predigt und ersuchte ihn, sie von den lutherischen Dienern am Wort durchsehen und mit ihm besprechen zu lassen.* „Wofern ich von ihnen des Irrtums üerwiesen würde, sollten sie, der Rat, . . . mich ohne Barmherzigkeit als eine Pest der Kirche aus der Welt schaffen. Würde im Gegenteil ich die Lutheraner des Irrtums überführen, . . . sollten sie dafür sorgen, daß jene fortan nicht mehr Luthers, sondern Christi Evangelium vortrügen und lehrten . . . Auf dieses Bittgesuch ward mir nichts geantwartet, weder von dem Rate noch von den lutherischen Prädikanten. Aber acht Tage darnach wurde in der Nacht gegen mich am Eingang des Mindener Rathauses ein anonymes Spottlied angeschlagen, das von Verwünschungen und Verunglimpfungen wider mich strotzte und welches bis auf diesen Tag der Pöbel singt, um mich der allgemeinen Verachtung und Verhöhnung preiszugeben . . . Weil nun auf diesem Wege nichts ausgerichtet werden konnte, . . . verfaßte ich zu Hause eine Schrift von der Person Christi . . . Diese Schrift ließ ich nicht wie die früheren in meinem eigenen Namen, sondern durch den Bischof selbst und durch seine Autorität den lutherischen Predigern übergeben und setzte zur Beantwortung derselben eine gewisse Zeit, nämlich fünf Monate, fest. Wiewohl sie anfangs dies ungern von dem Oberhirten annahmen, indem sie vorschützten, sie ständen nicht unter seiner Gerichtsbarkeit und seien nicht auf seine Anordnungen verpflichtet, so haben sie dennoch . . . das Anerbieten angenommen . . . Da indes die Mindener Prädikanten sich selbst nicht trauten und auf ihre eigene Kraft und Stärke wenig Hoffnung zu setzen schienen, . . . sandten sie meine Schrift sogleich nach Wittenberg . . . Nachher im Monat April erschien die berüchtigte Schmähschrift: De Thamero vagante in dioecesi Mindensi commonefactio.“ *Leider nimmt Th. nach der ausführlichen Widerlegung seiner Gegner die Erzählung nicht wieder auf, so daß wir von seinem Weggang aus Minden hier nichts erfahren.*

[2]) *Oder schon 1557? Thamer sagt ebenda S. 270, daß er ein ganzes Jahr in Minden tätig war.*

Quo etiam tempore scripsit Mindae contra Matthiam Bredebachium, Embricae scholae rectorem, Henricus Pilaeus et scriptum novo episcopo exhibuit [1]), qui id refutandum denuo misit Bredebachio aegrotanti. Is igitur contrarium scriptum opposuit, quod post mortem patris filius Bredebachii edidit [2]), sed nihil potest esse insulsius et ineptius isto Bredebachii scripto.

Ab eo tempore fuit mediocriter pacata ecclesia evangelica Mindae, nisi quod tenuiter foveantur ministri ecclesiae in ea, quia stipendia eorum quaeruntur ostiatim a civibus. Papistae enim impii occupant omnes ecclesiarum reditus et nihil concedunt ministris, in qua re praecipue restitit evangelio et urbi Antonius Minschius curtisanus, vere homo carnalis, qui quoque urbi et ecclesiae novam movit litem in camera cum abbate Johanne Marsmanno, veterano papista, anno 1565 [3]).

Anno 1566. coepit controversia inter Hermannum Huddaeum et Wilhelmum Nisium propter recitationem cuiusdam criminis, quod ab Huddaeo perpetratum retulerat Nisius. Hic cum diceret se innocentem, graviter in discrimen cum multis aliis adduxit Nisium. Sed sopita est illa controversia morte Nisii.

Dixi de Antonio Minschio, praecipuo adversario evangelicae doctrinae. Hic admonitus a me aliquando, cum ego adhuc essem in papatu, qui fieri posset, ut is contra regulam iuris canonici „Pater et filius non possunt esse in uno collegio ac tecto" cum patre in uno eodemque collegio haberet aliquot beneficia. Hic respondit ille: „Non quaeras unde, sufficit habere." Hic hactenus per multos annos excelsam turrim Mindae exstruxit et demum reparari, adornari et aptari curavit templum et collegium Johanniticum sperans futurum, ut in eo is conductis pontificulis nova baalitica sacra instituat.

[1]) *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 64 und 227. Die Schrift habe ich trotz erneuter Nachforschungen nicht ermittelt.*

[2]) Hyperaspistes pro suo de componendis in religione dissidiis libello adversus calumnias Henrici Pilei Mindani . . . Coloniae 1560 <*Stuttgart StB*>.

[3]) *Der Prozeß der Klerisei gegen die Stadt wurde lt. frdl. Mitteilung des Staatsarchivs Wetzlar nach den dortigen Akten M 1190/3018 im Jahre 1563 erneuert. (1565 ist vielleicht Schreibfehler des Abschreibers.) Vgl. auch über die Verhandlungen zwischen Klerus und Stadt in diesen Jahren Culemann Abt. 4 S. 129f.*

Ego autem, cum olim in papatu ei et abbati familiariter notus essem, admonendi causa veteres familiares anno 1565. quaedam ad illos in spiritu lenitatis scripsi et edidi, quae propterea huc subiciam, quod apud multos hoc nomine male audirem, quasi pontificiis adulatus fuissem. Sunt autem illa haec[1]. „Fuisse olim episcopos in patria etiam nostra Westphalia fideles concionatores et doctores vel ex uno Krantio videre licet. Itaque illi sine ullo delectu hinc inde, modo pii et docti essent, ad ecclesiarum gubernationem vocabantur. Itaque ex monasterio Mauritiano vestro, cui tua R., spectabilis[a]) abbas praeest, vocatus est in episcopum (veluti Zonaras scribit tomo 3. suae historiae de Constantino orientis Caesare tempore Caroli Magni, quod ex monachis episcopos fecerit) Henricus abbas, factus ibi praesul 24., qui antea translatus erat ex Bursfeldico coenobio, ubi sine dubio ita pietate et doctrina profecerat, ut sic ordine ad tantas dignitates assumeretur, quoniam nihil aliud fuere monasteria atque collegia quam scholae. Quod Krantius saepe monet in diversis locis, quia ipsa etiam collegia vetera in Westphalia et Saxonia nihil aliud, teste eodem, quam canonicorum regularium, qui in annalibus fratres appellantur, contubernia erant. Hoc enim expresse de Magdeburgensi, Bremensi, Hildesiensi, Monasteriensi, Paderbornensi ac de aliis collegiis scribit, et simul in istis fuisse celebres scholas, quae tunc, quod hodie academiae sunt, erant, probat ex institutione collegii Osnaburgensis ecclesiae et ab exemplo aliarum ut Paderbornensis, Bremensis, Hildesiensis etc. Taceo, quod scribat de Othrico Magdeburgico episcopo famigeratissimo doctissimoque, quod magna celebritate et laude scholae praefuerit et quidem ita, ut non putaret se felicem, qui in ipsius schola non fuisset. Sed recurramus ad priora tempora, ut ostendamus deinceps, quis usus fuerit monasteriorum et collegiorum. Tempore Chrysostomi in coenobiis olim theologica diligenter tradebantur, ut ipse scribit libro 3. contra vituperatores monastices, et quomodo sub disciplina et instructione sacra discatur doctrina coelestis in monasteriis

a) *B:* spectabis.

[1]) *In der schon oben S. 83 Anm. 2 erwähnten Widmung zu dem* Chronici Mindensis liber primus *an Marsmann, Minsche und Huddäus (W. 648 ff.)*

tradit Olympiodorus in cap. 3. ecclesiastis. Praefuisse autem huiusmodi scholis abbates non obscure cognoscitur ex Euagrii historiae ecclesiasticae libro 4., cap. 38., ubi de Conone et Ruffo abbatibus, qui phrontisteriis praeerant, dicitur. Nam abbates, praepositi, decani collegiis et monasteriis ita praefecti sunt, ut omnes discentes et iuniores retinerentur in officio discendi et disciplina. Abbas omnium pater fuit. Praepositus caeteris ut dignior praeferebatur. Decanus contractius nomen erat, qui decem tantum instituendos habebat. Scholasticus praeerat puerorum scholis et habebat hypodidascalos. Cantor gubernabat scholas canentium, quales a Gregorio institutae sunt teste Johanne Diacono in Gregorii vita. Carolus Magnus in constitutionibus suis Aquisgrani anno 20. regni sui factis ‚obsecramus', inquit, ‚ut monachi (puta abbates), praepositi congregationesque ingenuorum filios aggregent sibique socient, ut schola legentium puerorum fiat.' Curio libro 2. chronologiae suae scribit sub Carolo Magno collegia canonicorum studiis et disciplinis non admodum a monasteriis distare coepisse. Albinus, praeceptor Caroli Magni, discipulus Adriani abbatis, qui ipsum in scripturis ac in Graeca et Latina lingua instruxerat, fuit teste Beda libro 5., cap. 25.[1]) historiae ecclesiasticae. Cum autem optimi fuerint episcopi rite suo fungentes officio in ecclesiae Mindensis exordio et progressu, non est dubium, quin quoque et reliqui praesides in collegiis et monasteriis suo functi sint munere. Sed quales et episcopi ac abbates, tum praelati praepositique postea ibi et alibi fuerint et quantum mutati a prioribus, experientia docuit. Te autem, abbas reverende, et lectionis et bibliothecae studiosum fuisse novi ante aliquot annos, cum etiam doctos amares et promoveres ipse non indoctus, quem affectum T. R. nondum exuisse spero. Suscipe igitur cum tuo collegio librum, in quo de vestri monasterii[a]) initio dicitur. Cum etiam, magnifice domine praeposite et decane, de utriusque, imprimis autem Mariani, cui T. D. praeest, collegii initio quoque dicatur, cogitabis cum toto sodalitio tuo, quomodo Johannes evangelista, apostolus et episcopus non solum publice docuerit, sed etiam

a) *B:* monasterio.

[1]) *Vielmehr 20. Außerdem verwechselt Hamelmann offenbar den Abt Albinus von Canterbury († 732) mit Alkuin.*

quosdam quasi in phrontisterio et schola instituerit, ex qua et plures alii, ita et Polycarpus et Ignatius, sancti martyres episcopique, quasi ecclesiae lumina prosiliere. Quid dicam de Martino? An non scribit Severus Sulpitius in eius vita, quod non solum Turonum episcopus fuerit aut docuerit in ecclesia, sed etiam quasi sacram scholam domi, hoc est collegium habuerit, quia discipulos plurimos fovit, quos ita instituit, ut cum fructu ecclesiis praeficerentur, quia multae ecclesiae ex ipsius collegio petierunt doctores et ministros?" etc. Haec ibi.

Hanc admonitionem indigne acceperunt. Ideo hinc candidus lector colligere poterit, quales illi sint et quomodo ego ipsis adulatus fuerim, licet id mihi multi, inter quos erant et mei collegae et imprimis Huddaeus ille, hoc attribuerent. Sed si eis adulatus et gratificatus fuissem [1]), certe et ego et meum scriptum fuisset ipsis gratum etc.

Hodie mortuo anno 1566. Georgio principe praesule eligitur Otthonis comitis Schowenbergici filius Hermannus, canonicus Coloniensis etc., qui relinquit omnibus liberum evangelii cursum.

Finis historiae ecclesiasticae Mindensis.

[1]) *Etwas Schmeichelei folgt doch noch in den nächsten Sätzen:* „Haec te, celebris decane et praeposite, cuius munificentia in doctos et pauperes ab aliis commendiatur, perpendere (quia vestra collegia ab eis nomen sortita sunt) credo atque spero utrumque, et D. abbatem et te, ex animo dolere ita in abusum conversa nunc monasteria et collegia esse. Deinde vos hunc librum, licet ab homine Augustanae confessioni addicto, quam etiam tuetur et constanter defendit, benigne suscepturos spero, cum hoc pacto etiam apud posteros testatum fiat de vestro splendore, dignitate, celebritate et amplitudine, cui est simul prudentia et gravitas coniuncta. V. R. rogo, ut semper pergant studiis et pauperibus benefacere." *Das sieht doch ganz anders aus als Hamelmanns wirkliche Meinung über Minsche.*

4. Paderborn[1].

Den größten Teil dieses Kapitels hat Hamelmann darauf verwendet, ganz ausführlich, ja überausführlich das Auftreten des Predigers Martin Hoitbandt an der Marktkirche und das Einschreiten der bischöflichen Regierung gegen ihn (1567/68) mit allen Einzelheiten zu erzählen. Wir sind hier fast durchweg auf seinen Bericht angewiesen. Da aber Hamelmann an den Vorgängen nicht nur selbst Anteil gehabt, sondern auch offensichtlich von den Beteiligten, wahrscheinlich Hoitbandt selbst und seinen Eltern, dem Rektor Bodenius und evangelischen Bürgern der Stadt sowohl mündliche Angaben wie Aktenstücke erhalten hat, so ist die volle Glaubwürdigkeit der berichteten Tatsachen nicht zu bezweifeln. Die Darstellung dagegen ist tendenziös gefärbt. Die Reden und auch die Schriftstücke, soweit sie nicht im Wortlaute mitgeteilt wurden, machen den Eindruck, als wenn sie in apologetischer und erbaulicher Tendenz zurechtgestutzt und großenteils sogar von Hamelmann selbst redigiert wären.

Das ganze Kapitel zeigt überhaupt eine ziemlich stark betonte erbauliche Tendenz und unterscheidet sich dadurch auffallend von den übrigen Kapiteln des Werkes. Mehrfach wird der Leser zu Betrachtungen aufgefordert, und an allen möglichen Stellen sind biblische und patristische Beispiele zum Vergleich herbeigezogen. Fast möchte man glauben, daß Hamelmann von anderer Seite (vielleicht von Hoitbandt) einen fertigen Bericht über die Paderborner Reforma-

[1]) M. Strunck, Annales Paderbornenses P. 3 (ed. N. Schaten), Paderbornae 1741, S. 137—397. Jacobson S. 511—517. Cornelius Bd. 1 S. 81, 171, 183—185. Kampschulte S. 127—137, 269—272. F. v. Löher, Geschichte des Kampfes um Paderborn, Berlin 1874, S. 11—19. W. Richter, Geschichte der Stadt Paderborn Bd. 1, Paderborn 1899, S. 115—125. L. Leineweber, Die Paderborner Fürstbischöfe im Zeitalter der Glaubensneuerung T. 1. 2, in der Zeitschrift Bd. 66 (1908), Abt. 2 S. 77—158 und Bd. 67 (1909), Abt. 2 S. 115—125 (T. 1 auch als theol. Diss. Münster ersch.).

tionsgeschichte erhalten habe. Aber anderseits war gerade die Belesenheit in den Vätern seine eigene Stärke. Wir nehmen deshalb besser an, daß er mit dieser Geschichte auf die Paderborner besonders einwirken und ihr treues Festhalten am Luthertum fördern wollte.

Weniger zuverlässig als der spätere Abschnitt ist die Erzählung der Vorgänge von 1528 bis 1532, und die Tendenz tritt hier noch deutlicher hervor. Die Aufrührer von 1532 werden als reine Märtyrer ihrer evangelischen Überzeugung hingestellt und sogar mit den Aposteln verglichen. Trotzdem möchte ich nicht annehmen, daß Hamelmann den wirklichen Sachverhalt verschwiegen oder absichtlich entstellt hat. Wahrscheinlich hat er auch über diese Zeit einen Bericht erhalten, der vielleicht die Dinge wiedergab, wie sie inzwischen durch die Überlieferung der Paderborner Protestanten legendarisch umgebildet waren. Vielleicht ist auch hier Hoitbandt sein Gewährsmann: dafür würde die weitgehende Übereinstimmung der Darstellung mit dessen späterer Streitschrift gegen Kerssenbroch sprechen.

Das kurze Zwischenstück über die Regierung Remberts von Kerssenbroch und die Hauptvertreter des Katholizismus in Paderborn gibt zu besonderen Bemerkungen keinen Anlaß. Hamelmann berichtet hier zum Teil persönliche Erfahrungen.

Die Abfassungszeit ist Ende 1568 [1]).

Relatio [a]) **brevis ecclesiasticae historiae in urbe Paderbornensi, ubi et de Coloniensi ecclesia et pio episcopo Hermanno de Weida agitur** [2]). **Autore Hermanno Hamelmanno sacrosanctae theologiae licentiato.** *W 1319.*

Circa annum 1527. coeperant Paderbornae pii aliquot cives evangelium amare, psalmodiarum Germanicarum libellos emere, et inde aliquot psalmos modulando canere. Hinc etiam factum

a) *Text nach B und W. W hat in diesem Kapitel umfangreiche Stellen ausgelassen.*

[1]) *W 1341 heißt es ausdrücklich:* usque hodie ad haec tempora anni 1568. *Hoitbandts Abgang aus Paderborn (Oktober 1568) und sein zweiter Nachfolger sind noch erwähnt.*

[2]) *Der Teil über Köln ist hier weggelassen.*

est, ut deinceps legerent Lutheri, Philippi et aliorum doctorum libros, qui erant contra pontificiam doctrinam scripti. Conceperunt igitur simultatem et contemptum cleri et sacrorum pontificiorum animo eamque clam foverunt, donec tandem anno sequenti illam proderent, quod sic accidit [1]).

Postquam pro more annuo frondem vel vernale convivium instituerent ministri dumherorum [2]) in loco Kolgrove, qui est ecclesiae cathedrali vicinus, coeperunt iam inebriati indecentius cum uxoribus et filiabus civium saltare et choreas ducere, quoniam ad huiusmodi convivium et cives et illorum uxores cum filiis et filiabus vocari ex veteri consuetudine solebant. Hoc aegre ferentes iuvenes civium filii excitato tumultu per campanae pulsum in summam deduxerunt anxietatem et canonicos et canonicorum famulos. Deinde ingressi templum cathedrale sedes chori occupant et deridendo ceremonias papisticas ad ignominiam dumherorum coeperunt hos rithmos Germanicos canere alternis vicibus: Hastu ein Brott, Ich habe zwei Brott [3]).

Cum iam partim consulum urbis et senatorum interventu, partim aliorum cordatiorum monitu esset sedatus tumultus, statim gravissime apud suum episcopum Ericum de Grubenhagen, ducem Brunswicensem, urbem et omnes cives urbis deferunt, et tunc urbs tota periclitabatur, et venerunt in discrimen summum cives. *W 1520.* Is enim decrevit ut princeps imperii et duarum amplissimarum ditionum (erat enim episcopus Osnaburgensis et administrator ecclesiae Paderbornensis) urbem, etsi spatiosam, non tamen satis munitam exercitu cingere. Sed tandem interventu fratris episcopi, Philippi ducis Brunswicensis et [de] Grubenhagen, et Johannis baronis de Bueren aliorumque nobilium res ita est compo-

[1]) *Als 1526 (nicht 1527) der sächsische Kurprinz Johann Friedrich zu seiner Hochzeit nach Kleve reiste, verkündigte sein Hofprediger in Paderborn die neue Lehre (Strunck S. 137 nach Paderborner handschriftlichen Quellen). Der Hofprediger war Friedrich Mekum (Myconius). Vgl. P. Scherffig, Mekum (Quellen und Darstellungen aus der Geschichte des Reformationsjahrhunderts Bd. 12), Leipzig 1909, S. 87 f.*

[2]) *Am 12. Juli 1528.*

[3]) *Dabei blieb es nicht. Man warf die Betstühle um, streute die Bücher auf den Boden und drang auch in die Wohnungen der Domherren ein, die sich flüchteten. Vgl. Strunck a. a. O., Richter S. 118 und die Einleitung der folgenden Urkunde.*

sita et transacta [1], ut certam pecuniae summam, videlicet duo aureorum milia, numerarent, deinde ut se literis et obligationibus hisce obstringant episcopo et ipsius successoribus in posterum. Primo, ut ultro promittant cives se discessuros a quibusdam immunitatibus et libertatibus, quibus hactenus usi erant [2] (eae cum sint politicae, huc referri non est necesse). Secundo, ut polliceantur oboedientiam episcopo atque canonicorum iam olim receptae iurisdictioni per omnia [3]. Tertio leguntur in isto recessu haec verba: „Der Lutterischen handlung soll man auffsehen haben, damit die gestrafft und abgestalt werden moge Pabstlicher heiligkeit und keiserlicher Majestett mandatt [4]" etc. In secundo etiam articulo recessus sibi adhuc servat potestatem animadvertendi in autores dissidii, etiam, quando velit, capitaliter. Haec obligatio civium literis comprehensa est et sigillo civitatis maiori atque deinde Philippi ducis Brunswicensis sigillo et Johannis baronis de Buren obsignatur et ratificatur.

Sed vide, mi lector, quam sit mirabilis Deus in omnibus operibus suis. Philippus dux Brunsvigensis, qui per id tempus aeque iniquus videbatur esse causae Lutheranae, tamen non multo post ipse suscipit eandem doctrinam, quae iam antea diu propagata erat in sua urbe Embeca.

Ita quieverunt in ista servitute cives usque ad annum trigesimum. Postquam tunc increbresceret et rumor spargeretur, quomodo [a]) constanter suae doctrinae summam obtulissent Augustae protestantes principes Caesari et animadverterent cives gravibus negotiis suum principem in ditione Osnaburgensi (quia tunc etiam inhiabat ut praedae Monasteriensi episcopatui amplissimo) [detineri] [b]), multi cives, qui semper evangelium amabant et fideliter

a) *W*: quam. b) *Etwas Ähnliches fehlt B und W.*

[1]) *Vergleich vom 16. August 1528 (Original im Staatsarchiv Münster, Fürstentum Paderborn Nr. 2299, abgedruckt bei Richter Anhang Nr. 77 S. CI—CV).*

[2]) *Das ist ein Mißverständnis. Im Gegenteil, die Lage der Bürgerschaft wurde verbessert.*

[3]) *Auch das steht nicht da.*

[4]) „. . . werde nach vermoge bepstlicher heiligkeit und keyserlicher majestat mandat und edict" *(Richter S. CIV).*

audiebant Johannem Molnerum de Buren, qui antea tecte, sed iam paulo liberius evangelium docebat et propterea a cathedrali pastore reprehendebatur [a]) in concione, [mutationem moliebantur] [b]). Cum autem sperarent se retenturos Johannem Molnerum Burensem, eripitur iste piis praeter spem, quia is vidit mutationem talem commode Paderbornae fieri non posse atque cives aliter papistis obstrictos esse. En, hic a papistis dimissus iuxta obligationem urbis factam libenter anno 1531. discedit et Susati consequitur conditionem.

W 1321.

Interim cives, cum alios quosdam consequerentur viros bonos eosque ad manum haberent, cogitant, si forte eo negotium perducere possent, ut publica ministeria doctrinae evangelicae concederentur in quibusdam templis, aut saltem alibi aliquis locus esset praedicationi evangelii in ea urbe. Hinc iterum vehementer cantiones pias non solum domi et in plateis canere coeperunt, sed etiam saepius conscriptis supplicationibus eisque ad senatum datis submisse petebant sibi concedi aliquam parochiam vel aliquem locum, in quo ipsis liceret verum sacramentorum usum, sincerae doctrinae praedicationem et psalmorum cantum in materna lingua iuxta doctrinam Pauli et veteris ecclesiae morem instituere per viros quosdam idoneos. Verum cum nihil proficerent apud senatum suis supplicationibus satis demissis atque devotis nec quoque quicquam spei a senatu sibi promitterent et interea mortuus esset episcopus, iam facti liberiores coeperunt duobus templis evangelicos concionatores praeficere, qui cum civibus psalmos Germanicos et pios canebant, pure docebant et sacramenta administrabant.

Sic parochiae dictae die Goekirche Johannes quidam altero pede claudus (der hinkende Herr Johann dicebatur; putant illum hunc fuisse, qui postea Susati docuit et dictus est Johannes Stunselfuß [1]), natus ex oppido Iserlo), parochiae autem dictae

a) *B und W:* reprehenderetur. b) *Etwas Ähnliches fehlt B und W.*

[1]) *Von Fr. Jostes, Daniel von Soest, Paderborn 1888, S. 115 wird diese Identifizierung mit Recht bezweifelt. Johann von Iserlohn, der schon vor der Abschaffung der Paderborner Prädikanten in Soest vorkommt, war wahrscheinlich Soester Franziskaner. Nach der Paderborner Überlieferung (Strunck S. 166, Richter S. 120) war der Prediger an der Gaukirche der abgefallene Minorit Johann Polhenn, wohl derselbe, der 1533 in Höxter (vgl. später W 1086) Anstellung fand.*

Marckercke praeficitur Jacobus Musingius[1], filius pastoris in Lichtenow, qui etiamnum dicitur hodie vivere in oppido Driburgo, ante quem ibi docuerat pure evangelium Johannes Molnerus Burensis, licet nondum sacramenta sincere administraret, qui videns potentiam pontificiorum discessit, postquam ei officium docendi et ius parochiae ademerant nec quicquam amplius tentare voluit contra dumheros. Istis vero duobus tertius accessit Christoferus Danus, puerorum Germanicorum fidelis instructor et mirus elegantioris picturae artifex, qui in scholis et praecinendo in ecclesiis praelegendoque utrobique multum utilitatis evangelico progressui contulit. Advenerunt etiam quidam alii viri pii et doctores evangelii. Sed cum illi audirent rem omnem esse periculi plenam, deseruerunt locum, antequam quicquam susciperent publicae functionis, ante quos fuit Molnerus, ut etiam ex impuro illo scripto Danielis de Susato apparet, ubi legitur, quod Johannes Molnerus Paderbornae publice evangelium docuerit, antequam Susati vocationem docendi susciperet[2]. *W 1322.*

Istud institutum civium impedire omnibus modis cogitabant dumheri et isti haeresi, ut dixere, occurrere statuerunt. Itaque illi, apud quos solet esse summum ius eligendi praesulem, eligunt in ecclesiae Paderbornensis administratorem Coloniensem electorem et archiepiscopum Hermannum comitem de Weida, vere pium principem, qui tunc adhuc Saulus erat, ea conditione, ut is plane exstirparet illam haeresin, quoniam apud ipsum salsissimis et gravissimis accusationibus institerunt[a]) et demum eo rem deduxerunt apud eundem, donec tandem solenniter urbem ingrederetur et iuramentum a civibus pro veteri more exigeret et postea a Lutheranis et haereticis sumeret poenam et supplicium. Quod autem falsis plerisque dicimus accusationibus delatos quosdam cives, sic se habet.

Iam electo in administratorem electore Coloniensi accidit, ut hostem quendam urbis suae armatum et sociis munitum (qui ali-

a) *B und W:* instituerunt.

[1]) *Nach Zeitschrift Bd. 38 (1880) Abt. 2 S. 80 zu Anfang des 16. Jahrhunderts (zwischen 1516 und 1536) Kaplan in Heepen und Enger.*

[2]) *In der Ausgabe von Jostes S. 264.*

quoties urbi damnum intulerat, equos et alia abduxerat, nomine quaestoris in Nienhuß, cum quo negotium eis erat) erecto suo signo prosequerentur cives. Cum autem abesset princeps et ipsi omnes scirent se parum gratiae habere propter accusationem dumherorum apud novum episcopum, statuerunt prius consulere praefectum vel quaestorem arcis Nienhuß, antequam pergerent sequi hostem, ne maiorem sibi indignationem fugando hostem extra consensum novi domini vel suorum conciliarent, deinde ut cum illo, qui erat ipsis concivis, expostularent, velletne damnum istud resarcire istis, quibus hostes ipsius hoc intulerant. Accidit igitur, ut turmatim omnes currerent ad arcem Nienhusen et forsan adferrent inconsideranter secum trophaeum, ut ita omnes audirent sententiam praefecti etc. Hinc de novo alias occasiones accusandi capiunt apud principem, quasi cives tentassent aperto Marte et expanso urbis signo veloque invadere suae celsitudinis arcem [1]).

Lacessitus itaque innumerabilibus delationibus pontificiorum dumherorum optimus princeps venire tandem cogitur Paderbornam. Cum advenisset comitatus multis comitibus et nobilibus, more veteri sibi obstringit senatum et cives iuramento in die Galli anno 1532 [2]). Hic iterum apud principem novae accusationes fiunt. Inventam, aiunt, copiam literarum, in quibus nonnulli cives (quorum nomina subscripta exstabant in eadem copia) promitterent et fidem dare legerentur landgravio Hassiae se certo tempore ipsius *W 1323.* celsitudini urbem prodituros et aperturos [3]), cum tamen copiis, nisi sint auscultatae, nomina, praesertim plurimorum hominum,

[1]) *In dem Rezeß vom 16. Oktober 1532 heißt es (bei* R i c h t e r *Anhang Nr. 79 S. CVII):* „. . . **darnach uns mit ufgerichtem neuwen ventgen vur unser Schloß Nigenhuiss mutwilliger und v y a n d t l i c h e r wyse gezogen.“** *Die sonst vorliegenden Berichte scheinen bloß Ausschmückungen dieser Stelle zu sein. Hamelmann oder sein Gewährsmann stellen also die Sache als harmlos hin, und was die Paderborner sonst Aufrührerisches getan hatten, wird ganz verschwiegen. Vgl. darüber* L e i n e w e b e r *Bd. 66 S. 120 ff., wo die übrigen Quellen genannt sind, und vor allem die genannte Urkunde.*

[2]) *16. Oktober. Von diesem Tage ist der Rezeß datiert.*

[3]) *In dem Verzeichnis der Fragen, die man nachher den Gefangenen vorlegte, heißt es unter Nr. 16 (*L e i n e w e b e r *S. 125):* **Ob er auch wisse von der Schickung zum Landgrafen.** *Von der Kopie erzählt nur Hamelmann. — Im Staatsarchiv Marburg sind Akten über den Paderborner Aufruhr nicht vorhanden, wohl aber über die gleichzeitigen Vorgänge in Warburg.*

non subscribi soleant, ut peritiores et cordatiores noverunt. Hae accusationes moverunt principem.

Huius autem rei autores, ut dixi, erant dumheri, quorum capita tunc fuerunt Philippus Speigel praepositus [1]) et duo fratres ex nobili Westfalorum familia, quorum alter decanus tunc erat [2]), alter canonicus, qui postea praepositus factus est [3]), Johannes de Horde, Wolffius de Haxhusen, Theodorus de Nisen [4]) scholasticus, Arnoldus de Castro, Philippus de Twiste, Franciscus Crevet etc. Erant quoque in senatu pontificiae religioni dediti et sine dubio omnium istarum accusationum conscii Hermannus Drolshagen, Godefridus Bockenowe, Menkius Cap consules; senatores aut quaestores urbis Lubertus Stalmeister, Requinus Brinckmannus, Johannes Pengius, Conradus Coquus, Paulus Watermannus, quorum plerique postea consules facti sunt.

Facto a civibus iam iuramento capiuntur omnes concionatores. Jacobus Musingius in ministerio ecclesiastico, dum infanti baptismum confert, apprehenditur. Johannes vero ille claudus vel contractus domo sua extrahitur. Tertius, Christoferus Danus ludimagister, per aliquot dies quaeritur, quoniam hunc abdiderat et paverat per puerum pia quaedam femina, quae propter vicinitatem partus in tabulata domus suae ascendere nequivit. Istius feminae aedes erant in vicinia coenobii minoritarum. Tandem per indicium accipiunt in istius matronae aedibus latitare Christoferum. Ingressi igitur aedes maritum istius feminae graviter minis terrent, ut indicaret haereticum. Is cum esset Epicuraeus, gratificaturus tamen uxori dixit palam sibi nihil de illo constare. Interim erecto ad tabulata digito monstravit ipsius locum. Ascensis igitur trabibus quaerunt ubique bonum Christoferum et inter inquisitores istos haereticae pravitatis, ut dicebant, erat quoque Recquinus Brinckmannus. Cum vero in tabulatis non reperiretur, descendentes matrem familias strictis gladiis et verbis asperioribus

[1]) *Gestorben 7. August 1547 (Zeitschrift Bd. 44, 1886, Abt. 2 S. 47).*

[2]) *Friedrich, 1517 — 24. November 1551 (ebenda Bd. 43, 1885, Abt. 2 S. 60).*

[3]) *Wilhelm, Propst 1547—1577 (ebenda Bd. 32, 1874, Abt. 2 S. 30 und 44, 1886, Abt. 2 S. 47; vgl. auch* Leineweber *Bd. 67 S. 136).*

[4]) *Dietrich v. Niesen (Nyhuisen), Scholastikus (ebenda Bd. 39, 1881, Abt. 2 S. 34).*

adorti sunt non habentes rationem sexus et infirmioris vasculi, imo ne parturientis et uterum ferentis feminae quidem, cui non pepercerunt contra naturam. Illa etsi perterrita et consternata ad terram usque caderet, tamen nihil confessa est, quamquam ex isto tremore et tyrannide hoc subsequeretur, ut ipsa infantem mortuum postea ederet. *W 1324.* Hic deserta uxore iterum virum invadunt et his verbis ad confessionem adigunt: „Aut fatere, ubi ille haereticus sit, aut corpus tuum nobis confodiendum trade!" Is rursum respondit: „Quod si in tabulatis non fuerit, profecto me latet, sitne ille Christoferus domi meae vel non. Tantum ex puero" (demonstrans illum) „potestis discere, quia is attulit obsonium isti abdito." Apprehensum puerum verberibus et virgis tyrannice exceperunt, et quamquam diu constans esset nec quicquam fateretur, tamen superatus doloribus verberum et dolorum magnitudine confessus prodit Christoferum.

Hos tres doctores evangelii catenatos et vinctos currui iubet imponi et stipatus militibus aliquot ablegavit in arcem Arnsbergensem, primarium castrum comitatus Westphaliae, die Arnsberg. Ibi enim debebant munitissimae custodiae dictae die fette Kammere tradi et servari usque in reditum electoris. Interea accidit divinitus, dum ita vincti vehuntur, ut [a]) per multam pluviam et per densam nebulam ductor equorum aberraret ab itinere et via regia, interea dum milites, quibus custodiendi in curru traditi erant vincti, compendiosum et pedestre quaererent et sectarentur iter, atque ita currus alio veheretur et dilaberetur praeter omnium expectationem in locum dictum die olde Weste, vicinum et contiguum urbi Susatensi. Ut conspicui erant quidam cives Susatensis urbis, rogant ergo eos vincti, ut propter filium Dei et communem religionem ipsos, quos viderent vinctos propter causam evangelii, liberarent. Ita illi adegerunt aurigam eo, ut dirigeret equos et currum recta ad urbem Susatensem. In quam cum recepti essent, liberantur laqueis, quibus vincti erant, et simul expediuntur catenis et hospitiis certis traduntur. Interim dimittitur auriga cum curru [1]).

a) *B und W:* et.

[1]) *Vgl. hierzu die kurze Notiz von Hermann v. Kerssenbroch in seinem* Catalogus episcoporum Padibornensium, Lemgoviae 1578 ⟨*Münster UB*⟩,

Hic statim istis cognitis instigatus a dumheris Paderbornicis aliquoties scripsit ad Susatenses elector Coloniensis et serio mandavit suos sibi vinctos restitui [1]). Sed responderunt senatui cives per supplicationem nullam esse vim episcopo factam, sed innocentes tantum viros, qui fuerant vincti, liberatos a se ex fraterna caritate ea solum de causa, quod nullius criminis rei essent, nisi quod evangelii doctrinam Paderbornae rogati a civibus propagassent, et se potius malle cum istis mori, quam eos iterum deserere et episcopo vinctos tradere. Petebant etiam a senatu, ut scriberet episcopo Coloniensi, quod si illos vellet alicuius criminis reos accusare, esse adhuc in urbe viros et appellare ad senatum esseque paratos, ut se sistant episcopo coram iudicio urbis Susatensis et non solum paratos esse ad respondendum episcopo, sed etiam cuilibet de omnibus rebus coram magistratu Susatensi. In fine supplicationis adiecerunt cives se, cum ista oblata conditio aequa sit, non posse aliud facere nec velle deserere istos pios viros in tam pia sanctaque causa [2]). Postea coepit movere litem contra

W 1325.

Bl. H 5ª und ***Martin Hoitbandt*** *in seiner* Apologia, Das ist: Eine kurtze und warhafftige Verantwortunge widder die unerfintlichen Calumnien und Ehrenrürigen Catalogum Episcoporum Paderbornensium so . . . von M. Herman von Kersenbroich divulgiert . . . Marpurgk 1580 *(Münster UB), Bl. G 4ᵇ. Hoitbandt hat wie Hamelmann die Tendenz, in dieser Rettung etwas Wunderbares zu sehen. Der nüchterne Bericht des Soester Ratsprotokollbuches (bei* ***Fr. Jostes*** *a. a. O. S. 99) enthält davon nichts:* „Dair na des gudenstages na Omnium sanctorum *(6. November)* quemen etliche Paderbornesche und brechten twe predicker durch unse boirde gefangen voren, dwilliche unse her van Coln binnen Paderborn handfast gemaket hadde laiten und wolden de em to Werl *(Hamelmann, Kerssenbroch und Hoitbandt geben Arnsberg an)* brengen, dair do sin ff. g. was. Des worden etliche ungenanten gewair, und weir verspet, de de up unser leven frauwen wege nemen, und worden hir in gebracht sunder wetten und willen burgermester und raides edder nummandes van den oversten, dat der wegen des donnerdages raidt, alde raidt, ampte und gemeinheit tho hope quemen und sich dair up bespreecken."

[1]) *Nach* ***Hoitbandt*** *a. a. O. hielt der Bischof bei dem Rate an, daß er ihm die Gefangenen wieder zustelle, und schrieb auch an den Herzog von Kleve und die von Soest.*

[2]) *Das Ratsprotokollbuch fährt fort:* „Middeler tit sante min her den richter van Arnszberge hir in und leit der vangen ghesinnen, dem durch don heiten raidt, alde raidt, ampte und gemeinheit (wu wol et de raidt gerne anders gesein hette, det men si siner ff. g. gelevert hette), [sechten], men wiste nicht, wu umb de gefangen were, si hetten er nicht genomen; konden si gefreischen, wei et gedain hette, wolden si straiffen."

eos, sed institutam controversiam et accusationem non continuavit vel in effectum produxit. Sic cum per statutum tempus, quod vinculis et iudiciis talibus deputari solet, haesissent Susati exspectantes causae executionem, tandem, postquam nemo contra illos comparuisset ex accusatoribus, absolverunt eos et liberos pronunciarunt magistratus et cives Susatenses[1]).

Hic, quaeso, videant pii et omnes Christiani, quanto in periculo fuerint isti pii viri, quanta rabie sint apprehensi et quomodo stipati deducebantur ad mactationem tamquam oves, deinde, quomodo mirabiliter ipsos citra omnem exspectationem eripuerit Dominus ex omnibus malis. Is Deus, qui custodit nos ut pupillam oculi et custodit omnia ossa nostra, ne unum ex his frangatur, sit per filium suum Dominum nostrum Jesum Christum benedictus in saeculum.

Quid vero deinde acciderit in urbe Paderbornensi, breviter explicandum erit. Interea, dum isti concionatores abducerentur[2]), triduo post introductionem episcopi omnes cives iubentur convenire[3]) ad hortum monachorum Benedictinorum in Abdinckhave, ubi tunc episcopus haerebat, qui mane omnibus suis iusserat, ut in armis essent et se ad iter praepararent, quod fiebat eo praetextu, ut ista praeparatione spem faceret civibus de suo abitu et egressu ex urbe[4]). Cives tamen timore et metu perculsi, nescientes, quid hoc rei esset, quod ita in remotum locum convocarentur, eo venire recusant, verum persuasi verbis consulum, imprimis Hermanni Drolshagii[a]) et Menckii[b]) Cappii, qui fidem dederant civibus nihil periculi subesse, tantum novum praesulem meditari clementem discessum et prius benevolentiam aliquam exhibiturum in abitu civibus sibi iuratis: „Er will einen gnedigen abscheid nehmen." His verbis persuasi et allecti cives ingrediuntur coenobii campum

a) *B und W:* Drosthagii *(wohl Schreibfehler).* b) *W:* Merckii.

[1]) *Kerssenbroch schließt in seiner mokanten Weise mit der Bemerkung:* „Ubi *(in urbe Zuzatensi)* in taberna novem hebdomadis commessantur. Et cum impensas hospes exigeret, clanculum se subducunt post magnum forsan annum Platonis soluturi." *Hoitbandt bestreitet das aber.*

[2]) *Nach dem Soester Ratsprotokollbuche (vgl. oben) geschah das erst später.*

[3]) *Am 12. Oktober. Der Einzug fand am 8. (Dienstag nach Meinulfs Tage) statt (Zeitschrift Bd. 19, 1858, S. 210).*

[4]) *Ähnlich Kerssenbroch Bl. II 4a.*

vel hortum et ita comparuerunt coram principe. Interea, dum illi ingrediuntur hortum, equites armati occupant plateas, portas et forum, ut vix aedibus egredi liceat cuiquam. Cives vero collecti obseratis ianuis, quod antea metuebant, nunc sibi imminere vident, quoniam mox iussus est urbis minister, Godefridus Scellikenus, qui hodie praesulis huius Remberti a Kersenbroch gogrevius est, ex charta sibi tradita legere quosdam annotatos cives, qui erant praecipui fautores evangelii. Hi lecti separati et avocati sunt a reliquis civibus praeter fidem datam a consulibus. Erant autem isti sequentes hi: Johannes Prolekingius, Petrus Steinhovius, signifer bombardariorum, Johannes Vastellavius, Georgius Pamperlampius, Jodocus Grudaeus, Johannes Hurlebutus, Franciscus Triphaigius, Cyriacus Heydenricus, Johannes Neseus, Gerhardus Bodekerus, Henricus Stukeus, Johannes Haselius, Johannes Delbrug, Gerhardus Timannus, Arnoldus Glasemaker, Hermannus Koningius, Johannes Stivelmakerus [1]). Hi seiuncti a reliquis civibus sunt, et cum exirent alii ex horto coenobii, omnes illi custodiae duplici tradebantur occupantibus interim plateas equitibus principis.

W 1326.

Illi incarcerati tandem torturis subiecti sunt misere atque per tormenta de istis literis, quorum mentio facta est, vehementer interrogati aliisque de rebus misere et tyrannice examinati [2]). Tandem post octiduum introductus est in alteram custodiam monachus minorita clam. Is in custodiae locum superiorem ascendit, et isti adducitur Petrus Steinhovius gladiarius [3]), ut confiteretur. Is igitur se praeparavit ad mortem et putavit sibi soli moriundum esse. Itaque fratribus et collegis suis valedixit his verbis: „Ich will euch, lieben Brüder, eine gute nacht sagen, ich muß auff die lange baen, ir mugett folgen oder es gehe euch, wie es dem lieben Gotte gefellig ist.“ Mox respondit hic unus ex reliquis nomine Franciscus Triphaigius: „Carissime frater, nihil te terreat, sive ignem sive aquam oculis tuis obiectam habeas videasve. Novisti Christum vicisse mundum. Laß dich nicht schrecken, bleib ja

[1]) *Vgl. dazu die zum Teil anders lautenden Namen bei H o i t b a n d t Bl. F 8b f. und L e i n e w e b e r Bd. 66 S. 124.*

[2]) *Verzeichnis der Fragen bei L e i n e w e b e r ebenda.*

[3]) *Bei H o i t b a n d t heißt er Peter Schwertfeger und Schützen Fenrich.*

bey Christo unserm einigen heyland und seinem Wortte bestendig. Amen."

Sic tandem ille productus est solus primo ex carcere, mox tamen et reliqui omnes ex utraque custodia coniunguntur catenati, veluti solent a Turcis christiani abduci, et ad forum pertrahuntur [1], ubi omnia ad supplicium erant parata. Nam, quo omnia essent paratiora, canonici cathedrales et praesertim decanus curaverunt deportari in forum dolia, et per ea deposita erant tabulata, ut locus, ubi decollari debebant, esset altior et omnium conspectui [a]) subiectus. Loculi vel feretra, in quibus decollatorum corpora deponi debebant, ibidem conspicua erant. Forum erat armatis equitibus repletum et plateae cinctae militia undique, ut vix cuiquam egredi domo sua tutum esset, quoniam ex vicinis ditionis Coloniensis praefecturis et oppidis Geseke et Erwite atque aliquot pagis evocati erant homines armati, qui simul urbem replebant et omnibus terrori erant. In forum producti inter armatos stabant. Adornatur iudicium capitale. Hic aguntur rei seditionis et proditionis patriae, imo ut haeretici, qui contra Caesaris et papae edictum doctrinam novam, a summo magistratu condemnatam introducere in urbem Paderbornensem conati essent. Illi miseri, cincti armatorum copia et turma strepituque equitum territi, cum etiam nullum fidelem haberent causidicum et advocatum, facile convincebantur, quamquam de istis literis constanter ut simul antea in torturis confitebantur sibi nihil constare nec unquam huiusmodi scripta ab ipsis vel profecta vel edita. Sic [b]) morti adiudicantur. Verum non aliter apostoli sunt accusati et damnati.

W 1327.

Ita mox vocatur carnifex Veltius, ut pronunciaret extremam sententiam pro more istius et vicinorum locorum. Hic carnifex (similis isti ductori, qui Jacobum apostolum duxerat ad tribunale et confessus erat se cum illo Christianum et sic martyrium cum illo subivit teste Eusebio lib. 2., cap. 9. suae Historiae) veniens in iudicium deposuit gladium sibi a magistratu traditum dicens: „Nec de istis piis ac innocentibus viris pronunciare possum nec

a) *B:* conspectu. b) *B und W:* si.

[1]) *15. Oktober (Kerssenbroch Bl. H 4^b; bei Hoitbandt Bl. G 2^a ist 5. Druckfehler).*

gladio eos ferire volo. Malo enim officio et urbis beneficio carere, imo potius mori cum his, quam quicquam istorum facere." Verum statim alter adest, Statius carnifex, qui id libenter facit (sed eius finis et mors habuit cruentum exitum: is cum hic bonorum virorum mortem sitiret, tandem ille post aliquot annos publico supplicio afficitur Werlae).

Interea prosiliit in curiam, ubi elector erat, magna virginum, puellarum et matronarum copia, quae nudo collo et uberibus et virgines simul dispersis capillis fiebant principi pro captivis iam morti adiudicatis supplices, atque inter has erant gravidae[1]. Harum, inquam, precibus et ploratu plurimum commovebantur comites, domini et nobiles, qui in equitatu et comitatu electoris erant, atque suas quoque preces adiungebant vel coniunctim cum mulieribus coram principe edebant et ad supplicandum verbis asperioribus senatum adegerunt. Supplicantium ergo multitudo et feminei sexus *W 1328.* ploratus ita principem commovit, ut ipse prorumperet in lacrymas cum praecipuis consiliariis. Jussit ergo illos reduci ad custodias, ex quibus iterum eos praecepit educi postridie, ut gratiam captivis praestaret. Productis iterum in forum coram civium multitudine istis ignovit delictum et pronunciavit clementer liberos istos viros. Etsi vero libertate donati essent a principe et domi suae restituti, tamen post abitum principis iubetur singulis a senatu instinctu, ut putabatur, pontificiorum, ut domi suae se semper sisterent per annum, ubi ita delitescere cogebantur[a]. Tandem iubebantur etiam senatui luere poenam pecuniariam[2].

Dixerat saepe postea Bernhardus ab Hagen[b], cancellarius electoris istius[3], multis bonis viris suum principem nunquam fuisse eius animi, ut quemquam ex istis vinctis decollari iuberet,

a) *W:* rogabantur.
b) *W hat hier noch S., das in der Hs. fehlt.*

[1]) *Vgl.* ***Kerssenbroch*** *Bl. H 4^b und* ***Hoitbandt*** *Bl. G 3^a. Zu Grunde liegt den Erzählungen wohl die Stelle des Rezesses bei* ***Richter*** *S. CVII.*

[2]) *Nach* ***Kerssenbroch*** *Bl. H 5^a und* ***Hoitbandt*** *Bl. G 3^b bestrafte sie der Bischof selbst mit Geldbuße und Arrest.* ***Hoitbandt*** *gibt an, sie hätten erst noch zehn oder elf Tage im Gefängnis gelegen.*

[3]) *Bernhard von Hagen aus Geseke war zuerst kurfürstlicher Siegelbewahrer, seit 1526 Kanzler und starb 1556 (C.* ***Varrentrapp****, Hermann von Wied und sein Reformationsversuch in Köln, Leipzig 1878, S. 69, 278 u. ö.).*

8*

sed coactum infinitis pontificiorum accusationibus et delationibus istum serium progressum in eo negotio fecisse. Dixerat aliquoties Scholerus, evangelicus concionator eiusdem principis Hermanni, qui coram eodem, postquam factus esset evangelii patronus ille praesul, saepe Werlae, in oppidio Westfaliae, et simul [in] arce Nienhuse conciones habuit, quod huius historiae saepe pius postea princeps meminisset non sine suspiriis et lacrymis et dixisset: „Ach, auf das hohe vielfältige anbringen des Domcapitels musten wir ungern, ja darzu gedrungen, doch in unverstande und unwissenheit solchen ernst gegen die armen frommen Leutte ertzeigen und furnehmen."

Sed ut redeam ad propositum. Mox novi fiunt recessus, et literae obligatoriae Paderbornae instinctu dumherorum conscribuntur [1]). In his gravissimis admodum promissionibus obligant et obstringunt se senatus et cives principi et successoribus perpetuo se non mutaturos religionem pontificiam nec vocaturos esse alios concionatores, sed fore se semper contentos istis, qui ab ordinariis praeficiantur. Et hic in hoc recessu amplissime repetitur, quomodo praeter fidem datam priori recessu sub Erico praesule novam doctrinam, Germanicas cantiones et impios doctores in suas ecclesias et parochias seditiose introduxissent, quae violatio admodum exaggeratur. Inter multa alia et haec ibidem exstant: „So gebieten wir hiemit gleichsfals ernstlich und wollen, das nun hinfurter kein frembder man, fraw, knecht oder magt, so aus den Stetten und Flecken, die der newen auffrurischen Lehre anhengig oder damitt beruchtiget, sie weren, wer sie wollen, zu keinen *W 1329.* Dienstbotten in unser Stadt Padelborn angenomen oder zu dienen zugelassen werden sollen." Et iterum: „Zum siebenden ordenen und setzen wir, das hinfurter kein burger in unser stadt Paderborn sol angenohmen werden, er lobe dann und schwere zu Gott und den heiligen, diesen unsern vertrag zu halten." Ideo etiam ne hactenus quidem aliquem receperunt in numerum civium, nisi qui prius ita in verba utriusque recessus iuraverat, cuius impiae obligationis primus autor fuerat Antonius Afflenius, cum se is

[1]) *16. Oktober (Original Staatsarchiv Münster, Fürstentum Paderborn Nr. 2309, abgedruckt bei* Richter, *Anhang Nr. 79, S. CVI—CXI).*

ingessisset in magistratum, quo tanto gratior posset esse pontificiis, quia is primus omnium hoc onus novis civibus imposuit. Sed homo malum poenae non evasit. In octavo autem articulo mandatur quoque, si qui essent rebelles et istis recessibus deinceps unquam opponerent se, illos, cum iam antea de talibus iudicialiter pronunciatum esset, sine mora apprehendendos et morti adiudicandos.

Sed antequam progrediar, oportet me hic inserere historiam piam, quae accidit, dum rei agerentur reliqui vincti in foro [1]. Fuit eiusdem cum ipsis doctrinae homo senex et ex paralysi claudus nomine Hermannus Trippemakerus [2]. Hic cum intellexisset capite plectendos suos in Christo fratres apprehenso baculo suo, quo se sublevabat, coepit repere ad forum cupiens cum illis quoque pro Christo mori, cum quibus unum Christum confessus erat. Hic, inquam, ad forum veniens et vix se per armatorum hominum et equitum copiam expediens alta voce clamavit in medio fori: „Et ego sum aeque reus istius doctrinae et totius actionis atque illi, apprehendite ergo me et simul cum ipsis morti tradite.“ Cum vero plerique ei os obturare non possent et is instantius clamaret, tandem apprehensum in macellum adferri curant per ministros senatus, cui etiam poena pecuniaria satis gravis a senatu imponebatur persolvenda. Idem egit hic senex, quod illa mulier, cum nomine imperii et Arriani imperatoris Valentis Modestus, praefectus in urbe Edessena, vellet occidere omnes orthodoxos, qui in horto urbano convenerant, cuius meminerunt historici ecclesiastici Ruffinus lib. 2., cap. 5., Socrates lib. 4., cap. 18., Theodoretus lib. 4., cap. 16. et 17., Sozomenus lib. 6., cap. 18., Nicephorus lib. 11. [a]), cap. 22. Illa, inquam, currit cum infante ad istum hortum, ut simul cum confratribus et sororibus concordibus secum in fide posset etiam eandem simul et cum suo filiolo caedem et mortem subire atque corona martyrii ornari. Haec sunt merito huc repetenda ex antiqua historia.

a) *W:* II.

[1]) *Die Geschichte erzählt auch Hoitbandt Bl. G 2ᵃ f.*

[2]) *Hoitbandt:* des künstigen M. Oldegreven *(gemeint der Maler Aldegrever)* Vatter.

W 1330. Nunc redeo ad principem. Ipse Hermannus, elector Coloniensis et administrator Paderbornensis, natus comes de Weida, huiusmodi recessus et constitutiones suas fecit tamen suo exemplo irritas, dum eam doctrinam, quam isto tunc recessu stabilitam et roboratam voluit Paderbornae, ad extremum damnaret. Quomodo id factum sit, patet ex libro commentariorum Johannis Sleidani . . . [1]).

W 1341 Zeile 11. Cum Coloniae deponeretur et amoveretur piissimus princeps elector Hermannus de Weida comes ab archiepiscopatu, est quoque idem reiectus Paderbornae, et Rembertus a Kersenbroick, unus ex canonicis cathedralibus, nobilis et senex, Romana et curtisana [a]) praxi insignis, est in eius locum electus, qui usque hodie ad haec tempora anni 1568. in decrepita senecta vivit.

Ut autem hoc obiter referam. Fatale quid contigit forsan (ut sic profano more loquar) comitibus de Weida, quando eliguntur archiepiscopi Colonienses. Nam Arnoldus de Weida comes, antea praepositus ad s. Andream, post Hugonem ibidem archiepiscopus, ab Eugenio tandem tertio papa in concilio Remensi ab officio pontificali [b]) suspensus fuit propterea, quod ad synodum illam non venisset. Haec scribit Trithemius [2]). Quid Hermanno de Weida acciderit, dictum est. Si quid etiam posset papa contra hunc modernum Fridericum de Weida, qui non vult alere suffraganeum nec vult petere nec redimere pallium a papa paupertatem causatus, profecto nihil intentatum relinqueret, quamquam iste Fridericus nihil in religione mutaverit et dicatur pontificiae religionis esse, imo iam dicatur resignasse episcopatum et electoratum.

a) *B:* Curthusiana, *W:* Carthusiana.
b) *W:* pontificiali.

[1]) *Der folgende Abschnitt über den Reformationsversuch Hermanns von Wied und die kirchlichen Verhältnisse in Köln (B I 344ᵃ–361ᵇ, W 1330–1341) wird hier fortgelassen. Die W 1333, Zeile 10 f. zwar angekündigten, aber nicht mit abgedruckten Briefe Groppers an Bucer (B I 347ᵇ—352ᵇ), die Hamelmann* „ex quodam scripto Buceri anno 1545. edito Germanice" *entnimmt, sind dieselben, die C. Krafft in den „Theologischen Arbeiten aus dem rheinischen wissenschaftlichen Prediger-Verein" Bd. 2, Elberfeld 1874, S. 22 f., 23 f., 29 f., 44 f. aus der Schrift Bucers* „Von den einigen rechten wegen und mitlen Deutsche nation in christlicher Religion zu vergleichen" *(1545) mitgeteilt hat.*

[2]) Chronica monasterii Hirsaugiensis, *in den Opera ed. M. Freher T. 2, Frankfurt 1601, S. 127.*

Paderbornae sub hoc Remberto viget et viguit semper papatus. Interim in quorundam papistarum et pontificiorum corde sordet papatus. Unus est ex reliquis superstes monachus in Franciscano collegio, qui ibi publice concubinam alit, ut ipsius etiam Remberti episcopi cancellarius Henricus Coloniacus magister [1], beneficiis dives, facit. Conradus Mollerus [2], ll. licentiatus et offi- *W 1342.* cialis, in tanta mutatione sub initio regiminis archiepiscopi Hermanni territos cives cogebat [a]), ut testamenta Germanica ex versione Lutheri eiusque catechismum et psalmódiae libros cum aliis postillis et opusculis Lutheranis coemptis iussu, ut dicebat, principis, ad se deferrent. Sed is hodie mitior est factus et cuperet [b]) hoc tempore omnium maxime in clero et per omnes ecclesias reformationem.

Semper ab eo tempore habuerunt Paderbornae indoctos concionatores, inter quos reperitur hodie Gerhardus Rodikenius Werlensis [3], qui, etsi interdum evangelii doctrinam amasset et se patronum verae doctrinae aliquoties declarasset, tamen beneficiis auctus opimis coepit stomachari in concionibus insolentibus contra veram doctrinam atque in synodis ditionalibus orationes Latinas habere et gloriose recitare, ubi quoque saepe Lutheranos taxavit. Ut vero suum nomen gloriosius redderet et se pontificiis carum et addictum exhiberet, coepit verbosum et fucatum commentarium de ceremoniis conscribere et in publicum dare anno 1561 [4]. In eo, quem episcopo et praelatis, ut capitulo cathedrali et reliquis opimis magnatibus ecclesiasticis, dedicavit [5], conatus est plerasque pontificias ceremonias et doctrinas tueri. Imprimis conatus est asserere quadragesimale ieiunium esse traditionem apostolicam et ideo inviolabiliter observandam dixitque scripturam ex patrum interpretatione explicandam.

Huic verboso et prolixo scripto ego Hamelmannus, qui in

a) *W:* regebat. b) *W:* cupivit.

1) *Vgl. über ihn schon Bd. 1 H. 3 S. 214 f.*
2) *Ebenda S. 217.* 3) *Ebenda S. 213 f.*
4) De usu caeremoniarum in ecclesia . . . Coloniae 1561 ⟨*Münster UB*⟩. *Vgl. ebenda S. 214 Anm. 2.*
5) *Dem Bischof Rembert, dem Dompropst Wilhelm Westphal, dem Domdechanten Hugo Budde und dem ganzen Domkapitel.*

vicinia eram, opposui contrarium idque breve scriptum et typis evulgatum[1], in quo ostendo libertatem ceremoniarum atque demonstro vanas esse traditiones tacitas, postea quoque expono ex testimoniis ecclesiasticorum scriptorum Eusebii, Socratis, Sozomeni, Nicephori et Chrysostomi ieiunium quadragesimale non esse traditionem apostolicam et refuto illa breviter, quae pro sua assertione ex Hieronymo et Ignatio attulerat. Postremo doceo quoque ex praecipuis patrum dictis scripturam scriptura explicandam esse. Fraterne deinceps admoneo autorem, ut tandem deposito mendacio velit redire ad se et cogitare de sua aeterna salute in tempore et considerare diligentius dona Dei, tam temporalia quam aeterna, et suam concubinam potius ducere in uxorem commendando negotium Domino, quam in fornicatione mala conscientia mundi divitias obtinere[2]. Propter quod scriptum sunt

[1]) Brevis et simplex commonefactio de libello Gerhardi Roetekenii concionatoris pontificii in urbe Westphaliae Paderborno (!), quem nuper de caeremoniis scripsit. Ubi explicatur, an sit vera apostolorum traditio ieiunium quadragesimale. *o. O. u. J. (1561) <Frankfurt StB>.*

[2]) *Nachdem er ihn auf die kirchenrechtlichen Bestimmungen hingewiesen hat, fährt er fort:* Et quomodo quave fronte referes te tuam concubinam affectu coniugali vel clanculari copula habere (quod etiam miserae mulierculae persuades) idque praeter et citra notitiam tuorum praelatorum, cum hoc omnino non sit coniugium, quod tuis, tibi et tui similibus est prohibitum a vestro deo papa. Deposito igitur mendacio et lucro, si vis niti bona conscientia, si vis Christum sanctificantem coniugia et detestantem impuritates pontificias atque concubinarias confiteri, duc tandem illam, obsecro, in uxorem nec te Christi pudeat nec, quaeso, in hac re respicias beneficia, quae si propter Christum perdas, centuplum recipies. Cogita, quanto cum offendiculo, quanto cum dedecore et liberorum tuorum eiusque mulierculae infamia et ministerii tui obtrectatione id a te fiat; taceo vulneratam in te conscientiam eiusque vermem rodentem. Haec si pie cogitaveris, facile expendes, quam tibi sit periculosum in isto statu agere. Satius est abiectum esse in domo Domini, quam habitare cum fastu quodam in tabernaculis impiorum. Cogita, o Gerharde, de aeterna tua salute et redi maturius ad te. „Hodie“, ait Psal., „si vocem eius audiveritis, nolite indurare corda vestra.“ Non dubito, quin plurima in pontificiorum doctrina et moribus improbes. Attamen ista propter ventrem, ventrem inquam, dissimulas, veluti illi fecerunt Johan. 12., qui etsi in Christum crederent, tamen non confitebantur propterea, ne ex synagoga eicerentur, quia magis quaerebant gloriam hominum quam Dei. Interim illi iamdudum ad infernum usque praecipitati iacent bis miseri in extrema miseria, ad quam ne et tu dilabaris, fac, ut in tempore ad lucem evangelii accedas et in ea, dum tempus, quod breve est, habes, ambules. Haec tibi si grata accidere cognoverimus, alias et plura et graviora dabimus.

et fuerunt mihi infestissimi dumheri et inprimis cancellarius Henricus Coloniacus, patronus Rodikenii. W 1313.

Hac pia admonitione sperabam ipsum reduci posse ad meliora, verum ab eo tempore in peiorem evasit. Nam lecto meo libro mox in die palmarum anno 1562.[a]) in pomeridiana concione conatus est prolixe probare unius speciei in eucharistia usum pro laicis recte institutum Rodikenius et postea digressus est in truculentam orationem dicens cives Paderbornenses necessario quoque cogi ad unam speciem sumendam ratione obligationis et recessuum (quorum antea mentio facta est) suorum aut ipsos tamquam perfidos a magistratu puniendos. Dolendum certe est eiusmodi vocem ab illo emissam, cum pluris tamen vox Christi, quam omnium episcoporum et senatus recessus et obligatio debebat esse. Et profecto nunc videtur reprobus esse, cum quotidie in pios cives debacchetur nominatis etiam quibusdam. Nam mox postea est factus praepositus monialium.

Dolendum etiam est, quod ad istos hactenus recessus paucis cognitos[b]) coegerit senatus suos novos cives, cum nunc sint alia tempora et illa doctrina, quae in istis recessibus quasi sub nomine imperii et Caesaris demandata legitur, sit a toto hodie imperio admissa et protestantibus statibus concessa, imo senatores, qui forte sunt adulatores dumherorum, caecis vel excaecatis oculis videre nolunt, quod huiusmodi recessus et effectum istius obligationis suo exemplo Hermannus praesul irritum fecerit.

Postquam autem quidam pii cives, qui solebant ad vicinas urbes et pagos excurrere, ut veram Christi communionem perciperent, anxii in hac re et turbati illa concione me Hamelmannum consulerent de huiusmodi iuramento et peterent significari sibi, quid in re tanta pie posset fieri, respondi ego non meis sed magistri sententiarum verbis, quae libro tertio sententiarum distinctione 19., quaestione, utrum omne iuramentum sit implendum, habentur, et ostendi Ambrosii, Augustini, Bedae, Isidori, Bernhardi et aliorum testimoniis illud, quod contra fidem et caritatem iuramentum praestitum est, recte posse rescindi et nequaquam observandum, quod ab exemplo Davidis impediti per

a) *Die Zahl ist bei W zwischen* unius speciei in *und* eucharistia *gerückt.*
b) *W:* cognitis.

Abigail, ne satisfaceret iuramento suo, qui etiam agnovit se iuste et recte impediri, probatur. Adieci etiam dictum apostolicum: „Magis Deo oboediendum quam hominibus." Magistratui licet non W 131*i*. resistendum sit, tamen non latius nisi usque ad aram oboediendum esse. Haec mea responsio cum pervenisset forte ad manus dumherorum, quorum caput tunc erat Hugo Buddius decanus [1], qui testibus ibidem papistis ut Epicuraeus vixit et mortuus est, cui anno 1567. successit Volmarus Brenkeus [2], acriter Hamelmanno minabantur, sed per cordatiores admoniti nihil publice ausi fuere, nisi quod interdum per suos invidiam ipsi conciliarent apud eos, qui autoritate ad deponendum Hamelmannum aliqua potiri aliquando possent, in qua re mirus semper fuit artifex cancellarius Henricus Coloniacus et alii.

Omnes plerumque pontificii dumheri et canonici cum variis sunt concubinarii [3] et Epicuraeam semper agunt Paderbornae vitam. Idem fit in coenobio Abdinckhave, quod ante centum annos de eo etiam coenobio scribit Crantius quoque.

Quid porro in rebus fidei ex causa evangelii Paderbornae anno 1566. et imprimis anno 1567. acciderit, breviter referendum erit [4].

Cum autem anno Domini 1566. saeviret pestis Paderbornae per aestatem, ut antea tectius evangelium docuit, ita nunc libere

[1] *1551 bis 4. Mai 1567 (Zeitschrift Bd. 43, 1885, Abt. 2 S. 60).*

[2] *Volbert von Brenken, gestorben 2. Februar 1569 (ebenda und* ***Leineweber*** *Bd. 67 S. 135).*

[3] *Vgl. hierzu* ***Leineweber*** *Bd. 66 S. 142 f., wo einige eklatante Fälle mitgeteilt sind.*

[4] *In der vom Michaelstage 1565 datierten Vorrede an die lippischen Städte in seinem Buche* De traditionibus apostolicis et tacitis, Basileae 1568 *(Bonn UB, Rostock UB, Göttingen UB usw.), sagt Hamelmann Bl. a 2ª:* Hic vero V. Excell. Paderbornenses dominos, ut vicinos, adiungere debuissem, sed quoniam superioribus annis nec priorem ad Gerhardum Rodikenium admonitionem ipsis inscriptam *(vgl. oben S. 120)* nec posteriorem *(nicht bekannt; wenn nicht etwa der erst noch zu nennende „Sendebrief" von 1567 gemeint, diese Stelle also später vor der Drucklegung noch eingefügt ist)* pio susceperunt animo, ideo eos nunc, ut a nostra syncera confessione adhuc alienos libens praetereo, optans tamen istis et reliquis in Westphalia civitatum quarundam rectoribus, qui nondum iugum pontifici Romano eiusque purpuratae meretrici subtraxerunt, meliorem mentem et veram ad Christi conversionem. De piis ibi civibus non dico.

taxatis abusibus in templo Bustorpiensi praedicavit Rodolphus Bredebeckius. Ideo idem Bredebeckius incepit etiam tradere catechismum circa festum Michaelis. Mox eum collegiati canonici ibidem, quorum decanus erat II. licentiatus Conradus Mollerus, de quo dicitur, quod agnoscat veritatem, turbant ex ministerio et dimittunt. In exilium eiectus consequitur vocationem Mindae in aede Mariana [1]).

Interim Martinus Hoitbantus [a]), legitimus pastor in ecclesia forensi [2]), in der Marckirchen idem quoque cum Rodolpho fecit, et deinde is in funeribus piorum canere coepit Germanicum psalmum „Mitten wir im Leben sind" circa festum Bartholomaei [3]) et in ecclesia orationem dominicam „Vater unser im Himmelreich, Der du uns alle heißest gleich". Is quoque non terretur exilio Rodolphi, sed strenue pergit in pio proposito.

Mox autem Hoitbantus citatur ex iussu episcopi Remberti Kersenbrochii ab officiali Conrado Mollero, II. licentiato, et ei exhibentur literae episcopi ad officialem datae, quibus ei iniungitur, ut rationem suae susceptae novitatis coram officiali reddat et addat, cur sacramentum altaris aliter, quam ibi usitatum fuerit, porrigat et praeter veterem morem novas cantiones et Germanicas exordiatur atque cum populo decantet. Deinde minaciter ei imponitur, ne in posterum tale quid tentet, aut id inique ulturum episcopum, nam ipsum possessionem istius ecclesiae propterea consecutum esse, ut in veteri religione permaneret, atque simul promisisse iuramento in sua ordinatione se eam retenturum esse. Si vero non statim ab incepto desistat, officialem nomine episcopi Martinum debere privare ecclesia illa et pastoratu et deinde praeter illud incommodum posse maiora pericula accidere ei. Ad primum respondit sibi non constare, quod singulari aliqua obligatione praeter illam, quae

W 1545.

a) *B:* Hodebantus, *W:* Hodebandus. *Später in B meist* Hoitbantus *und* Hoithbanthus, *bei W von 1546 an die selbstgemachte Form* Hoitbundus. *Ich setze im Texte gleichmäßig* Hoitbantus. b) *B und W:* a.

[1]) *Vgl. oben S. 85.*

[2]) *Ein Liborius Hoitbandt, vielleicht ein Bruder oder Vetter Martins, war evangelischer Prediger in Warburg. Über seine Duldung wurde 1570 zwischen Landgraf Wilhelm von Hessen und Bischof Johann verhandelt (Staatsarchiv Marburg).*

[3]) *24. August.*

omnibus in papatu usitata est, se ad religionem illam, quam catholicam vocarent, obstrinxisset, nec equidem se fuisse unquam eius sententiae, quod voluisset aliquos aliter quam papistico modo communicare. Verum ingruente peste a multis agonizantibus multoties rogatum, ut dignaretur eis communionem utriusque speciei porrigere, ipsum[a]) vero, dum hoc eis negaret, hoc tulisse responsi: „Ideo et hoc tuae conscientiae committimus, ut tu in die iudicii tunc pro ista gratia nobis non impertita respondeas Christo, qui iussit utramque speciem suis ex aequo christianis, quod etiam Paulus, ipsius apostolus, clare repetit.“ „Ego ergo,“ inquit, „etsi praeceptum ecclesiae praetenderem, sum tamen ita animo perculsus illorum et aliorum multorum agonizantium vocibus talibus et expensa institutione Christi, ut[b]) coeperim hoc facere, quod videbam veritati consonum esse. Si huic relationi non creditur, adducam et custodem et multos alios, mihi testes huius rei. Ad secundum sic respondeo: Fateor me cantionem Germanicam, quae alias debet orari ab ecclesia, cantasse cum plebe, ut ita ad zelum et devotionem excitarentur. Ad quam necessitatem me redegit inopia cantorum, quia non potui cum sene custode psalmodias, hymnos, introitus et alia divina exercitia celebrare iamiam concionaturus. Nam licet sint multa altaria et beneficia in hac mea parochia, tamen nemo ex omnibus istis beneficiatis, qui reditibus gaudent, unquam comparuit in nostro choro, ut nos iuvaret. Quod vero addiderim cantionem ‚Mitten wir im lebend sein mitt dem todt umbfangen‘, hanc habet rationem, quod nos illam cantionem Latine saepe canamus: ‚Media vita.‘ Ut igitur illa pia cantio in hac calamitate et peste grassante ab omnibus perciperetur et inde omnes certam spem conciperent, ideo illam cecini Germanice. Et tales cantiones in multis locis retineri et cani Germanice per ditionem Paderbornensem *W 1316.* apertum est. Quia igitur hoc est scripturae sacrae et eruditae antiquitati consonum et cedit ad aedificationem ecclesiae, ideo spero principem vestrum non impediturum, quae ad salutem suorum subditorum a me paraguntur in hac calamitate communi. Oro etiam V. R., ut dignemini indicare principi me has ferre molestias

a) *B und W:* ipse. b) *fehlt B und W.*

non auri, pecuniae aut lucri causa, quia nullis haec mea parochia est dotata reditibus annuis nisi unica mensura hordei, qua si ego privor, non tam mihi incommodatur quam parochianis, qui meo ministerio uti cupiunt." Haec scripta etiam tradidit officiali.

Ita ille perstitit in sua sententia usque in proximum annum 1567. Tunc vero ad initium quadragesimae dominica Invocavit, qui erat 16. Februarii, incepit loco impii cantus „Salve regina" tradere et explicare catechismum a prandio hora tertia. Ideo mox ultimo Februarii, qui erat dies Veneris ante dominicam Oculi, his literis ad arcem episcopi citatur.

Rembertt von Gottes gnaden Bischoff zu Paderborn.

Lieber andechtiger, wir haben etliche sachen, daran uns gelegen, mit dir zu reden notig. Ist derwegen unsers gnediges gesinnen, du auff den nachmittag umb drei uhren alhier ankomen und solche gelegenheit vernehmen und anhoren wollest. Dessen thun wir uns gentzlich verlassen. Geben Newenhusen am lesten[a]) Februarii Anno etc. 67.

Unserm pastor zur Marckirchen und lieben andechtigen Martino Hoitbandt[b]).

Hic iterum se per literas excusat conquerens ea ipsa hora sibi concionandum esse coram plebe, quam non possit ea doctrina privare. Ideo orat, ut excusatum ipsum habeat episcopus. Petit autem supplex sibi aut per legatos aut per literas mandata ab episcopo intimari.

Citatur igitur coram officiali 2. Martii, qui erat dominica *fehlt W.* Oculi, ad horam 12. Ibi proposuit officialis nomine episcopi mandare episcopum, ut illa nova contra catholicam (intellege papisticam) consuetudinem invecta exercitia cantionum Germanicarum, docendi catechismum et alia deponeret. Vides perversitatem papistarum et sibi contradicentes illas bestias, quia Michael Sidonius et Johannes Ferus pro concione explicuerunt catechismum in ecclesia Moguntina, quae est Paderbornensis ecclesiae metropolitana, et deinde ediderunt. Emiserunt quoque Gropperus, Wicelius,

a) *W:* ersten.
b) *W:* Hoitbund.

Scopperus [1]), tres egregii apostatae, catechismos catholicos et deinde Nausea [a]) et plerique alii. Si igitur illi non sunt in ecclesia tradendi, cur igitur exstant? Sed sic apparet consonantia catholicorum.

Deinde praecipitur eidem, ne amplius sacramentum sub utraque specie cuiquam porrigeret (quamquam cum conditione illam et papa aliquoties et concilium Tridentinum et Ferdinandus rex Romanorum per suas ditiones et dux Bavariae Albertus atque Henricus dux Brunsvicensis permiserint; verum adeo furiosus est et omnis doctrinae expers battologus tantum Henricus Coloniacus, qui patrem dicitur ignorare suum, ut tamen haec sub nomine episcopi tentet), sed ut per omnia catholicae ecclesiae et doctrinae se faceret conformem propter schismata vitanda. Si vero id non fieret, se fore ultorem.

Is mox respondet in scripto et verbis se quidem paratum esse in omnibus parere episcopo et vitam et bona sua eius Cels. impendere, sed verbum Dei se non posse in ullius hominis gratiam immutare et in illud magisterium exercere. Vivere enim hominem non ex solo pane, sed ex verbo Dei, Matth. 4., et ne angelos quidem id mutare posse aut, si tentarent, essent [b]) omnino anathema, Galat. 1. „Ideo oportet me et omnes pios respicere verbum Dei ‚Maledictus est, qui ponit brachium suum hominem,' Hierem. 17., et psal. 146. ‚Nolite confidere in principibus'. Ideo me nostro principi in causis temporalibus, vita, bonis, fortuna mea subicio et ei me summam debere oboedientiam agnosco. Sed in causis conscientiae ille nihil habet. Hanc solam oportet me Deo puram et integram, quantum in me est, servare. Sum vocatus et hic pastor ordinatus, ut doceam evangelium ex praecepto Christi Matth. ultimo. Ergo doceo etiam catechismum ut partem evangelii et compendium doctrinae Christi. Si igitur omnes gentes docendi, ideo imprimis etiam pueri. Ut igitur satisfacerem officio, volui eos, quos magno numero repperi in confessione rudes, erudire solidius. Deinde video quoque eandem catechismi doctrinam a praeposito Gokirchiano d. Gerhardo Rodekenio. Psalmos, quibus

a) *B:* Nunsea. b) *B:* esset.

[1]) *Gemeint Jakob Schöpper in Dortmund (vgl. Bd. 1 H. 3 S. 99). Die übrigen (Sidonius, Wild, Gropper, Wicel, Nausea) sind bekannt.*

paucis utor in nostro idiomate, scio in verbo Dei fundatos nec impios. Ideo abicere nequeo. Erudiunt enim et consolantur indoctos et rudem plebeculam huiusmodi cantiones Germanicae. Nunquam dedi occasionem ad dissidia et discordiam excitandam, sed semper meos auditores ad pacem hortatus sum et monui, ut sibi caverent a sectis et haeresibus et puro verbo Dei adhaererent [1]. Ideo libenter faciam, quod fecit Christus filius Dei stans coram pontifice Hanna, cum alapam ei impingeret gnathorum aliquis, dicendo: ‚Si male locutus sum, ostende malum esse, sin minus, cur me verberas?' Quanto magis ego miser homo errori et vanitati obnoxius, quod Christus a famulo petiit, a doctis et magnis viris hic et ubique peto. Ideo cuperem demonstrari mihi, anne mea exercitia sint fuerintve verbo Dei consona, et plane spero venerandissimum principem senem non velle subditos suos sanguine Christi et non auro aliquo partos ita premere et illorum conscientiam laedere, sed potius hoc, quod per totum imperium Romanum est concessum et in aliis locis et oppidis et pagis suae Cels. permittitur, indulgere suis civibus in hac urbe. Quod ad sacramenti distributionem sub utraque specie attinet, de ea re alias respondebo, cum plus fuerit otii." Mox Hoitbantus addita supplici petitione et humili subiectione concludit literas 3. Martii anno 1567.

Statim mox coepit ille 9. Martii, qui erat dominica Laetare, publice in ecclesia Germanicis verbis sacramentum altaris praemissis aperte verbis institutionis sub utraque specie distribuere et habuit multos communicantes. Propterea iterum citatur coram officiali sequenti dominica Iudica, qui est dies 16. Martii. Ibi acriter reprehendit eum officialis, quod haec, quae illi toties prohibita sint, faciat et deinde scriptam responsionem exigit, quam ille possit praesuli offerre. Interim dum decreverat ei sequenti die Martis 18. Martii offerre scriptas rationes, turbatur ab impio secretario episcopi et iubetur ab eo statim accedere consiliarios principis collectos in Abdinckhaff. Ita ille se secretario comitem praebuit nemine hoc sciente. Exspectans paulo intromittitur Martinus Hoitbantus et reperit ibi ex dumheris praepositum cathedralem Wilhelmum Westphalum, Volmarum de Brencken (nunc

[1]) *Vgl. Hoitbandt, Apologia Bl. J 1a ff.*

decanum, tunc adhuc canonicum summi templi), Wilhelmum de Hasfelt, Roserum de Westerem dumheros, Conradum Mollerum licentiatum et officialem, deinde ex consiliariis Henricum Coloniacum cancellarium, Philippum ab Horde, aulae praefectum, Fridericum Westphalum, ditionalem satrapam, Schonebergium Speigelium consiliarium. Ibi in synedrio verba ad Hoitbantum fecit prolixe cancellarius et primo de iussu et nomine praesulis quaerit, deinde consiliariorum, quo autore has novitates in ecclesiam Paderbornensis urbis induxerit. Amice quoque eum admonuit et oravit, ut cogitet, quomodo istis se abdicet, ut ita gratiam praesulis recipiat, qua si exciderit [a]), id sibi et toti familiae suae honestae fore molestum, grave et dedecorosum. Si pareat, se fore patronos ei, ut de meliori conditione ipsi prospiciatur.

Respondet Martinus Hoitbantus: „Quia celebre exstat in 5. lib. Mosis de audiendo Christo solo praeceptum et additur comminatio eum tanquam zelotem et potentem Deum hoc in excedentibus tale praeceptum vindicaturum et eradicaturum eius animam, qui ipsum non audiat, et quia Petrus istum locum de Christo Actor. 3. explicat ostendens solum Christum esse nostram salutem, ideo ex mandato concilii magni Matthaei 17., ubi iubet pater hunc audiri, non possum aliter quam hunc Christum audire meaque verba, conciones, ordinationes, cèremonias exercitiaque in ecclesia [non aliter] formare quam iuxta eius verbum. Et ne quidem Christus ipse quicquam dixit [et] fecit, nisi quod pater iusserat et mandaverat. Multo minus hoc me homuncionem decet. Haec obsecro, Domini mei honorandi, expendamus. Christus ait Johannis 12.: ‚Qui me contemnit nec suscipit verba mea, habet indicium suum, et verbum hoc, quod locutus sum, indicabit eos.' Ita ego timore Dei et tam seriis mandatis Dei eiusque filii et spiritus sancti territus et perductus non potui amplius aliter sacramentum administrare quam sub utraque specie, cum id ita ille instituerit pro tota ecclesia, ut verba coenae apud tres evangelistas et Paulum 1. Corinth 11. sonant. Quod vero accusor, quasi dissidia moveam his verbis, id aperte nego, cum imprimis et loquar et secter, quae pacis sunt. Ideo provoco ad meos

a) *B:* excideri.

auditores." Tertio, de cantionibus a se hactenus in lingua Germanica usurpatis in sua parochia dixit: „Tam sum certus eas esse verbo Dei consonas et ibi fundatas, ut etiam singula illarum et verba et versus ex scripturis sanctis tueri possim."

Mox cancellarius replicat: „Nec de vita nec de doctrina tua verba facimus, opinamur autem te commode posse unam speciem sacramenti porrigere et quosdam cantus intermittere, cum non semper sint integri et bona fide translati de verbo ad verbum. Non enim in psalmo ‚Deus refugium etc.' leguntur vel haec verba vel sententia illa ‚Wenn die welt vol teuffel wer etc'." Respondit Hoitbantus: „Etsi illa ipsa verba non reperiantur ibi, verborum tamen eorundem sensus ibi habetur psal. 46. ‚Conturbatae sunt gentes et inclinata sunt regna, dedit vocem suam et mota est terra. Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob. Venite et videte opera Domini, qui posuit prodigia super terram auferens bella usque ad finem terrae. Arcum conteret et confringet arma et scuta comburet igni etc.', et alibi sic se declarat: ‚Super aspidem et basiliscum ambulabis, conculcabis leonem et draconem,' hoc est: etsi diabolis omnibus repletus esset mundus, tamen brevi conculcabuntur super pedibus nostris."

Mox cancellarius dixit: „Non venimus huc, ut tecum disputemus, sed ut amice tecum agamus. Ideo cupimus, ut secedas." Deinde emissi sunt officialis et Rosserus Westerem, ut adhuc cum Martino Hoitbantio agerent. Illi multis modis persuadere conabantur, ut remitteret ad praesulem cupientes communicare sub utraque specie, ut ibi prius gratiam impetrent id faciendi.

Interim colliguntur ad concionem et lectionem catechismi hora tertia pomeridiana multi cives, qui cum desiderarent pastorem et deinde intelligerent ipsum esse reclusum in monasterio Abdinchave, putabant ita agi cum ipso, ut olim anno 1531. agebatur cum quibusdam miseris civibus ibidem, hoc est, ut ad episcopum vinctus vel captus duceretur. Ideo turmatim conferunt sese ad coenobium et cupiunt sibi restitui pastorem. Etsi vero terrerentur et increparentur, quasi seditiose agerent et minis graviter peterentur, tamen non discedunt, nisi dimitteretur pastor.

Is ita dimissus cum civibus et auditoribus suis redit ad suam parochiam et postridie revertens ad officialem dicit se conscientiae

causa nec posse nec etiam audere removere populum a communione utriusque speciei aut revocare ad usum unius speciei, imo ipsos esse eius propositi, ut nec possint nec velint usum istius formae remittere et alium, qui est verbo Dei contrarius, assumere, multominus ipsos propterea vel principem adire, cum hoc eis liberum concesserit filius Dei. Respondit officialis: „Nihil de ea re amplius scribam praesuli, ne et ego habear suspectus." Ita Martinus Hoitbantus fortiter pergebat in suo instituto.

Cum vero per hiemem in sua patria urbe Paderbornensi haereret propter pestem occludentem sua saevitia scholam in civitate Hervordiensi et confirmavit Martinum et multos cives vir doctus et pius M. Franciscus Luckenius [1]).

Interim magno labore, mendaciis infinitis, calumniis variis, virulenta petulantia, accusationibus et delationibus importunis et multis detrectabat, diffamabat et insectabatur Martinum Hoitbantum multoties et singulis momentis apud episcopum, dumheros, cancellarium et alios homo impius et iam apostata factus Gerhardus Rodikenius, qui simul astutia, fraudulentia et mendaci ore inverat maxime promoveratque nuper exilium Rodolphi Bredebeckii. Ut igitur illum paululum compesceret, in suo elencho publice edito ita eum et patronos Rodikenii, videlicet illos dumheros omnesque impios sacrificulos et pontificulos in urbe Paderbornensi depinxit, ut sequitur. Placet enim praecipuam partem elenchi [2]) adscribere, quam Franciscus Luckenius ediderat.

Verae et optimarum artium studiosae iuventuti, quae est in urbe et diocoesi Paderbornensi, Franciscus Lucken, scholae Hervordianae rector designatus, s. et felicitatem in studiis.

Julianus imperator, qui ob desertam religionem Christianam, quam adolescens didicerat ac professus erat, apostata dictus est, cum esset acerrimus et infensissimus hostis ecclesiae Dei, variis eam modis et innumeris artibus oppugnavit, nihil, quod ad oppressionem ecclesiae faceret, intentatum relinquens. Edicta enim sanguine scripta contra Christianos edidit et rursus iussit aperiri templa idolorum et eis sacrificari, reditus ecclesiis eripuit, ne possent

[1]) *Vgl. über ihn Bd. I H. 3 S. 218.*

[2]) *Das Original habe ich nicht ermittelt.*

ali docentes et discentes, et virulentos iocos addidit, se facere expeditiores ad regnum coeleste, quia in ipsorum libris scriptum sit „Beati pauperes, quia eorum est regnum coelorum". Neque vero illa petulantia et saevitia contentus fuit, sed aliud etiam multo efficacius in perniciem et internicionem ecclesiae meditatus est atque paruit. Nam publico edicto prohibuit Christianorum liberos admitti in scholas rhetoricas dicens „Propriis pennis ferimur". Vidit nimirum astutissimus hostis ex scholis prodire adolescentes artium et linguarum cognitione instructos ad refutandas ethnicas opiniones et Christianam doctrinam propagandam et latius spargendam nec esse aliam magis compendiariam viam opprimendae ecclesiae, quam si Christianae iuventuti scholis omnino interdicatur. Eodem quoque consilio apud pontificios, verae ecclesiae hostes, scholas docentium et discentium artes et linguas iam olim sublatas esse nemini obscurum est, ne videlicet, quemadmodum Julianus dicebat, propriis pennis feriantur, hoc est, ne ipsorum religio, quam propter opes, dignitates et voluptates mordicus tuentur, in scholis ipsorum veluti proprio telo conficiatur ac damnetur. Nam quae paedotribae hodie canonicorum collegiis adiunctae sunt, illae tantum propter ineptos et impios boatus in templis et alias ceremonias idololatricas[a]) celebrandas foventur, atque iis praesunt vel indocti magistelli vel alioqui a vera religione alieni et ventris causa aut spe consequendae dignitatis turpiter pontificiis assentantes, qui teneros animos papisticis opinionibus imbuunt et ad idolomaniam et impios cultus assuefaciunt. Cuiusmodi Ecebolum et assentatorem pontificium fuisse meminimus, dum ludimagister erat, et etiam nunc esse in urbe Paderborna istum inflatum hierophantam vel potius holophantam evangeliomachum, cui a fuligine vel sectis, quas semper magno ore crepat, cum ipse sit omnium nocentissimus, sectae papisticae nimirum addictissimus, fatale nomen esse reor, qui ruinosum antichristi regnum veluti Atlas coelum sed tibiis podagricis fulcire conatur, quem tragicus et horrendus exitus, qualem omnes blasphemi apostatae semper experti sunt, iusto Dei iudicio vindicibus flammis sibi, qui contraria delet, procul dubio manet, nisi mature resipiscens in viam redeat. Equidem quoties de studiis pueritiae cogito, non

a) *B*: idolatricas.

sine magno gemitu patriae meae carissimae infelicitatem deploro, quod in ea urbe, quae et antiqua metropolis est, et rerum omnium, quae ad victum cultumque corporis pertinent, ubertate divino concessu et munere abundat, praecipuum tamen et maxime necessarium ornamentum desit, celebre videlicet paedagogium publica senatus autoritate erectum, in quo civium liberi a rudibus statim annis veram pietatem una cum politioribus[a]) literis imbibant. Profecto miseranda patriae meae calamitas est, fortasse quam intelligunt adeo prorsus negligi et quasi in ipsa herba perire hunc praestantissimum florem reipublicae, teneram nempe iuventutem, in qua tamen, si bene et liberaliter excolatur, omnem spem florentis et beatae reipublicae sitam esse omnes sapientes viri iudicant, sicut venuste a poeta dicitur:

Si bene floruerint segetes, erit area dives,
Si bene floruerint vineae, Bacchus erit.

Quid? Quod multa etiam bona ingenia ad gloriam Dei et patriae salutem iuvandum feliciter nata, antequam satis maturuerint, sacerdotiis opimis et splendidis, ut vocant praebendis, veluti Circeis poculis inescata ab incepto studiorum cursu ad vitae genus Deo minime placens abducuntur, ubi praeter Sybariticos luxus et voluptates nihil omnino aliud spectatur aut agitur. Haec detrimenta et hanc cladem patriae incomparabilem saepe consideremus. Equidem vota facio et veris gemitibus Deum aeternum, patrem Domini et redemptoris nostri Jesu Christi, oro, ut propter nominis sui gloriam pro sua immensa bonitate meam patriam ab exsecrando antichristi iugo, sub quo per multos, proh dolor, annos misere oppressa tenebris plus quam Cimeriis iacuit, clementer vindicet in regnum evangelicae lucis et ipsos gubernatores suo spiritu regat et flectat, ut coelestem doctrinam amplexi pontificia idola et abusus exsecrentur ac deleant atque ad publicam utilitatem et decus ludum literarium piis et eruditis magistris instructum aperiant ac liberaliter foveant, in quo casta et Christiana iuventus, quam propheta plantulas nominat in coelesti horto ad gloriam Dei satas, ad veram agnitionem et invocationem veri Dei et honestam disciplinam sedulo instituatur atque artes dicendi et linguas Graecam et Latinam feli-

a) *B:* politioris.

citer discat, ut olim, cum matura viros hos fecerit aetas, patriae et ecclesiae usui et ornamento esse possint. Ad quae vota, adolescentes carissimi, verae pietati et rectis studiis addicti, vestras quoque preces ut coniungatis, vos etiam atque etiam adhortor, ut quasi manu facta Deum ambiamus pro nostra et patriae communi salute adversus pontificios, qui nihil minus ferre possunt quam vos a teneris a catechetica doctrina recte informari, assidue precantes. Nec dubitabimus, quin Deus pro sua paterna benignitate illud, quod petimus, largissima manu aliquando daturus sit. Haec Luckenius.

Propter ista scripta passim per urbem et ditionem affixa et multorum manibus attrita periclitabatur in eadem urbe Luckenius.

Interea ego Hamelmannus, cum essem Antwerpiae[1]) edoctus has res, scripsi epistolam ad pios cives Paderbornenses confirmandi eos causa in pio proposito[2]). In ea epistola exorsus a duritie Gerhardi Rodekenii deploro hominis caecitatem, quod nostrum levissimum scriptum ante sexennium editum, quo amice ipsum admonui, repudiaverit non solum et contempserit aliorumque piorum virorum obtestationes floccifecerit, sed etiam ab eo tempore omni furore percitus et plenus coeperit primum concionibus, deinde quoque privatis colloquiis stabilire et confirmare omnes feces papismi contra conscientiam et imprimis unam speciem pro laicis in eucharistia et me omnesque pios dire proscindere convitiis. Tertio quoque refero et repeto, quae ad me perlata erant, nempe me intelligere, quod Rodekenius maxime cupiat propositum Martini Hoitbanti pastoris forini pium turbare et omnes pios vero usu sacramentorum atque evangelii privare atque quotidie istum in concionibus clamitare de fidifragis civibus, quasi ii promiserint[a]) in recessibus sub Erico et Hermanno episcopis obsignatis et assumptis se nolle communicare vero usui sacramentorum et evangelii Christi ideoque nunc oblitos iuramenti

a) *B:* promiserit.

[1]) *Dort war Hamelmann damals kirchlich tätig. Vgl. E. Knodt im Jahrbuch Jg. 1 (1899) S. 23f.*

[2]) *Ich teile die seltene Flugschrift, deren einziges noch nachweisbares Exemplar sich im Besitze des Herrn Pastor D. Rothert in Soest befindet, als Beilage zu diesem Abschnitte mit.*

ruere in perversum sensum. Postremo, quod etiam pie defunctos in Domino, qui alibi communicaverant sub utraque specie, tartareis flammis adscripserit et vivos diabolo communicasse dixerit (nam solebant plerique vel Huxariam vel in ditionem Lippiensium comitum se recipere communionis Christi causa ex eius mandato percipiendae). Ideo tandem adhortatiunculam subicio, cuius summa haec est:

Oro vos, fratres, ut perseveretis in usu sacramento eucharistiae, quem omnibus ex aequo Christianis sub utraque specie non sine singulari mysterio commisit Christus, ut Paulus 1. Corinth. 11. declarat: „Accepi a Domino et tradidi vobis." Et mox repetit verba institutionis coenae dominicae. Et haec scripsit omnibus Christianis, qui erant Corinthi, ut ex initio istius epistolae patet. Item expresse inquit: „Quoties convenitis, quisque sumit sibi propriam coenam, cum debeat esse communis." Item: „Quoties de hoc pane comederitis et de calice biberitis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat." Item: „Qui indigne edit de hoc pane et indigne bibit de hoc calice, reus est corporis et sanguinis Domini." Haec quidem sine ulla exceptione ad omnes Corinthios refert. Ut vero omnia fiant clariora, sic ait ibidem Paulus: „Probet seipsum homo" (nota sine ulla exceptione omnis Christianus) „et ita edat de pane hoc et bibat de poculo hoc, ne sibi iudicium edat et bibat." Cum claris illis scripturae sanctae testimoniis faciunt quoque doctores et patres antiquae ecclesiae, qui etiam solidas addunt rationes, cur utraque species omnibus debeat porrigi, ut ego in publicis scriptis contra Jacobum Horstium, licentiatum et sophistam Coloniensem, editis [1]) perspicue declaravi. Oro etiam vos, ut canatis psalmos in vulgari lingua et laudetis Dominum, quia id ita iubet Paulus 1. Corinth. 14., Eph. 5., Coloss. 3. Nam haec forma quoque est primitivae ecclesiae usitata. Quod vero ad obligationem recessuum attinet, nihil sitis solliciti, quia suo exemplo et literis ad vos missis rescidit et irritos fecit istos recessus episcopus Hermannus de Weida. Deinde non potestis amplius obligari istis recessibus, nisi velit episcopus vester et vos repugnare toti imperio, quia in istis vestris recessibus damnatur et haeretica

[1]) *Vgl. unter Dortmund (W 1032 f.).*

iudicatur doctrina Lutherana, imo tamquam mala a Caesare et papa damnata ibi prohibetur. Sed iam ab imperio ea doctrina est approbata, permissa et legitima iudicata. Interim fingamus tam efficax esse illud iuramentum et obligationem, iam quaestio est, an etiam possit vos obligare eatenus, ut intermisso Dei mandato hominibus gratificemini. Hanc quaestionem facile pueri solverent. Sed consideremus rem in similitudine. Finge, si quisque civium Paderbornensium vicino alicui domino, principi aut nobili iuramento interposito promisisset sub anni spatio se pro pacto pretio oblaturum isti arma et tela et sagittas, interim vero contingeret, ut is nobilis aut dominus renuntiaret amicitiam Paderbornensi urbi et se eis hostem declararet bellumque indiceret, quis iam, obsecro, diceret illum civem impie facere, si non stet promissis? Nam et rerum mutatae sunt conditiones, cum quidem, antequam ullae turbae acciderent, nil promiserit, quod honestum et iustum non esset. Hic civis vestro iudicio non aliter excusari potest a iuramento, nisi quod posterior obligatio non valet priorem, quae per se efficacior est, abrogare. Nihil minus cogitabat civis ille, quam istis armis oppugnatum iri locum patrium, cum iste inter dominum et se contractus iniretur. Iam patriae utilitas praeferenda est privatae. Ita quoque dicamus de vestro iuramento. Alia nunc res hoc tempore et alia fuit conditio, cum isti recessus fierent, et aliud nunc vestra dictitat conscientia quam tunc.

Haec erat summa epistolae meae, quam postea pii viri mittebant ad M. Hieronymum Mencelium, superintendentem ecclesiarum per comitatum Mansfeldensem, qui edidit eam adiecta praefatione, qua honorificam mei facit mentionem et acriter Rodikenium ut arrogantem, avarum perstringit et miratur eius impuritatem, duritiem et crassitatem in defendenda una specie eucharistiae.

Hac epistola edita et episcopus et cancellarius me graviter accusarunt scriptis et verbis minaciter apud Lippiensis comitatus proceres et volebant me eiectum, imo dicebatur quoque eos me accusasse apud heroes circuli vel ordinis Westphalici. Nostri me graviter primo incusarunt, sed cum inspicerent scriptum et considerarent illud editum a R. D. Menzelio me inscio, facti sunt mitiores et responderunt Paderbornensibus scriptum illud non esse a me editum, sed ab alio, contra quem, si vellent aliquem incusare,

possent instituere accusationem. Interim quotidie sperabat Rodikenius me eiectum iri. Et ut de eo loquar, quod res est, profecto dignus est Rodikenius extrema obiurgatione et insectatione, quoniam ille adeo vehementer institit apud cancellarium et quotidie urget, monet, currit, laborat hactenus, ut eiceretur Martinus Hoitbantus, quia cupivit semper solus esse rex in regione caecorum. Olim ille interim tacite plerisque sacramentum sub utraque specie porrexit et optime novit summam verae doctrinae, sed iam induratus est concubinam publice alens et omnia papistica sacra exercet eaque scriptis, concionibus et aliis mediis tuetur, dire exsecratur et devovet nostram religionem et doctrinam et me omnesque nostros theologos atque factus iam praepositus multum se macerat pro papatu.

W 1346 Zeile 29. Sed redeo ad historiam de Martino.

Martinus Hoitbantus 21. Martii, die Veneris ante dominicam palmarum indicavit finita concione parochianis praesulem omnino nolle admittere, ut ipse eis porrigeret utramque speciem in eucharistia. Ibi illi solliciti tandem ex communi deliberatione constituunt, ut piam ad senatum ordinarent supplicationem, cuius haec erat summa: „Postquam Dominus pium et sincerae doctrinae concionatorem nobis [a]) largitus sit, qui et pie doceat et sacramenta sin- *W 1347.* cere et iuxta mandatum Jesu Christi administret et diligenter ad omnis aetatis [usum] [b]) sese accomodet in ceremoniis, confessione et concionibus et doctrina catechismi, ut omnes, et senes et pueri, item rudes et simplices, viam salutis percipiant, aedificentur et recte doceantur, atque eius vita et quotidiana admonitione nunc ad poenitentiam et honestam perducamur vitam omnes, ideo nec melior nec nobis magis idoneus potest exhiberi doctor, et nihil unquam magis [c]) nobis molestum et triste vel calamitosum accideret, quam vel eo privari, vel haec ipsius pia exercitia in eo impediri debere. Cum vero intelligamus ipsi nomine praesulis et cathedralis capituli a consiliariis esse graviter et minaciter iniunctum, ne talia exercitia in ecclesia retineret nec amplius nos sub utraque specie communicaret, verum nos hoc petentes potius

a) *B und W:* ipsis. b) *W:* omnes aetates.
c) *B und W wiederholen hinter* magis nihil.

ad praesulem remitteret, aut si[a]) aliud tentare pergeret, eum violentia amotum iri, profecto his auditis graviter sumus territi, et iam ad V. P., patres conscripti, tamquam nostros tutores, nutritios et magistratum legitimum, confugimus et oramus, ut quanta possitis diligentia, agere dignemini, ut et haec exercitia retineamus et is pater nobis in tali proposito pergens relinquatur, quia aliam religionem conscientiae causa non amplius amplecti nec etiam nos ulli pontificio doctori submittere possumus. Agite, domini nostri, ne iterum ex luce ad tenebras transferamur, efficite, ne tam dulci usu eucharistiae et solida privemur consolatione et tam utili et bono viro. Oramus igitur per misericordiam Dei et per meritum Jesu Christi, ut nobis eam gratiam ab episcopo impetretis, ut illud nobis, vestris subditis, concedatur, quod honestum et pium est et obtineamus thesaurum salutis. Ponite vos mediatores, ne turbentur et nostrae et nostrarum uxorum et liberorum conscientiae et illaqueentur hominum statutis. Promittimus rursum omnem erga praesulem et magistratum oboedientiam, reverentiam et subiectionem in rebus corporalibus." Imo iterum pathetice orant ac instant.

Haec scripta 22. Martii anno 1567. obtulerunt utrique senatui et tribunis. Sed mox die Jovis ante pascha, qui erat 27. Martii, vocantur cives ad curiam, et ipsis declaratur, quid responsi senatus ad supplicationem civium accepisset ab episcopo per cancellarium (sic enim retulit senatus). Inique ferre praesulem istam mutationem factam a Martino citra et praeter autoritatem suam et iniquius hoc capere, quod negligat suum mandatum ipsi ut pastori aliquoties per officialem et consiliarios indicatum et ita superba *W 131^b* inoboedientia se ipsum in decrepita senecta ab illo Martino contristari et turbari, imo hoc nunc iniquissime interpretari, quod iam a tali inoboedienti pastore excitentur cives, ut ipsi obliti sui iuramenti et promissionis principem suum fatigent et se opponerent eidem in iis rebus, quae ipsis concedi non possint propter archiepiscopum Moguntinum, cui sit Paderbornensis praesul subiectus. Interim utriusque speciei usum non improbare se, sed adhuc nisi de metropolitani consensu non concedere posse illud[1]).

a) *B und W:* sibi.

[1]) *Diese Angabe bezweifelt Leineweber Bd. 66 S. 151.*

Scripturum tamen promittit se ad Moguntinum, ut eius cognoscat sententiam. Interea quosdam posse alibi communicare sub utraque specie iis in locis, ubi hactenus consueverunt. Posse interim, concedit quoque, psalmi unius cantum admitti. Ideo mandavit senatus, ut his episcopi mandatis pareront et cogitent, quam gravibus recessibus sit episcopo subiecta respublica Paderbornensis, cum ipsi[a]) sese obstrinxerint olim, quod eis non liceat ullos concionatores vel doctrinam citra consensum episcopi suscipere.

Post gratiarum actionem dictam consentiunt cives, ut administratio sacramentorum aliquantulum intermittatur. Interim ut de consensu iam facto episcopi et conciones et psalmodias possint retinere, orant. Id concessit senatus. Interim nihilominus in suo proposito pergebat Hoitbantus et per ferias paschales communicavit sub utraque specie omnes confitentes, ad 500 uno die.

Nec tamen hoc praetereundum est. Paulo ante dies festos, hoc est die Veneris ante pascha, qui erat 28. Martii, vocatus est Martinus a duobus pedariis capituli maioris ad porticum summi templi. Ubi cum compareret Martinus, ecce praesentes erant ibi Gisebertus Buddaeus, praepositus summus Osnaburgensis, Jodocus de Castro, canonicus maioris ecclesiae Osnaburgensis et Paderbornensis, et Rosserus Westerem, canonicus ibidem, qui tres iterum ei proposuerunt, ne ille pergeret communicare populum sub utraque specie et nova illa cantandi et concionandi (videlicet catechismum) exercitia instituere et retinere. Deinde quaerunt ab illo huius rei causam et quo autore id faciat, imo cur etiam eos damnet, qui iam sint mortui et communicarint uni speciei et dicat illos daemonem rapere, qui unam sumant speciem. Se quoque mirari aiunt, cur haec faciat, cum se adeo cum suo fratre astrinxerit catholicae ecclesiae, id est pontificiae. Etsi vero statim modeste *W 1319.* Martinus Hoitbantus eis ad singula respondit in hanc sententiam, quia consideret doctrinam esse suam approbatam et eam sine exercitiis et ceremoniis constare non posse, ideo se doctrinam absque ceremoniis proponere nequire. Usum vero eucharistiae sub utraque specie adeo in scripturis commendari, ut bona conscientia aliter non possit, nisi velit mala conscientia ruere in

a) *B und W:* ibi.

exitium. „Nunquam certe damnavi eos," pergit dicere[a]), „qui usi fuerunt una specie aut adhuc ignoranter utuntur, nisi et meipsum plane damnarem, qui pluribus ita porrexi eucharistiam, sed ignoranter. Christus inquit: ‚Si non venissem et haec eis locutus fuissem, non haberent peccatum.' Ita ignoranter cum Paulo peccantes facile recipiuntur. Nec quoque scio me ulla propria obligatione obstrictum fecisse ecclesiae veteris religionis, ut vocatur. Audeo autem provocare ad omnes huius ditionis ordines et totum Romanum imperium me referre, ut coram illis de mea doctrina rationem reddam." His adiecit propositiones a me Hamelmanno conscriptas[1]), in quibus tota de sacramento altaris doctrina, prout illa in nostris ecclesiis sonat, brevissime erat comprehensa, et adiectae causae et rationes, cur id faciendum et non aliter esset.

Cum quoque interea nobis scriberetur et nunciaretur huc Lemgoviam de Martini Hoitbanti parentibus, quod admodum essent timidi et solliciti pro filio et optarent, ut omnia moderatius ageret filius in gratiam praesulis et dumherorum (quamquam postea ita animati[b]) fuerint, ut alacriter filium confirmaverint), scripsimus nos, Themhardus Nagelius[2]), collega meus, Henricus Bovius[3]) et ego Hamelmannus consolatorias literas ad ipsum, ut, quomodo ille confortaretur et simul patrem et matrem confirmaret, haberet. Quid ego *fehlt W.* scripserim, subiciam.

Constanti militi Christi et fidelissimo evangelistae in urbe Paderbornensi Martino Hoitbanto, suo in Christo fratri dilecto.

Gratulor ecclesiae Christi in urbe Paderborno et omnibus ibidem piis de tuo ministerio, vir venerande et pie, agoque per filium eius[c]) Deo gratias, quod te excitaverit et suo spiritu roboraverit, ut tu nunc contra tot hostes et pharisaeos te munias et fideliter evangelium doceas, oroque Christum filium Dei ardenti voto, ut te confirmet in pio proposito et hostes reprimat. Audio

a) *B und W:* scribere. *Doch scheint es, wie aus dem letzten Satze dieses Abschnittes hervorgeht, daß im Texte etwas fehlt und Hamelmann auch von einem Schreiben Hoitbandts berichten will.*

b) *B:* armati. c) *B:* eis.

1) *Gemeint seine Promotionsthesen (1558), mitgeteilt unten unter Bielefeld.*

2) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 245.* 3) *Ebenda S. 218.*

tuos parentes et cognatos admodum tuo nomine esse timidos et adhuc in religione nutantes. Hos tu quotidie consolaberis et confirmabis spiritu lenitatis, ut exemplo Mariae intuentis Christum innocenter cruci affixum, item matris Augustini Monicae, quae multis effecit precibus, ut filius ex Manichaeismo[a]) ad veram religionem perveniret, confirmentur, deinde matris Timothei Eunicae et aviae Loidis deindeque istius Machabeae mulierculae ad constantiam filios septem hortantis, item Nonnae, matris Nazianzeni, quae ad sincerum munus docendi filium est hortata. Sic et de viris multa exempla proferri possent, qualis fuit pater Origenis. Merito gauderet mater, quod te talem virum produxisset, pater simul cum matre, veluti Elizabet gavisa est cum Zacharia, quod prophetam et praecursorem[b]) Domini Johannem peperisset. Ita, inquam, quoque gauderet tua quoque mater, ne opus ipsi esset dicere se aliquod monstrum et Epicuraeum quendam produxisse, quod dixit mater Neronis ad famulum, quem ad perditionem matris miserat Nero: „Feri et percute hunc uterum, qui istud monstrum gestavit et produxit." Et si forte contingeret, ut te mori viderent propter Christum, anne cum apostolis debebant exsultare et filio Dei gratias agere, quod digni habiti essent, aliquid propter Christum in filio suo pati (quamquam securitatem Augustanae confessionis addictis concesserit imperium)? Annon vidit in magna patientia a suo famulo Phoca cruciari uxorem et liberos Caesar Mauritius, qui deinde ipse colla dedit et subiecit gladio percutientis? Decet illos commendare Domino viam suam et ei subditos esse, ut psal. 37. habet, quoniam pretiosa est mors sanctorum in conspectu eius. Talis fuit prophetarum et apostolorum martyrium et multorum episcoporum, imo Christi exitus: „Beati cum vos persecuti fuerint." Haec et alia tu, mi frater, debes cum tuis parentibus considerare, quibus omnibus potest accedere exemplum parentum D. Lutheri, qui tentante tam arduas et novas res filio Martino admodum erant attoniti, sed Domino rem praeter eorum et omnium spem promovente coeperunt animum colligere. Idem et mihi aliquando accidit cum meo patre. Si vero tui pergerent adhortari parentes te et conarentur abstrahere a pio et sancto proposito, cogita, obsecro, quid Christus dicat in rebus Dei

a) *B:* Manechismo. b) *B:* praecussorem.

ad suam matrem: „Mulier, quid mihi rei tecum est?", item: „Quid est, quod me quaesivistis? Nonne oportuit me esse in officio mei patris?", item: „Qui magis diligit patrem et matrem supra me, non est me dignus." Et cum quidam diceret: „Permitte, ut vadam et sepeliam patrem meum," dixit: „Sine mortuos sepelire mortuos et tu sequere me." Deinde ipsi apostoli docuerunt Deo magis esse oboediendum quam hominibus. Haec et similia ut in timore Domini expendas, reverenter te et per salutem oro. Confortare in Domino et fortis esto in Christo, qui nos confortat. Intuere constantiam Polycarpi, Ignatii et multorum aliorum, qui constantissime et in mediis cruciatibus constantiam et animi alacritatem exhibuerunt. Serva integritatem doctrinae ex traditione Lutheri, quae est in confessione Augustana eiusque apologia et Smalcaldicis articulis comprehensa. Dic, si omnino sinistre de te sentirent pater et mater: „Oboedio quidem vobis, sed usque ad aram." Haec ex tempore scripsi, sed ex amore tui et ad confirmationem ecclesiae et piorum. Te autem oro, ut illa[a]) pio et bono animo suscipere velis et fortiter invito diabolo, hostibus et etiam reluctantibus tuis pergere. Is, qui in te incepit hoc, quod illo ducente exorsus es, ad optatum finem perducet, ut quotidie iuxta Pauli prophetiam destruatur magis magisque ille antichristus filius perditionis eiusque ita nomen cognoscatur et iam iam in Christo filio celebretur pater aeternus. Ego in omnibus piis rebus tibi polliceor meam operam, preces, consilia et auxilia, quantum in me est. Haec scripsi ad te mihi ignotum de consilio viri ornatissimi Francisci Lucken, cum quo bene vale. Mitto tibi scripta aliquot, unde rationes desumere et argumenta testimoniaque veterum patrum, cur utramque speciem porrigas laicis, poteris. Sed etiam papa in concilio Tridentino permisit omnibus eam petentibus. Et hoc, ut addam, Basilius aliquoties gloriatur de suo pio patre Basilio et matre pia Eumele, qui ad pietatem veram veramque doctrinam inde a puero assuefecerint eum, et imprimis gloriatur de sua pia nutrice Macrina, quae ei saepe Gregorii Neocaesariensis verba pia inculcaverit. Haec tu tuis proponito. Tantum abest, ut tui te a pio proposito his auditis debeant amovere.

Adieci autem ad epistolae finem historiam sacram ex quinque

a) *B:* illo.

historiis ecclesiasticis Ruffini, Theodoreti, Socratis, Sozomeni et Nicephori, quam non huc repeto, cum antea sit in hac historia recitata, praesertim de muliere in urbe Mesopotamiae Edessa cupiente cum suo infante pro Christo mori.

W 1349 Zeile 27. Die Veneris post pascha, qui erat 4. Aprilis, vocatur ad officialem Martinus Hoitbantus, et is ei proponit literas principis Remberti, quamquam earum ei copiam denegaret, quibus iubetur Hoitbantus suam deserere functionem, egredi urbem et ditionem Paderbornensem sine ulla mora. Respondit, ut aliquoties antea, se esse pastorem ibi legitimum et non aliter facere, quam quod sit pii pastoris, ideo nec posse nec velle tam subito deserere oves.

Haec [a]) sexto Aprilis, in dominica Quasimodogeniti, post concionem proponit parochianis, qui haec per quosdam delectos indicarunt senatui 8. Aprilis addentes hanc querimoniam: Senatum nuper dixisse pastori Martino concedi conciones et cantiones, nunc *W 1350.* vero ipsum violento mandato abdicare pastoratum et eici, cum tamen se [b]) referat ad audientiam et ad legitimam cognitionem coram totius ditionis proceribus ad ius ac iudicia quorumlibet, et ipsi etiam senatui constare eum pure et integre docuisse. Quare adhuc insuper per Christum et eos supplices instare et precari humillime, ut curare dignetur senatus, ne talis viri ministerio priventur. Sese corpora, bona et omnia, quae habeant, libenter submittere episcopo et senatui, tantum ut conscientiae causam liberam retineant. Hoc enim fieri, si eis usus ministerii Hoitbanti concedatur. Cum vero ei praeter eius aequissimam appellationem et provocationem ad iudicia et ius et aequitatem adhuc mandata imponerentur, ut se hinc reciperet, adhuc ipsos orare senatum, ut hoc curent, ne ei quicquam detrimenti accidat, et ut a vi violentiaque adversariorum ipsum tueri dignentur. Si minus, ipsos, etsi invitos cogi [c]), de qua re iam velint protestari, defensionem suscipere pastoris, ne ei vis fiat.

Hic iterum oravit senatus, ut persuaderent Martino, ut dignaretur ad dies 14 quiescere et exercitia ministerii intermittere ob multas causas. Haec cum referrent ad pastorem Martinum, dixit se conscientiae, vocationis et officii causa intermittere non posse functionem suam. Ideo pergebat et perstabat in suo propo-

a) *W:* Hoc. b) *W:* haec. c) *W:* inviti rogantur.

sito, donec 19. Aprilis vocaretur a senatu in curiam, ad quam cum veniret, proposuit ei senatus has a praesule Remberto missas literas.

Rembert von Gottes gnaden Bischoff zu Paderborn.

Ersamen lieben getrewen, wir zweifeln nicht, ihr habt in gutt mittwissen, wes wir mitt euch des pastors halben zur Marckirchen reden lassen, auch was für beschluss derhalb zwisschen unsern Rehten und euch genohmen, und ob wir nun demselben zufolgen, und sonsten zuverhutung beschwerlicher weitleufftigkeit und gefahr, so hieraus entstehen mochte, obgemelten[a]) pastor durch unsern official guttlich ermanen, auch wie er von seinem furhaben nicht abstehen wollen, den kirchendienst und unser stadt Paderborn vorbieten lassen in dem Vertrawen, er wurde sich in andere wege geschickt oder unserm befehl wircklich nach gelebt[b]) haben, so befinden wir doch itzo, das er sollichem allen, auch seinen glaublichen Zusagen ungeachtet unser befehlich in den Windt geschlagen, und mitt seinen unleidlichen furhaben vortgefahren. Daraus wir dan anders nicht zuvernehmen, dann das er gegen unser ernstlich befehlich in unser stadt Paderborne emporung, aufrur und widerwertigkeitt ferner anzurichten furhaben. Als uns aber denselbigen zuzusehen nicht lenger geburen wolte, so ist hiemit unser ernstlicher befehlich, ir obgemelten pastor fur euch heischen, und alsbald den kirchendienst, so im unser [official] auch wegen des Archidiacons und Collators der Marckirchen vorauß verbotten, absagen, und von stund sich unser stadt Paderborn endlichen zu eussern befellen, und im fall er bey diesem unserm befehlich wie bey furigen sich verhalten wurde, so wollen wir euch uff den Receß unsers vurvattern Bisschoff und bey eiden und plichten, damit ir uns vermuge desselbigen und sunst verwandt, ermanet und erfurdert haben, uns denselbigen ungesemmet vermuge desselbigen Receß zuzustellen und zu liebern. Dessen thuen wir uns zu abwendung anderer Weiterung guttlich verlassen. Datum Newehauß am 18. Aprilis Anno 1567.

W 1351.

Den Ersamen unsern lieben getrewen Burgemeister und Rath unser stadt Paderborn.

a) *B:* obgehen. b) *B und W:* gesetzt.

Hic respondit Martinus ex scriptura se non teneri isto mandato et cum non velint illum dimittere sui parochiani, se non posse etiam discedere praetendens dictum Esaiae cap. 58. „Clama, exalta vocem tuam." Ideo etiam se non posse quiescere et tacere. Verum illi petierunt, ut supplicationem eius scriptam offerret, quod ille haud gravatim fecit. Scribit igitur inter alia et haec[a]).

Se nunquam quicquam explicite consiliariis promisisse, verum dixisse se propositurum suis auditoribus, ut qui cupiant uti sacramento, se recipiant et conferant ad praesulem, et ab illo veniam impetrent. Interim hoc ipsos nequaquam recepisse et hoc iam dudum officiali indicatum fuisse a se et simul omnes parochianos eo nomine iam antea supplicasse senatui. „Ideo nullius promissionis mihi conscius sum," inquit. „Si vero quicquam in ea re vel ex ignorantia vel praecipitantia commisissem, iam certe aliud dictaret conscientia mea, quae me ea in re ita captivum tenet, ut non possim aliter. Imo si ea in re et os et manus mea peccasset et quicquam contra Deum egisset, optarem illa membra etiam propterea puniri propter gloriam Jesu Christi, ne illa periclitaretur. Et quae potest esse obligatio aut promissio facta contra verbum Dei? Quod vero mandatis mihi ab officiali propositis non *W 1352.* paruerim, non est ex arrogantia aut protervia factum, sed de sententia scripturae et ratione officii, quia in externis omnibus ego et omnes pii debent oboedientiam magistratui, sed in causis Dei tribuendum Deo, quod Dei est. Si enim impiis velint obligare subditos mandatis potentes, semper illi debent magis Deo, quam hominibus oboedire. Tales, si quae Dei sunt, petunt et plus quam eis debeatur, igitur graviter peccant, ut notum est de multis, qui propterea etiam tandem poenam gravissimam sustinuerunt. Quod ad credentes pios attinet, illi non possunt impiis mandatis parere, ut exempla novi et veteris testamenti indicant Danielis 3. et 6. cap., item 2. Mach. 7. et exstant tam multa exempla Christi apostolorum, confessorum et martyrum in novo testamento et in historia ecclesiastica, ut non opus sit eorum quaedam referre. Hi omnes sese opposuerunt impiis magistratus mandatis et Deo, quae Dei erant, dedere atque propterea persecutiones, pericula, mortem,

a) *W:* hoc.

exilia, poenas et omnia sustinuere. Horum omnium exemplis et testimoniis fretus non possum in hac re praesuli oboedire, sed commendare Domino viam et pergere in meo proposito ratione officii et vocationis, cum me non dimittant mei, quia oportet magis me timere eum, qui animam et corpus perdere, quam eos, qui tantum corpus occidere possunt. Agerem tanquam improbus famulus erga Dominum meum Christum, agerem contra primum et secundum praeceptum, quae etiam in iure habentur in L. Servus ff. de actionibus et obligationibus [1], ubi inquit Zasius super illam legem: ‚Si Dominus honesta [a]) iubeat, recte oboedit famulus.' Ego non possum aliter quam illi famuli Christiani sub Iuliano, quorum ex sententia Ambrosii fit mentio in Decretis 11. [b]) qu. 3., cap. ‚Iulianus' [2]). Haec ad illa respondeo, quae de mea inoboedientia obiciuntur. Quod vero accuser tanquam seditiosus, falsum est. Semper enim, ut totus novit senatus, hortor meos auditores ad concordiam et legitimam oboedientiam praestandam magistratui. Ideo quoque hoc egi et agam, ut [c]) vita et doctrina, quae vere ad pacem et concordiam spectant, promoveam. Ideo iniuriose accusor in hac re. Privationem pastoratus et huius urbis, quae proponitur, suscipere nequeo, quia cum legitimam habeam possessionem per multos annos huius parochiae, mihi ab ordinario Friderico Twistio dumhero tunc collatam ad vitam meam, atque deinde in vita et doctrina nihil egerim, quod reprehendi possit, ideo nolo discedere nec possum, sed provoco ad aequos iudices et fruor totius imperii libertate omnibus concessa. Ideo per Christum, per misericordiam Dei et per omnes creaturas, imo per vos ipsos vos oro et simul episcopum, ne magis sint mihi molesti, ne quoque contristent miseros parochianos sitientes meam, quae vera [d]) et Christi est, doctrinam et usum sacramenti sub utraque specie. Doctrinam et cantionem, ut novistis, iam antea probarunt, quid igitur iam amplius desiderant?" *W 135a.*

Senatus quosdam 21. Aprilis in alia causa ad episcopum miserat [e]), apud quem aliqui ex capitulo cathedrali, ex nobilibus et oppidis congregati erant cum consiliariis. Ibi graviter repre-

a) *W:* honeste. b) *W:* II. c) *B und W:* et.
d) *W:* vere. e) *B und W:* miserunt.

[1]) L. 20 Dig. 44, 7. [2]) c. 94.

henduntur legati Paderbornensium, quasi non in effectum produxerint mandatum principis de pastore amovendo, et tandem monentur, nisi velint eius et omnium ordinum gratia excidere, ut tandem serio rem aggrediantur et perficiant, aut si id non fiat, an velint etiam tum aperire portas praesuli, ut, quando velit, captum abducere in arcem Neuenhus possit. Hic iterum excusarunt se et senatum legati et dixerunt, propter istud negotium non se esse vocatos, quia non possent quicquam citra totius senatus decretum de hac re respondere. Ideo rursum 22. Aprilis hae literae ab episcopo mittuntur iterum in urbem, ut sequitur.

Rembert von Gottes gnaden Bischoff zu Paderborn.

Ersamen lieben getrewen, Wir machen uns keinen zweifel, ihr sein durch eure beiden anhero abgesandten Burgemeister berichtet, was wir Inen neben den verordenten außschutz von dieses unsers Stiffts stenden von wegen des Pastors zur Marckirchen vermelden lassen, und weil wir dussen Dingen und dem muttwilligen ungehorsam des Pastors nicht zusehen konnen oder mugen, so wollen wir hiemitt nachmahls eure endtliche schrifftliche und unvorzugliche erklerung, ob ir auch Siegel und brieff zuhalten und was dem vormugen wircklich zu leisten gemeint seyn oder nicht, erfordert haben, des vorsehens, ir werden euch darauff ohn verzug zu erkleren und unsern vorigen bey eiden und vorwandtnuß aufferlachten befehlich als gehorsame unterthanen zugelieben wissen, und habens euch mitt erwartung wider beschriebene antwortt nicht bergen wollen. Geben Newenhauß am 22. Aprilis anno 1567.

Denn ersamen unser lieben getrewen Burgemeister und Raht in unser Stadt Paderborn.

W 135 f. 23. Aprilis colligitur senatus uterque cum tribunis, et ibi in curia praesto sunt parochiani et multi alii praestantes ex civibus et adhuc instant pro retinendo pastore atque rotunde aiunt se nec posse nec velle carere Martino. Hic quoque promittit senatus se eo ipso die missuros legatos ad episcopum, ut illi intercedant pro ipsis. Illi legati profecti ad vicinam arcem Neuenhus non reperiunt domi consiliarios. Igitur ad se vocato secretario episcopi [declarant], quomodo propter cives non possint exequi mandatum, et orant, ne quoque quicquam tentet violenter vel episcopus vel

alius propter periculum maius vitandum. Tertio, ne etiam episcopus vel consiliarii velint premere et gravare obligatione recessuum senatum. Scripsisse etiam gravissimam supplicationem ad senatum Martinum pastorem.

Mox 26. Aprilis cancellarius et alii convenientes alia de causa in monasterio Abdinckhave, ibi finita transactione multa sunt tractata de Martino Hoitbanto. Tandem suaserat cancellarius, ut ad tempus intermitteret ministerium, donec transactio fieret in illa causa, quae inter capitulum et Rembertum Paderbornensem versabatur, ad quam est, ait, certus dies deputatus, videlicet 12. Maii. Ibi enim posse compositionem inveniri tam in causa politica quam ecclesiastica. Esse aliquod indultum prae manibus, quod brevi a papa et cardinalibus et archiepiscopis concedi deberet omnibus. Ideo multi eo permoverunt Martinum pastorem, ut in dominica Cantate intermitteret concionem. Propter intermissam concionem conveniunt hora 12. parochiani et omnino concludunt urgendum et instandum apud senatum, ne deinceps intermittatur concio, si maxime usus et administratio eucharistiae ad tempus intermitteretur, et multis modis obtestantur, ut hoc efficiant apud principem, ne silentium imponatur pastori Martino. Imo orant ipsum, ut dignetur eorum zelum, salutem et tranquillitatem bonae conscientiae, imo ipsorum spiritualem sitim et esuriem expendere, et quam grave sit habere vulneratam conscientiam.

Illi iterum sunt revocati ad 6. Maii in curiam, et hoc tulerunt responsi. Misisse senatum legatos heri (5. Maii) ad consiliarios Henricum Coloniacum cancellarium et Philippum ab Horde praefectum aulae et diligenter eos executos petitionem parochianorum, sed nihil spei consecutos, cum illi exaggerent nomine episcopi praefractam insolentiam pastoris dicentis se nolle quicquam cedere in minimo. Ideo episcopum iure decreti imperialis anno 1555. conclusi ipsum Martinum velle privare parochia et iure suae ditionis, quia ille articulus sic habet, ut episcopi retineant suam catholicam religionem in suis ditionibus. Nunc vero, aiunt consiliarii, decreverunt etiam mulierculae excitatae ab hoc seductore, si alium ibi substituat episcopus, eum e suggestu turbare. Concludit igitur senatus se nihil amplius iam posse. Cum hoc intelligerent parochiani, redeunt 7. Maii in curiam, ubi erat senatus uterque cum tribunis collectus et se et

IF 1555.

suum pastorem excusant, diluunt calumniam, orant, ut provocantem ad ius Martinum defendere dignentur et considerare, quomodo olim Gerhardus Rodikenius utramque speciem in eucharistia multis petentibus clam porrexerit et multi pastores in diversis oppidis, municipiis et pagis per ditionem Paderbornensem hoc palam hactenus fecerint et cecinerint psalmos a Luthero versos, et interim illos ratione imperialis decreti non esse eiectos. Ideo adhuc orant et instant. Senatus suadet, ut adornent supplicationem ad consiliarios et proceres ditionis, qui essent 12. Maii conventuri. Quod factum est, quamquam 10. Maii Paderbornensis senatus iussu domini praesulis mandaret Martino, ut desereret parochiam et functionem suam. In supplicatione ad proceres refertur, quid tempore pestis et deinde quam fideliter egerit semper Martinus. Conqueruntur etiam de coniugum et liberorum tristitia, turbata conscientia et quantum sit luctum allatura discessio Martini. Ideo per Christum et vulnera eius orant instantque, quo possint retinere suum pastorem. Id enim posse illos proceres facile efficere apud praesulem. „Cogitate," inquiunt [a]), „quomodo non cuperemus dicere cum illis Lucae 19. ‚Nolumus hunc (Christum) regnare super nos,' ne etiam peccaremus in spiritum sanctum. Obsecramus, ut dignemini pro nobis intercedere, ne illius privemur ministerio." Cancellarius responderat, cum proceribus exhiberetur, praesuli deinceps offerendam supplicationem esse. Senatus vero iterum inhibet functionem et pastoratum Martino Hoitbanto per certos ministros 15. Maii. Episcopus vero 16. Maii sic scribit ad senatum:

Rembert von Gottes Gnaden Bischoff zu Paderborn.

Ersamen lieben getrewen, Wir wollen euch nicht vorhalten, *W 1356.* das wir am nechsten vorlauffenen mittwochen abend durch unsere rethe und verordenten von unser Ritterschafft und Stedten nach der lenge, was unsere inwonner zu Paderborn, sonderlich der pfhar zur Marckirchen, auch irer Burgemeister und Rath an inen gesucht, bitten und werben lassen neben verlesung ubergereichter Supplication berichtet worden und wollen euch darauff in antwort nicht vorhalten, das wir uns einer solchen werbung und bitt aller

a) *B und W:* inquit.

zugedaner vorwandtnuß nicht zu euch allen im wenigsten nicht vorsehen, wissen auch nicht, aus was grunde und redlichem vorstande ein sollchs von euch bey unß oder den unsern dorfft gesucht werden, das wir dahin stellen. Als wir uns aber hiebefur in dieser sachen endlich gegen die eure erklert, so wissen wir von solcher erklerung noch nicht abzustehen, wollen uns auch gentzlich vorsehen, Ir werden eure vorwandnuß bedencken und als gehorsame unterthanen uns zu keinem vorlauff ursach geben lassen. Neben dem wisset ihr, das das pfingstfest furhanden und ein ander pastor, so den kirchendienst zur Marckirchen vorwalten mochte, zu vorordenen nottig und wir dennoch bißherzu auf unserer gesinnen, ob man auch unbefartt eurer burger und menniglichs einen andern zu solchen Dienst gestatten mochte, keinen endlichen bescheidt bekommen, so wollen darauff hiemitt nochmahs endliche und deudtliche erklerung zum ersten gesunnen und gefurdert haben, uns dadurch zu richten. Geben Newenhauß am 16. Maii Anno 1567.

Den ersamen unsern lieben getrewen burgemeister
und rath unser stadt Paderborn.

Iam cum intelligerent mutationem in inferiori Germania esse factam pontificii et sacrificuli, fiebant insolentiores et arrogantes. Ideo Paderbornae miram insolentiam exercebant, ut in multis locis videre licuit, veluti haec acta demonstrant.

Respondet senatus in scriptis principi se aliud responsum ab illo exspectasse aliudque promisisse ipsis consiliarios, de quorum fide non dubitassent, nisi re ipsa non comperirent, quam frustraneae essent illorum promissiones. Censet quoque ipsum merito flecti debuisse tot et tam multis intercessionibus et petitionibus et nunc se (senatum) non sine dolore propter cives haec filio Dei et deinde suae, haec est, episcopi, ut qui pro eis debeat respondere ut verus pastor, conscientiae committere. „Nec interea," scribunt, „singulis indicabimus civibus, ne quis in eum, qui mitti debeat concionator, vim verbis vel factis exerceat." Adhuc adiiciunt petitionem, ut dignetur cum consiliariis considerare vota et habere rationem suorum subditorum. Haec et alia quaeque proponit Martino senatus et orat, ut velit per quatuor septimanas *W 1357.*

quiescere et intermittere exercitia ecclesiastica. Hac ratione posse ipsos commodius in ea causa agere.

Ita mittitur cum diplomate episcopali sacellanus praesulis ad senatum et urbem, ut per festos dies pentecostes concionaretur et missificaret in templo Marckirchiano. Hunc excepit honeste Martinus Hoitbantus dicens: „Domine, tibi quidem permitto conciones, sed interim protestor coram te me esse verum pastorem, oro etiam, ut digneris duos infirmos iamiam agonizantes communicare et me, qui nihil, quod sciam, male egi, coram episcopo excusare", quod etiam honeste [a]) quidem ab illo petivere cives. Sed is mox discessit ex urbe dicens se non missum, ut quosdam communicaret. Illo profugo incepit iterum tractare et expedire ministerium die Lunae et Martis in pentecostes festo Martinus concionando et canendo. Sed evocatus in curiam acriter reprehenditur et ei proponuntur minacia episcopi scripta eaque prolixa, quibus insectatur Martinum et senatum infidelitatis et inoboedientiae accusans: „Jam vero praeter vestram promissionem, contra iuramentum, quo nobis ad recessus priores obstricti," scribit praesul, imo cancellarius, sub nomine praesulis, decrepiti senis et pene omnium rerum ignari nonagenarii „et turbastis missum concionatorem nostrum sacellanum, et is simul est ignominiose tractatus ab illo seditioso Martino." „Als [b]) wir dan uns", sic pergit, „nu dieses, so wol des gewesenen pastors, als eur burger mutwilligen furhabens und Rotterungen befrembden, auch nicht anders dan ein hohes mißgefallen tragen konnen, so haben wir nicht unterlassen wollen, zum uberfluß euch eurer Eide, pflichte, vorwandnuß, aufgerichte vorsiegelte, betheurte Recessen, auch aller ergangener schrifftlich und mundlicher handelung, sonderlich aber furgerurter zwier ercleruug, nemlich weil der pastor nicht einhemisch, das [er] derhalb eur befehlich (den ir [?] sonst zu folgen gemeint) nit geleben mugen, in dem, das der jenige, so wir zu den kirchdienst verordent, von den eurn verlastert geliessen [?], zuerinnern und darauff zum ernstlichen erfordert haben, schrifftlichen und mundtlichen erclerung gemeiß erzeigen und wes euch dieselben aufferlegen und wir euch sunst oberekeitt halben befohlen, endlich volnziehen und uns eurs endlichen zuvor-

a) *B und W:* moleste.

b) *Die folgende Stelle steht so in B, ist aber wohl nicht in Ordnung.*

lessigen gemutts zum ersten gutte gewisse antwortt zukommen lassen. Solte aber dasselbige nicht geschehen und wir zu vorhalunge unser Reputation, Hoheit und schuldigen gehorsams zu abschaffung solches eigen muttwillens andere wege (das wir, so *W 1358.* Gott weiß, sonst ungern theten) an die hand nemen musten und wurden, des werdet ihr uns nicht vordencken und habens euch mitt erwartung endlicher schrifftlicher Antwortt nicht bergen wollen

Datum Newenhauß den 18. Maii Anno 67."

Has literas praelegerunt Martino praetendentes periculum et mala ipsis imminentia consules cum senatu. Martinus oretenus, deinde scripto se excusat, quod nec ille nec ulli etiam cives molesti fuerint sacellano episcopi, in qua re refert se ad testes et istius conscientiam. Postea etiam egregie respondent senatores episcopo per epistolam ita: Non potuisse se ex sententia doctorum et decreto imperii anno 1555. statuto in hominem Augustanae confessionis (quae diu post illos recessus Hermanni episcopi statutos est iam probata cum membris adhaerentibus) manus inicere ratione illius libertatis omnibus concessae nec quoque ipsis hactenus ab eo permissum esse, in hominem ecclesiasticum exercere dominium. Si iam velit hoc ipsis in omnes ecclesiasticas personas concedere, id[a]) quidem non sine periculo[b]), id quidem nunc etiam velle facere. Nec certe aliter posse fieri, nisi debeant agere contra decretum imperii. Excusant quoque suos, quod nihil violentum sit contra sacellanum episcopi actum nec quoque tentandi causa ipsi de visendis infirmis dictum esse scribunt, „quia eo ipso die alter est mortuus", aiunt, „qui sine ceremoniis, ut mortuus est, ita etiam sepultus est. Et sunt adhuc multi infirmi et graviter decumbentes, qui magno gemitu et desiderio expetunt usum sacramenti integri ab ipso Martino. Oramus igitur tuam celsitudinem", scribunt, „per Deum vivum et eius misericordiam et tuam ipsius conscientiam et officium, ut digneris tamquam ordinatus episcopus habere illorum et tam multorum agonizantium rationem; hoc enim est officium veri episcopi, ut ita miserae conscientiae possint consolationem accipere, qua in re laudem Vestra Celsitudo coram

a) *W:* et. b) *Die Stelle ist wohl von B nicht ganz richtig abgeschrieben. Vielleicht soll es heißen:* et quidem sine periculo.

Deo et hominibus merebitur et illorum precationes pro vobis excitabit. Atque haec etiam a consiliariis tuis petimus. Aut profecto, si id non concedatur nostris, sine dubio illi tecum excitabunt omnium istorum gemitus, lamentationes et singultus contra sese." Postremo addunt nihil unquam adhuc seditiosum a suis tentatum esse. Haec ita scripserunt ad praesulem.

W 1559. Postea accipiunt 22. Maii literas a consiliariis, quibus mandatur, ut velint praesto adesse sequenti die ad arcem Neuenhausen. Legati sunt ad hanc rem deputati, qui 23. Maii veniunt ad arcem. Ibi exorsus omnium harum autor rerum cancellarius eandem cantilenam canit „nunc demum", aiens, „cognovit praesul vos esse patronos istius seditiosi pastoris. Deinde vos pro vobis citare videmus decretorum imperii acta, cum nullibi exstet, quod inferior magistratus potestatem habeat novam religionem suscipiendi, et deinde quoque simpliciter excipiuntur episcopi, ne religionem veterem mutent. Cum autem nec de privatis nec communibus personis agatur in decretis imperii et interim senatus conetur doctrinam confessionis Augustanae introducere, nihil aliud agit, quam ut contra recessus priores, quos probarunt sub Erico et Hermanno episcopis, agant. Cum vero promiserint se non aliam religionem suscepturos cives urbis, nisi quae per septingentos annos Paderbornae mansit, ideo imperii decretis se non possunt tueri." Itaque adhuc illos ratione iuramenti sui et recessuum imperare senatui, ut eiciant Martinum aut eum ipis captivum tradant. Id vero nisi fieret, episcopum aliquid gravius conclusurum contra Paderbornenses. „Quare nos consiliarii", ait cancellarius, „hortamur vos, ut oboedientiam praestetis episcopo et cogitetis, quae pacis sunt, ne quoque contra vestrum agatis iuramentum, postquam non sitis absoluti ab illa obligatione ad recessus." Velle autem, addit, praesulem in illam parochiam concionatorem alium mittere. Ideo mandare, ut eius patrocinium contra importunitatem seditiosorum suscipiant, ne cum illo ut cum suo sacellano agatur. Haec ille. Mirantur in responsione Paderbornenses legati, cur ipsis periurium obiciatur, cum nullius sint conscii nec quoque ullam aliam religionem introduxerint. Quod vero doctrinam Augustanae confessionis propagasset Martinus, in culpa senatum non esse, postquam sciant illum non a

senatu, sed per dunheros donatum pastoratu nec quoque Martinum esse subiectum iurisdictioni senatus. Postea explicarunt consiliarii, videlicet cancellarius et praefectus aulae Philippus de Horde, principem nihil amplius neque scriptis neque verbis velle mandare ipsis, sed omnia tempori et loco reservaturum. Legati provocant ad ius et sic discesserunt.

Haec iterum 24. Maii Martino proposita per senatum in curia sunt et iterum mandatur, ut sub nomine principis, ne amplius proponat officium pastoris sibi usurpare. Is dixit: „Nec spero vel senatum eo impietatis delabi, ut velit mihi aliquid iniquum imponere vel etiam posse mihi imponere imperareque." Respondit senatus nec se quoque quicquam vel imperii vel violentiae in ipsum exercere vel exerciturum esse. Tantum hoc fieri iussu et nomine praesulis. „Ergo non," ait Martinus, „vultis me provocantem ad ius a violentia arcere?" „Si quid," aiunt ipsi, „habueris controvertendum cum principe, hoc tu ventilare poteris." Mox senatus singulis civibus indicari iubet, ne quis verbis vel factis ullam petulantiam exerceat in eum pastorem vel concionatorem, quem missurus sit praesul, cui mox literas mittunt senatores et iterum orant, ut cum provocet ad ius pastor Martinus nec dum sit convictus falsi erroris, vitandi iniqui praeiudicii causa dignetur clementer in ea causa agere, praesertim cum alibi eadem per ditiones feratur doctrina et exercitium. Interim in die Trinitatis pergit Martinus concionari et exercere suum officium in communione utriusque speciei.

W 1360.

In vigilia corporis Christi, qui erat 28. Maii, evocant Martinum quidam deputati senatus utriusque et proponunt, quomodo milites et equites contra Paderbornenses cives vel conducturus sit princeps vel ex ditione evocaturus, nisi ille desistat coeptis. Ideo orant, ne dignetur huiusmodi malum in urbem sua accersere praesentia, sed potius in gratiam patriae discedere. Is respondit se provocare ad ius et cupere convinci falsae doctrinae et habere legitimam possessionem suae istius parochiae nec quoque istis recessibus, quorum mentionem fecerint, ipsum obligari. Non esse quoque pastoris, sed mercenarii deserere suas oves et tradere lupo. Ideo se non posse discedere exemplo Samuelis, 1. Samuelis 12.

Interim scribunt Philippus de Horde praefectus aulae et Henricus Coloniacus cancellarius ad senatum et iterum eum iuramenti et obligationis ad recessus ab ipsis factae graviter et impudenter admonuerunt, imo asserunt in literis indigne ferre praesulem, quod in dubium ponant, an sint recessus illi servandi, et propterea senatum iam consulere doctos, quatenus et in quantum sint servandi, quae omnia graviter offendunt praesulem, et eum haec ad media vobis non idonea urgebunt. Haec iterum Martino proponunt et eo ipso die officium pastoratus interdicunt. Is iam quod antea respondit.

In die vero corporis Christi, 29. Maii citant ad curiam circa *W 1361.* horam octavam, sed is conqueritur se iam occupatum ecclesiastico munere et nihil amplius posse respondere senatui, quam iam aliquoties factum sit. Postridie iterum citatur in curiam, et priora utrobique tractantur. Is vero recitat verba coenae et petit, an hanc formam aliquis queat reprehendere. Deinde se quoque pro sua persona, si illa adeo esset exosa praesuli, cedere posse, modo aliquis evangelicus concionator, qui idem quod ipse in doctrina et officio exercitiorum atque sacramentorum communione administret, substituatur. Nisi vero id fiat, se ait nec velle nec posse cedere, quocumque res cedant. Sed illi repetiverunt priora pericula et rationes. Et idem est etiam 31. Maii propositum a quibusdam civibus nomine et civium parochianorum et nomine pastoris Martini. Sed illi sunt duriter tractati atque excepti a senatu.

Ibi adiuncto sibi pastore Hornensi, Johanne Wilhelmo [a]) [1]) ipse Martinus recta abiit in curiam et procedens rogavit a senatu, an velint eum in suum patrocinium suscipere, veluti olim quendam Johannem Voslo defenderint contra praesulem. Interim adhuc

a) *B:* Wilmo.

[1]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 261, wo er* Johannes Wilhelmus Torrentinus *heißt, weil er aus Beckum stammte. Ich kann dazu jetzt nachtragen, daß er Rektor des Herforder Fraterhauses gewesen war. In dem Gedächtnisbuch des Hauses (Staatsarchiv Münster Msc. VII 3307) heißt es Bl. 31a:* „Post Theodericum Bredefort *(vgl. später unter Herford, W 1043)* vicem patris obtinuit D. Joannes Guilhelmi de Beckem anno 1551. et 1552., quo anno is ipse a fratribus defecit et factus concionator Dethmoldiae et deinde pastor Hornensis."

institit senatus apud Martinum, ut paululum intermitteret divina, ut interea ipse per quosdam recuperaret gratiam praesulis. Suscipit quidem illud cum protestatione, ut tamen rursus rediret ad suam ecclesiam. Postea senatus coram notario et testibus testatus est de Martini Hoitbanti pietate, vera doctrina, honesta vita et sacramentorum vero usu ab illo legitime administrato et addit se nihil habere reprehensione dignum in eo idque coram Deo et hominibus palam testari, imo voluisse neminem libentius retinere in ministerio, quam illum, si id tulisset praesul. Quare se tristes haec Domino Deo commendare et totum negotium praesuli committere, ut is de eo coram Deo rationem reddat. Ideoque mandatur ab eis notario, ut de huiusmodi testimonio unum vel plura instrumenta faciat.

Quinto Junii supplicationem adornavit Martinus ad proceres dictionis praecipuos tum collectos[a]) in Bodeken, imprimis ad nobilem dominum Johannem de Buren et Schonebergium Speigel ac reliquos ibidem collectos. Cum vero isti duo nobiles abessent, oblata est per duos cives consuli Warburgensis oppidi Herboldo Drosten supplicatio. Deputati susceperunt supplicationem, in qua orat per Christum et per extremam Dei misericordiam ipsos proceres, ut velint considerare, quomodo de testimonio senatus Paderbornensis ipse inculpate et vixerit et docuerit, veluti ipsi quoque *W 1362.* expendere et suasores esse praesuli, ne vel ille vel ipsi[b]) cum consiliariis innocentem damnent, ut simul cogitent et instent apud praesulem, ne iudicetur quisquam incognita causa ex consilio Nicodemi Johann. 7. „Et fuerunt in ea re gentiles," ait „iudices aequissimi Claudius, Lysias, Felix, Festus et Agrippa, qui nolebant Paulum damnare, nisi prius legitime cognita causa, ut in Actis cap. 21., 22., 23. et in sequentibus legitur. Ideo et vos proceres nolite ita inordinate procedere. Quid aliud est, cuius nomine accusor, nisi quod ex Christi mandato[c]) eucharistiam Christianis administraverim? Qui[d]) igitur me propterea damnat, damnat Christum, apostolos et verbum Dei et totam veterem ecclesiam. Itaque, obsecro vos, expendite, quam minime deceat sub nomine

a) *W:* per ditiones praecipuas tunc collectas. b) *W:* ne vel ipsi.
c) *W:* ego secundum Domini nostri Jesu Christi mandatum.
d) *B:* quid, *W:* quod.

quorundam imperii recessuum tam multas et infinitas animas perdere. Jam alia res est cum religione Augustanae confessionis, quam tunc erat, cum recessus isti conficerentur. Oportet nos utique Deo magis oboedire, quam hominibus, Actor. 5., et merito cedunt supremo concilio, in quo sententiam Matth. 17. de audiendo suo unico filio protulit aeternus pater, omnia alia concilia, statuta, decreta, recessus et obligationes. Si minus id fiat, erit aliquando Dominus ultor et iudex, cui commendo negotium."

Imo in eandem sententiam eo ipso die ad singulas personas procerum literas privatas separatim dat, ut ad Philippum ab Horde praefectum aulae, Fridericum Westphalum ditionalem satrapam, Johannem dominum et baronem de Buren, Schonebergium Speigel nobiles et consiliarios atque deinde ad urbium singularium praesules, consules et senatum, oratque vehementer, ut ipsorum intercessione possit suam testari in legitima cognitione innocentiam et cum nec vita nec doctrina sua apprehendi possit, etiam quiete frui officio pastoris et pastoratu, quem iam pacifice per multos annos possederit. Orat insuper illos, ut cogitent se quoque Christianos esse et aliquando coram Christo prodituros, ut igitur hunc velint honorem tribuere filio Dei et suo Domino et causae suae patrocinium suscipere. Item aliquot pii cives scripserunt prope eodem tenore illo ipso die ad ducem militum Georgium ab Holle, socerum Philippi ab Horde, ut is dignaretur apud generum et episcopum agere, quo possent frui vera doctrina et usu sacramentorum iuxta Augustanam confessionem. Similiter per id tem- *W 1363.* pus supplicavit Martinus uxori Philippi ab Horde, praefecti aulae et praecipuae autoritatis viri in aula, filiae Georgii ab Holle, et admonuit ipsam piae educationis, quomodo illa esset edocta ex catechismo verum usum sacramentorum, ut igitur cogitaret, quemadmodum ipsa non libenter vellet discedere a vera et semel ab incunabulis hausta doctrina atque usu sacramentorum, ita similiter gravissimum fore civibus eorumque uxoribus et liberis in urbe Paderborna, si deberent a iam semel suscepta doctrina et usu sacramentorum vero [a]) discedere. Itaque christianum et pium esse, si se deprecatricem per maritum apud episcopum constituat.

a) *W:* vere.

In omnibus literis fit protestatio, quod nulli sectae sit Martinus deditus, sed anabaptistas et sacramentarios damnet. Ita illa promiserat suam operam, sed omnia frustra.

Septimo Junii conclusum est a proceribus ditionis, qui tot preces, rationes, admonitiones et supplicationes negligebant et floccipendebant, imo hoc cancellario, homine impiissimo, agente (quo non est sceleratior persecutor evangelii in tota pene Europa; nam si posset, quia voluntati eius nihil deest, unico impetu omnes Lutheranos simul perderet. Episcopus nonagenarius quid faceret? Cancellarius vero induratus et impius omnia agit sub nomine episcopi) non ferendum esse Martinum, sed eiciendum ex urbe et privandum ministerio.

Ideo Paderbornenses legati eo ipso die retulerunt Martino. Is vero oravit eos, ne tam inique vellent citra causae cognitionem cum illo agere. Hoc enim si fieret, profecto gentiles fuisse ipsis aequiores ut Pilatum et alios. Suadent autem amici quidam (quod tamen nos[a]) concionatores Lemgoviensis urbis additis multis rationibus, cur id non tentaret, non enim negotium esse successurum Martino, dissuasimus), ut sese Spiram ad cameram imperialem conferret Martinus Hoitbantus. Is igitur ingressus est iter 9. Junii, ut mandatum de non perturbando sive molestando in sua possessione contra episcopum consequeretur.

Decimo quinto Junii missus est novus concionator Johannes Brakellensis, qui quoque antea Frislariae papismum tutatus fuerat et habuerat ibi adversarium, qui eum publicis scriptis reprehendit, M. Hieremiam Hombergium, in scripto de iustificatione[1]), ut ibi

a) *W:* vos.

[1]) De Iustificatione. Ein Christliche unnd nutzliche Betrachtung von dem Hochwichtigen Artickel unsers Christlichen Glaubens . . . widerholet und beschriben Durch M. Jeremiam Homberg von Fridslar, dieser zeit Rectorn der Evangelischen Schulen zu Franckfurt am Mayn . . . Getruckt zu Franckfurt am Mayn, durch Johannem Wolffium, Im Jar M. D. LXV. <*Frankfurt StB, Bremen StB*>, *Vorrede Bl. 7*^{b}*–9*^{a}*:* „Es erhub sich aber ein ander, mit namen Er Johan von Brakel, ein sehr auffrichtiger Papist, der mit einem schein eines strengen heyligen lebens von vilen gantz gerecht und fromm gehalten wird, welcher auch Doctorn Georgen *(gemeint der vorher genannte Georg Becker, ebenfalls „papistischer Prediger“ in Fritzlar)* ein halben Lutheraner und Ketzer offentlich nennen dorffte, daß er ja ein ernster auffrichtiger ver-

in templo de Marckirche[a]) concionaretur. Sed adveniens reperit templum clausum nec inveniri potuit custos, ut fores aperirentur. Ita intermissa est adhuc eo die concio. Propterea citatur custos ad principem, sed custos provocavit ad ordinarium magistratum in urbe Paderborna.

W 1361.

Redit iterum 22. Junii concionator ille Johannes Brackellensis comitatus praesulis aliquot consiliariis, qui curarunt per fabrum reserari valvas. Ibi per quendam Conradum sacrificulum sequentibus senatus ministris investituram et possessionem templi accipit. Postea incipit concionari et explicare evangelium Matth. 5.

a) *W:* Marckkirchiano.

thädinger der Bäptischen Religion sein möchte. Diser sucht in allen seinen predigten occasiones, wie er jmmer kan, daß er die Lutherische lehre (wie ers nennet) verdamme sampt allen, die jr anhängig sein, der Papisten aber heißt er ein heyligen Christlichen catholischen Glauben, vermanet jederman, daß er dazu sich begeben und dabei bleiben wölle. Er ist aber ein sonderlicher feind des Articuls, da wir mit S. Paulo lehren, allein durch den Glauben werden wir gerecht ohn die wercke des gesetzes, das ist, allein durch Gottes genade umb Christi willen, entpfahen wir vergebung der Sünden unnd das ewige leben, nicht umb unserer guten wercke willen. Dise allerheyligste lehr muß jhm inn allen Predigten herhalten, da brüllet, donnert und blixet er jmmer wider mit seinem verdammen, schänden und lästern. Anno M. D. lxiij. im Maymonad horte ich ungefährlich seine Predig zu Fridslar in der Newstadter Kirchen über den spruch Pauli Gal. VI. „Wer auff das fleisch säet, der wird von dem fleysch das verderben ärndten“ etc. Da er sich nuh lange unnd jämmerlich gemartert hatte, wie er dort denselben spruch Pauli köndt wider unsere lehre von des Glaubens Rechtfertigung deuten, und jhm aber nicht fortgehen noch bestehen wolte, fing er endtlich an zu zörnen und unsere lehre zu verfluchen unnd sagt auch unter andern also: „Ich wil meinen halß verloren haben, wenn mir einer auch eyn eynigen Spruch auß dem newen oder alten Testament auffbringen kann, der da bezeuge, daß uns allein der Glaube für Gott gerecht mache.“ Über solcher lästerlichen rede entsatzte ich mich und gieng zur Kirchen hinauß, da schrie er mir mit zornigen worten nach, und gab selbs zu tage, daß er umb meiner willen die warheyt Gottes gelästert hatte. Nach der Predigte sprach ich jhn inn sonderheyt an, begert mit jhm über dem Artickel der Rechtfertigung für Gott gespräch zuhalten, verhieß, ich wolt jm durch Gottes hülff nicht einen allein, sondern gar vil sprüche, beyde auß dem newen unnd alten Testament des Worts Gottes herfür bringen, welche bezeugeten, daß nichts anders, denn allein der glaube an Christum, ohn verdienst unser wercke, uns für Gott gerecht und selig machte. Aber er weiß mich mit der hand von sich und sprach: „Tu non es catholicus, tu es recisum membrum, tu es haereticus, tecum non est disputandum“ etc.“

„Estote misericordes, sicut et pater vester est,“ in magna auditorum copia Brackellius ille Johannes. Sed mox pueri aliqui et quidam artificum iuniores ministri coeperunt ante templum aliquot psalmos Germanicos canere „Ach Gott vom himel sich darein“ etc. Minister publicus venit et turbavit eorum cantiones. Illi paululum secedentes regresso ministro iterum colliguntur et pergunt canere „Allein Gott in der hohe sey eher“ etc. Secundo redit minister et acerrimis minis increpat pueros canentes, sed cum illi paululum aufugissent, rursum post regressum ministri incipiunt clarissima et altissima voce canere „Erhalt uns herr bey deinem Wortt Und steur des Bapsts und Turcken Mord“ etc. Inde oritur murmur in templo et risus. Ideo mox discedit et bene vexatus egreditur templum pontificius concionator. Ibi cito senatus praesto est et conatur reprimere populum murmurantem et interrumpentem conciones papistae illius. Quidam pueri intercepti ducuntur coram senatu et graviter increpantur primo, deinde blanditiis, minis et acerbioribus verbis urgentur, ut fateantur, cuius autoritate id fecerint et qui fuerint in cantilenis illis decantandis socii. Responderunt pueri nec a quoquam hoc ipsis mandatum nec noscere se socios, verum ex proprio zelo, prout edocti erant ex libris psalmorum, cecinisse nec putare huiusmodi cantilenas esse impias.

Reversus Martinus Spira nihil impetravit. Interim in die Johannis Baptistae, qui erat 24. Junii, coepit iterum concionari Martinus. Is iterum 4. Julii regressus est Spiram, sed frustra. Cum vero 21. Julii collecti erant proceres totius ditionis, iterum concluditur de amovendo Martino, quod etiam iniungitur legatis Paderbornensibus, ut aut eiciant aut captum tradant episcopo. Cum Martinus 22. Julii decreverat baptizare aliquot pueros, rogatur a senatu, ut intermittat institutum, ne illi magis molestentur.

Cum vero iterum 23. Augusti redirent ex aula literae ad senatum, ut vel eicerent vel caperent vel captum traderent praesuli, citatur Martinus et ei haec proponuntur, sed is in scriptis *W 1365.* respondet sequenti die et petit ab illis defensionem ratione officii in ea causa et provocatione sua. Nam et securos et verbi Dei contemptores plerumque poenam Dei incurrere ait, quod exemplis e scriptura prolatis demonstrat et probat, quod contra verum offi-

cium iudicis hoc pacto agant adductis testimoniis prolatis (Gen. 11.[a]), Exod. 3., 23., Deut. 13., 17., 19., Jos. 7. et 22., Prov. 18., et postea addita precatione adhuc orat, ut cogitent, quanti referat et intersit ipsorum saluti retinere purum verbum.

Interim tres sunt legati a senatu ad ipsum ablegati, qui videbantur ei imprimis favere, Johannes Brinckmannus consul, Henricus Eilbrachtus, Theodorus Boithius senatores, ut indicarent Martino, quomodo suo nomine plane excidissent gratia praesulis, et summum propter ipsum imminere civitati periculum. Orare igitur ipsum amanter, ut velit se ad alias regiones et locos recipere. Respondit Martinus: „Vix credo vos sumpturos urbis ius in me, cum officialis sibi id in me iuris reputet. Ideo coram ipso refero me ad audientiam legitimam et oro, ne me turbetis et sitis molesti in[b]) legitima mea possessione.“ Petit ita adhuc illorum patrocinium contra violentiam.

Ad primum Septembris[c]) conveniunt deputati urbium ditionis Paderbornensis evocati. His quoque scripsit epistolam, qua ipsos graviter monet sui officii, ut cogitent ipsum tot aerumnas pati propter veritatem, quod eucharistiam sub utraque specie et Christi mandato porrigat. „Quod vero non possum tacere, urget,“ inquit, „me mea conscientia et verbum Dei Rom. 10., Matth. 10., Marc. 8., Luc. 12. ‚Qui me confitetur coram hominibus‘ etc., item 2. Thimoth. 2. ‚Si ipsum negemus, negabimur et repudiabimur ab illo,‘ itam Johannis 12. ‚Multi leguntur credentes fuisse, sed quia verebantur sibi adimi dignitates, non hoc palam confitebantur pluris facientes gloriam hominum, quam gloriam Dei.‘ Itaque cogitate vos, quid bona conscientia faciatis et facere debeatis coram Deo, ne in gratiam hominum abnegetis eum, qui vos damnare potest, cum alias confitentibus et credentibus in ipsum offerat salutem. Oportet potius bona, agros, parentes, uxorem et liberos omniaque deserere propter Christum, quam ab eius verbo discedere.“

Has literas cum accepissent, venit ad patrem Martini consul oppidi Warburgici Bermannus aiens neminem ex eis esse, qui *W 136b.* sinistre vel de vita vel de doctrina sui filii indicet, sed nihil nunc

---

a) *W:* 12. b) *fehlt W.*

c) *B und W:* Decembris *(wohl Schreibfehler).*

aliud posse fieri propter praesulem immotum permanentem in sua sententia. Ideo ipsos omnium procerum nomine orare, ut parens pro sua senili sapientia ut septuagenarius velit expendere, in quanto versetur periculo urbs Paderbornensis, sua patria, et qua indignatione senatum et cives prosequatur praesul. Sit igitur, orat, persuasor, ut amice discedat. Postea illi legati sunt interpositi mediatores inter praesulem et senatum Paderbornensem, qui excusant senatum Paderbornensem variis modis apud praesulem; ubi etiam actum est de recessibus olim admissis.

Circa haec tempora contra legitimos contractus turbant schola dumheri viros doctos Johannem Bodenium rectorem[1]) et Gerhardum Nesenium conrectorem, propterea quod sese opposuissent pro veritate Gerhardo Rodikenio, et deinde ab organi exercitio deponunt Antonium Cratonem, constantem veritatis assertorem et virum industrium.

Septembris die 2. quidam delecti ex ordine procerum, qui oppidorum sunt capita in ditione illa, mittuntur ad Martinum et ipsi, si velit ad tempus recedere, promittunt liberalem sustentationem et annuos sumptus. Martinus vero deliberandi spatium petit. Cum deliberatio protraheretur, tandem evocant Paderbornenses proceres Martini parentem et eum durius increpant, cur non sit filio autor, ut discedat, ne maius periculum urbi immineat. Hic respondit filium non esse amplius sub sua ferula atque aetatem ac experientiam habere, ut ipse loquatur. 18. Septembris quater quaesivit minister publicus Martinum, qui ab illo debebat responsum extorquere, sed cum tandem ipsum domi reperiret 19. Septembris, promisit Martinus responsum scriptum, in quo[a]) dicit se re ipsa reperire Satanam esse hostem veritatis, ideo tot excitare turbas, ut impediat cursum evangelii, ne multi salventur. „Sed propterea potissimum Deus ordinavit angelos et magistratus ut duo legitima media ad defensionem ecclesiae et veritatis contra hostem Satanam. Angeli defendunt pios contra Senacherib, ecclesiam in urbe Hierosolymitana, et apud Danielem aliquot angeli custodes attribuuntur regnis. Apud Esaiam dicuntur magistratus

a) *B und W:* qua.

[1]) *Vgl. später (W 1369 ff.).*

nutritores ecclesiae, interdum etiam Dei, quod Dei gloriam tueri debeant. Jam vero cogitate, quomodo hoc officium administretis. W 1367. Si iam conemini hominibus placere, accidet [a]), ut servi Dei esse nequeatis. Videte, quomodo Haman et alii reciderint. Quod ad me attinet, scio me sub cruce versari cum omnibus piis, ideo commendo filio Deo eventum."

Vigesimo septimo Septembris doctorem Jodocum Didemannum, (qui antea suaserat Martino, ut constans in officio perstaret et si etiam novis claustris occluderetur templum, tamen eum concionari debere in coemiterio), virum eloquentem et doctum subornavit senatus, ut is cum Martino de fuga et discessu ageret, quo tandem ab extrema indignatione praesulis liberari possent Paderbornenses. (Facile quoque recepissent Gersenses Christum [1]), nisi iam damnum in amissis porcis sustinuissent; ideo orant eum, ut discedat. Sic quoque facit senatus Paderbornensis cum Martino.) Is pro sua suaviloquentia multis cum Martino egit, sed cum intelligeret Martinus a piis exilium fore perpetuum, non quievit consilio viri [b]) celebris et egregii doctoris Didemanni. Tandem ipse nuptialem concionem habuit et sacramenta altaris et baptismi cum cantione aliquot psalmorum administravit.

aliorum studiorum versarer, legere, quicquid Roffensis[1]), Eccius, Witzelius, Gropperus et alii contra Lutherum evomuerant, imo ista devorare quodammodo. Accessit etiam postea inflammatio quaedam praeceptorum nostrorum et in ecclesiis doctorum monachorumque quorundam mira quaedam persuasio in concionibus. Denique tunc in lucem quoque prodire coepit Perionii, hominis eloquentis et acuti, labor, quem topicis theologicis impenderat[2]), ut maturius etiam me a politioribus literis ad meditationem et lectionem non tam verorum theologicorum, quam inutilium istorum librorum, qui contra renatam evangelii doctrinam tunc magna copia divulgebantur, inter quos etiam libri decem Martini Peresii Aialae de traditionibus apostolicis et divinis prodibant[3]), reciperem non sine iactura ingeni' et studiorum meorum. Et quamquam tunc me pater meus, totus quidem pontificius (qui sane nolebat me ire Romam, ideo potius consensit in hoc, ut fierem iureconsultus) ac plerique amici (quia partim a parente, partim aliunde mediocres studiorum sumptus ad illud studium continuendum habere potuissem) iureconsultum fieri vellent, tamen repudiato istorum consilio id ita infixum animo et alta mente repositum habebam, ut nihil aliud cogitarem nihilque magis in votis haberem, non aliter a pueritia edoctus, quam ut Lutheranos, quos pessimos censebam esse haereticos, refutarem. Commendatis igitur memoriae argumentis, quae putabam in praedictorum libris praecipua esse, et comparata mihi qualicumque dicendi promptitudine cumque etiam mediocriter memoria valerem, tum quoque ingenii facilitas et aliae quaedam naturae dotes exercitio quodam excitatae accederent magisque mihi ut iuveni temerario et audaci animum adderent, coepi inclarescere apud pontificios quosdam, qui me contra Lutheranos disputantem libenter audiebant et propositum laudabant plurimum. Additis ita calcaribus factum est, ut aliquoties ad synodales orationes, quas Mindae (prohdolor) contra doctrinam evangelii pro voto monastico, pro sacrificio missae ac Romano pontifice eiusque autoritate profudi, habendas vocarer[4]) tantumque mihi

[1]) *John Fisher, Bischof von Rochester.*

[2]) Joach. Perionius, Topicorum theologicorum libri duo, Paris 1549.

[3]) De divinis, apostolicis atque ecclesiasticis traditionibus . . . Autore Martino Peresio Aiala, Coloniae 1549.

[4]) *Vgl oben S. 90 Anm. 1.*

iam ista garrulitate audacior factus sumerem, ut cum quibusdam congredi et de articulis controversis certare haud quaquam dubitarem, cuius rei luculentus poterit esse testis vir doctissimus M. Hermannus Hudaeus, scholae Mindensis rector, nunc vero ibidem ecclesiae pastor [1], quem ex reliquis mecum certantibus inveni paratiorem, qui mihi ad formam commode responderet. Et quicquid mihi isto interimistico tempore otii dabatur, hoc totum deinde impendi refutationi cuiusdam libri d. Joannis Wigandi, quem ille tunc ut ingenii sui primitias (sic enim opinor) in lucem dederat contra catechismum Michaelis Sidonii [2] (cuius scripta diligenter legere solebam) atque explicationi missae, cui multum operae ponebam.

Interim semper mihi etiam puero et iam tum maturioris aetatis iuveni displicuit impurus ille pontificiorum coelibatus vel potius impudicissimus concubinatus. Quare legenti historias Naucleri et Hermanni Mutii [3] aliorumque scripta ut Erasmi et similium in bibliotheca domus fratrum et alibi apud alios in urbe Monasteriensi, ubi tunc concionator eram [4], occurrebant saepe exempla et testimonia de coniugio sacerdotum. Inspectis igitur Pauli epistolis et Eusebii historia ecclesiastica meditari prolixius de ista controversia multaque mecum expendere suadebat communis ecclesiae causa. Postquam autem illorum argumenta, qui coelibatum sacerdotum tuebantur, ad unguem nota essent et haec simul de coniugio in historiis ac probatis scriptis occurrerent, non incommodum arbitrabar, si coniunctis argumentis ea de re disputationem instituerem. Prodiit ita dialogus noster de coniugio sacerdotum [5], quem ex tempore tunc congesseram, ubi quidem multa non inutiliter a me tractata et explanata esse etiam hodie non diffiteor. Verum quia erga Romanam ecclesiam et synodum Tridentinam nimis adhuc religiose affectus eram, ut nefas esse ducerem quicquam citra istorum decreta tentare, me tunc imprudens concilia-

[1]) *Vgl. über ihn oben S. 86 ff.*

[2]) **Ex Sidonii Catechismo maiore seu Institutione de pietate . . . commonefactiones annotatae, quae ostendunt, qualem reformationem iam episcopi moliantur, Magdeburgi 1550.**

[3]) *Gemeint ist die Chronik von Huldreich Mutius, ein Abklatsch der des Nauclerus.*

[4]) *Kaplan an St. Servatii. Vgl. oben S. 1.*

[5]) *Vgl. S. 1 Anm. 2.*

bulo isti submittebam [1]), et licet callide sub nomine suffraganei pontificii verba facientis ad diaconum petentem presbyteratum et a me quasi servante decorum in dialogis haec verba recitata sint et ita excusari possent, ut solent homines sui amantes facere, tamen non diffiteor istum meum errorem et non pudet me nunc testatum hic facere toti ecclesiae, quod in hac re graviter peccaverim et hodie habeam illam synodum longe viliorem, quam synedrion fuit Cayphae et Annae reliquorumque Pharisaeorum contra Christum collectum, imo pro blasphema agnoscam.

Evolvi eodem tempore Decretum Gratiani et incidi in verba Leonis, Julii, Gelasii atque patrum aliquot sententias pro utraque specie facientes perspicue, quare etiam hic de isto pontificiorum dogmate, quod fuit de una specie laicis porrigenda, dubitare coepi, et accidit, ut post aliquot dies, cum in meditatione istius quoque controversiae versarer et argumenta, quae ab utraque parte adduci solent, diligenter ruminarem, casu inciderem in M. Joannem Mursaeum senatorem Wesaliensem [2]), tunc proficiscentem ad filium eiusdem nominis in his agentem partibus, virum mehercule doctum, qui, cum mecum de religionis statu conferret, verba quoque fecit de institutione eucharistiae mutilata [a]) et contra me defendentem unam partem vehementer verba Christi et claram Pauli repetitionem toti Corinthiorum ecclesiae propositam, ubi legitur „Probet se homo et sic de calice bibat", ursit. Denique expendebat [b]) apud me, quod haec Christi testatoris verba essent, atque in eius testamento, quod ratum habuisset sua morte, perspicua scripta reperirentur, itaque omnium maxime huius testatoris Dei et hominis testimonium apertum recipiendum esse et non mutandum. Ego interim effugia tunc quaerebam, vero postea verbis Pauli quam diligentissime perlectis et singulis ab illo recitatis et iis, quae a me hinc inde lecta

a) *B:* multa. b) *B und W:* expendentem.

[1]) *Vorrede Bl. A 6b:* Nolui meam opinionem doctis subtrahere, quae magis tamen ad diaconi quam ad suffraganei *(die Schrift ist ein Dialog zwischen diesen beiden)* inclinat partes, hoc est mea animi sententia magis coniugium sacerdotum quam coelibatum probare videtur, si illud per concilium generale concedi posset. — *Bl. J 4a:* Episcopus: . . . Quare uterque nostram hanc quaestionem determinandam relinquemus patribus Tridenti collectis.

[2]) *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 170.*

erant, probe observatis de toto negotio cogitabam accuratius, quamquam nomen ecclesiae mihi formidabile ita adhuc esset, ut tamen nihil adhuc tentarem, etsi in dialogum priori modo conscriptum totam hanc controversiam congessissem [1]).

Veni interea in oppidum Camen comitatus Markae Westphalorum anno Domini 1552., ubi addixeram meam operam ecclesiae. Ibi tunc quasi in tranquillo loco agens aliquoties excurri ad bibliothecam monasticam in urbe Hammonensi vicina, ut ea, quae a Roffensibus, Ecciis, Perioniis, Peresiis, Gropperis et Sidoniis allata erant ex patribus, quaererem in ipsis fontibus totosque locos apud doctores integre expenderem. Factum est itaque, ut mihi in isto labore versanti saepe non illa verba vel sententiae, quas retulerant isti ibidem exstare, occurrerent, sed potius ea, quae cum pontificiorum dogmate pugnarent, aut si maxime in istam sententiam talia quaedam in citatis per pontificios locis apud patres haberentur, quae ipsorum dogmati suffragari viderentur, tamen si progrediebar, praecedentia et consequentia capita vel libri veterum hoc plerumque habebant, quod papisticae religioni contrarium erat. Quare et hoc nomine nobis suspecti fiebant talium hominum libri. Domi autem mihi quodam die delitescenti et inspicienti enchiridion Eccii offert se locus de purgatorio [2]), quem potissimum vult ibidem Eccius ex 1. ad Corinth. tertio capite probare, nec est illi satis, quod ipse ita torqueat Paulum, sed non pudet ipsum vocare in testem Augustinum, quasi et ille ista verba apostoli in enchiridio suo intellexerit de purgatorio. Hoc cum ita legerem, aperui celerrime Augustini enchiridion [3]), quod mihi cum Augustini opusculis nonnullis ad manus erat et volvi revolvique nihilque tale inveni, sed potius contrarium ibidem legi, nempe, quod Augustinus locum Pauli de tribulatione huius saeculi intelligeret adhibito ad suam sententiam alio scripturae loco, qui est „Transivimus per aquam et ignem etc.“. Atque tunc coepit mihi magis magisque sordescere Eccius cum sociis.

Paucis dehinc diebus sacrificanti aperuit mihi oculos autor luminis et Deus consolationis paterque misericordiarum, ut tunc

[1]) *Diese Schrift ist, wie es scheint, ungedruckt geblieben.*

[2]) *Eck, Enchiridion cap. 25.*

[3]) *Augustinus, Enchiridion cap. 69.*

demum ac primo, etsi multoties canonem non solum legissem, sed etiam commentariis illustrassem, observarem multa canonis verba, quae equidem de privata missa nec legi nec intelligi possent, nisi ultro mendaces et blasphemos se omnes sacrificuli coram Deo sisterent volentes et scientes. Ut pauca ex multis referam[1]: „Quotquot ex hac altaris sumptione sacrosanctum filii tui corpus et sanguinem sumpserimus", item „Orate pro me, fratres et sorores, ut pariter meum et vestrum sacrificium sit Deo acceptum", item „Haec perceptio sit omnibus nobis sumentibus salus mentis et corporis etc.".

Istis igitur claris quoque mendaciis in missa a me cognitis (de quibus scripsi proprium[a]) librum[2])) mox in die Trinitatis anno 1553. libere coram ecclesia Camensi me Nicodemo assimulans (qui etsi ad tempus lateret, tamen interdum veritatem defendit, Johannes 7., et postea in morte Christi se re ipsa discipulum Christi publice testatus est) professus sum errorem veritatemque errori opposui atque, quantum in tam brevi temporis spatio absque externo praeceptore, intus tamen me movente spiritu sancto, agnoscere licuit, quod rectum sanctumque erat, protuli palam, et sic tandem ab ea ecclesia et proceribus principis et urbis ibidem dominantibus, qui tunc me mutatum ferre non potuere, dimissus in varias postea calamitates (quia me tunc probare voluit filius Dei et veluti Paulum ter maximum apostolum me quoque exiguum homuncionem ad ecclesiae suae praeparare ministerium) proiciebar.

Veniens tandem post dimissionem Camae factam in patriam non adeo gratus eram illis, quos ut antea carissimos habebam, ita imprimis acceptus esse debebam, et quamquam tunc in Holsatia et Livonia conditionem habere potuissem, tamen, quia suaserunt amici et patroni mei (inter quos eximius iureconsultus M. Joannes Mellinckhusius, decanus Joannitieus[3]) Osnaburgae, et gravissimus dominus Christianus Sleibingius[4]), meus olim praeceptor, prae-

a) *B:* prolixum *(späterer Zusatz).*

[1]) *Ganz genau sind die Zitate aus dem Missale nicht.*

[2]) Narratio de blasphemiis, mendaciis et ineptiis pontificiorum, quas in suis missis admittunt, Lemgoviae 1579 *<Hannover KB>. Die eingeklammerte Stelle im Texte ist also später eingefügt.*

[3]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 194 f.* [4]) *Ebenda S. 172 Anm. 3.*

cipui fuere), ut prius hinc inde ad viros doctos et reformatarum ecclesiarum inspectores, tum etiam ad aliquot academias me conferrem, quo seniorum et celebrium instructione et consuetudine, tum quoque perspectis ritibus ecclesiarum reformatarum per Saxoniam et alibi auditisque doctorum concionibus et lectione plane confirmarer in nuper agnita veritate, placuit consilium et non me piguit Gerhardum Campium [1], virum quidem integrum et piorum promotorem, sed rei sacramentarii addictum, qui venerat salutatum suum avunculum decanum Mellinckhusium (cum quo nunc, ut spero, quiescit in Domino) tunc regredientem in Phrisiam sequi potius, ut adhuc discerem, quam ut alibi intempestive docerem. Istius vero opera statim commendabar cuidam nobili splendidam ex patribus bibliothecam habenti nomine Christophero ab Evessen, viro docto et eiusdem sententiae homini, qui me honestissimo loco habuit et liberum accessum ad suam bibliothecam permisit. Habebam praeter huiusmodi libros magnum ibidem subsidium in progressu studiorum theologicorum, quia, quoties in aliqua parte haerebam vel quaedam argumenta pontificia occurrebant, ex quibus me ipsum expedire non potui, toties mihi liber patebat aditus ad d. Joannem a Lasco baronem Polonum [2], virum doctum, sed sacramentariorum praecipuum, et ad alios literatos homines, qui ex Anglia in Phrisiam venerant. Non dicam nunc, quot interim incommoda in Phrisia valde aquosa per acutissimam hiemem [3]) passus sim, sed tantum referam modo de spiritualibus. Ibi etenim inter domesticos et vicinos reperi anabaptistico furore imbutos, qui mecum, licet non satis in vera religione confirmatus essem, saepe certabant, saepe etiam retia tendebant et molestias faciebant [4].

[1]) *Vielleicht Gerhardus Campensis, der bis 1564 als reformierter Prediger in Wolthusen vorkommt (P. F. Reershemius, Ostfriesländisches Prediger-Denkmahl, neue Aufl., Aurich 1796, S. 636).*

[2]) *Vgl. H. Dalton, Johannes a Lasco, Gotha 1881 und Realenzyklopädie unter Laski.*

[3]) *Der Winter 1553/54 war ungewöhnlich streng (Dalton S. 435).*

[4]) *Ähnlich erzählt Hamelmann später in der Vorrede seiner Schrift* De Paedobaptismo 1572 (*Berlin KB*): „Item quoque cum olim ex papatu conversus essem, oberrabam per diversas regiones, ut conferrem cum viris doctis et multarum ecclesiarum mores, ordinem et formam addiscerem mihique aliquam rerum experientiam compararem. Sic profectus in Phrisiam habui aliquamdiu hospitium apud nobilem quendam virum doctum, pium et

Ab[a]) altera parte, qui Zwinglii dogma ibidem defendebant, concionatores et qui ex Anglia magno numero venerant, me in suam sententiam argutissimis syllogismis trahere conabantur. Tandem fere victus ipsorum argumentis accidit divinitus, ut piorum promotione reciperer in domesticam familiaritatem clarissimi viri d. Petri Medmanni, quondam pii electoris Coloniensis Hermanni de Weida consiliarii, tunc vero Phrisici consiliarii et consulis Emedensis[1]). Is simili modo omnem humanitatem mihi exhibuit et multos libros theologicos ex sua copiosa bibliotheca obtulit legendos, imprimis vero scripta d. Buceri omnia accurate legenda tradidit, in quibus cum inspexissem retractationem d. Buceri de re sacramentaria et quoque eruditum d. Medmanni iudicium audivissem, ne quicquam citra d. Melanthonis et aliorum, ad quos iturus essem, consilium istis in rebus facerem, haesi dubius et incertus nesciens plane, cui me parti addicerem. Tandem ab eodem Medmanno, postquam iam satis operae in ipsius aedibus evolvendis d. Buceri operibus aliisque perlustrandis impendissem, commendabar inclyto et generoso domino omniumque studiosorum et pauperum patrono colendo et gratioso domino Christophero de Oldenburg[2]), qui saepe dux militum inde a multis annis fuit, ac deinde cancellario Phrisico licentiato ll. doctissimo Frederico de Westen[3]) Paderbornensi. Is igitur mihi partim sua, partim d. Medmanni commendatione a praedicto comite Christophero nunc mortuo bonum impetravit viaticum, quo me tanto commodius in academiam Witebergensem recipere possem.

Sic donis ornatus a comite proficiscor Bremam, ubi mihi hospes contigit doctor Albertus Hardenbergius[4]), qui tunc nulli

a) Ab *bis* defendebant *fehlt B.*

modestum, at rei sacramentariae addictum, quo domo sua absente interdum clam ibi anabaptistae colligebantur et nonnunquam mecum conferebant. Sed ego in omnibus certaminibus nondum exercitatus eis tunc non expedite respondere potui."

[1]) *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 217 Anm. 3.*

[2]) *Näheres über ihn teilt Hamelmann in seinem* „Oldenburgisch Chronicon", *1599, S. 327—360 mit.* [3]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 216.*

[4]) *Vgl. über ihn Realenzyklopädie Bd. 7 S. 408—416. Ein Brief Hamelmanns an ihn von 1558 ist mitgeteilt von D. Gerdes, Scrinium antiquarium T. 4, P. 1, Groningae 1755, S. 704 f.*

aut paucis adhuc per urbem de re sacramentaria suspectus erat. Apud hunc aliquamdiu mansi exspectans itineris comites atque cum bono sene licentiato Jacobo Probst [1], praeside in ecclesia Bremensi, atque aliis doctis ministris, qui accedebant doctorem quotidie, amice contuli, imo ibidem Petri Martyris recens editam disputationem de negotio sacramentario sedulo legi [2]. Verum cum hoc cerneret doctor Albertus, suasit, ne facile et temere me alicuius partis opinioni darem nondum in certo doctrinae corpore confirmatus, nisi prius audivissem doctissimorum censuram, imprimis vero domini Philippi Wittenbergae et doctoris Alexandri Alesii [3] Lipsiae et deinde ipse quoque praecipuorum theologorum sententias audivissem et mecum expendissem diligenter atque probe contulissem. Hic placuit rursum consilium d. doctoris Alberti, cui hoc nomine et pro iure hospitii, imo omnibus aliis viris bonis, qui me unquam suis affecerunt beneficiis, omnia felicia (etsi Albertus nunc plane mutatus sit ab illo, qui tunc erat, cum se declaraverit prohdolor perniciosum sacramentarium) precor et oro aeternum patrem Domini nostri Jesu Christi, ut illis affatim cum gratia rependat, quod in me contulerunt, et faciat, ut sint vasa misericordiae, Amen.

Ingressus iter primo illud in profectione mihi contigit commodi, ut audirem doctorem Joachimum Morlinum [4] tunc primam vel secundam forsan concionem habentem Brunswigae, et tametsi disertam et exuberantem doctoris Alberti eloquentiam in concionibus miratus fueram aliquoties, tamen propter suavem et miram brevitatem expedita d. Morlini oratio magis placuit et iucundior videbatur, tunc quod plurimum moveret, tum quod aperte singula exprimeret delectaretque auditores plurimum.

Inde statim Witebergam properans conveni Philippum Melanthonem eique doctoris Alberti et d. Medmanni literas obtuli. Qui-

[1]) *Allgemeine deutsche Biographie Bd. 26 S. 614—617.*

[2]) Petri Martyris Vermilii Florentini viri doctiss. de sacramento eucharistiae in celeberrima Angliae schola Oxoniensi habita tractatio. Tiguri 1552 *und* Disputatio de eucharistiae sacramento habita in celeberr. Universitate Oxonien. in Anglia, antea quidem illic excusa, iam vero denuo . . . edita. Tiguri 1552 ⟨*beide Berlin KB*⟩.

[3]) *Realenzyklopädie Bd. 1 S. 336—338.*

[4]) *Ebenda Bd. 13 S. 237—247.*

bus lectis me quidem suscepit humaniter et illi iam factus familiarior coepi modeste ipsum relatis singulis interrogare de controversia sacramentaria. Respondit ille: „Crede simpliciter verbis Domini absque ulla disputatione“, nec fere aliud respondit d. Alesius Lipsiae. Deinde excurrens postea in comitatum Mansfeldicum quaesivi Erasmum Sarcerium [1]), qui me suscepit Islebiae benevole et me erudivit de coena Domini rectius quam reliqui omnes et admodum perspicue inculcavit disputationis summam (quod rursum postea copiosius fecit d. Wigandus, quando per tres septimanas apud ipsum domi Magdeburgi haesi), cuius Sarcerii etiam me concio et sermo familiaris plurimum propter suavitatem gravitate commixtam refecit. Interea dum Islebio in viciniam irem salutatum M. Michaelem Caelium [2]) et M. Cyriacum Spangenbergium [3]), qui tunc erant in arce plane regia et oppido Mansfeldio doctores et ministri evangelii, forsan casu quodam iter faciens per urbem Islebium d. Flacius Illyricus [4]) accepit de mea conditione aliquid certi ex relatione M. Hieronymi Mencelii [5]) (qui nunc est ibidem superintendens) et M. Andreae Theobaldi [6]). De meis igitur rebus certior factus Illyricus voluit, ut me recta ad d. Joannem Wigandum [7]) Magdeburgum usque adiunctis literis ablegarent, et [a]) illi hoc fecissent, nisi mihi regrediundum fuisset Wittenbergam, ubi decreveram prius publico aliquo scripto retractare, quod imprudens in dialogo illo de coniugio sacerdotum me Tridentino concilio subieceram, quod etiam mox Witebergae a me de consilio et approbatione domini Philippi factum est [8]). Rebus ibidem expeditis veni

a) *A und B:* sed.

---

[1]) *Ebenda Bd. 17 S. 482—486.*

[2]) *Allgemeine deutsche Biographie Bd. 3 S. 680 f.*

[3]) *Realenzyklopädie Bd. 18 S. 557—563.*

[4]) *Ebenda Bd. 6 S. 82—92.*

[5]) *Allgemeine deutsche Biographie Bd. 21 S. 310.*

[6]) M. Andreae Theobaldo, Archidiacono ad s. Andream in Islebia, *und anderen mansfeldischen Geistlichen widmete später Hamelmann seine* Responsio ad dicta patrum veterum in ecclesia . . ., quae pro sua assertione, quod Christus homo sit in loco, Cingliani adferunt, Islebiae 1558 *(vielmehr 1568)* ‹*Breslau UB*›.

[7]) *Realenzyklopädie Bd. 21 S. 270—274.*

[8]) De autoritate synodorum pia commonefactio sumpta ex dictis Christi et apostolorum et testimoniis veterum scriptorum in ecclesia et historiarum.

tandem Magdeburgum, ubi me fraterne d. Wigandus, d. Illyricus et Godescalcus (nunc dictus Abdias) Praetorius susceperunt. Apud d. Wigandum haesi per aliquot septimanas et ipsum de rebus gravibus et multis disserentem saepe audivi eiusque zelum pro domo Dei, diligentiam et studium in propagatione verae de Deo doctrinae per d. Lutherum repurgatae cognovi et ab eo tempore constantissime hominem dilexi super multos alios. Ibi me illi tres viri celebres et de re literaria ac imprimis theologia optime meriti expetebant in collegam ad opus historicum centuriarum, quarum nunc bona pars est edita, perficiendum. Suscepi quidem provinciam

Autore Hermanno Hamelmanno Osnabrugensi . . . Witebergae. Anno 1554 *<Berlin KB>*. *In der Widmung* (Consulibus, praefectis aerarii, senatoribus tribunisque plebis . . . reip. Osnaburgensis) *heißt es:* „In quam crasso fuerim errore, non fugit vestram Praestantiam . . . eo praesertim tempore, quando apud nostrates illas idololatricas missas non solum praesentia vel disputationibus privatis defenderem, verum omnem pietatem Christianam in ea collocatam esse putarem. Sed ago Deo Patri per Dominum nostrum Jesum Christum gratias immensas, quod me tandem pro sua singulari misericordia ex illis tenebris eripuerit mihique cum Cleopha et socio eius oculos aperuerit, ut demum Christum et verum sacramentorum eius usum cognoscam nullamque nunc spem amplius vel in missa, quae horrenda coenae dominicae profanatio est, vel in externis caeremoniis, sive mundi elementis, sive creaturis ponam . . .“ *Unter den Gründen, warum die Schrift den Osnabrückern gewidmet ist, führt H. an:* „Deinde meum olim scriptum Osnaburgensis nostrae terrae principi dedicaveram, quo me importune concilio Tridentino subieceram. Quod cum revocare necesse sit, nulli commodius existimavi hanc de conciliis tractationem licet brevem tamen utilem dedicandam esse, quam V. Prud., Domini honorandi, quoniam, si vestram industriam mihi bene perspectam habeam, vos nulli concilio extra verbum Dei concludenti praebituros assensum opinor. Nec enim arbitror quemquam esse tantae impudentiae, qui me vel inconstantiae vel levitatis arguere possit eo, quod nuper conciliorum autoritatem defenderim, nunc vero infringere conatus fuerim. Fateor equidem errorem meum fuisse gravissimum (tametsi verorum conciliorum autoritati nunquam detraham), quem non aliunde quam ex papistarum libris hauseram, sed ignoranter peccavi . . . Conferat autem piorum aliquis superiora mea scripta cum his nostris et tum demum videbit, quantum in evangelica religione profecerim, cuius equidem fundamentum ieci firmum per Christum et in Christo . . .“ *Die Abhandlung beginnt:* „Cum nuper in meis scriptis, quae, dum in papatu agerem, emittebantur, me concilio (fere conciliabulo dixissem) Tridentino subiecissem, ut solent plerumque humanarum traditionum propugnatores (qualis tunc eram) facere, qui semper conciliorum autoritate se muniunt omnesque controversias conciliorum iudicio vindicare volunt, nunc non abs re fore putavi, autoritatem, consensum et dignitatem conciliorum ad veritatis ipsius et rationis examen expendere.“

ea conditione, nisi mihi in Westphalia, patria mea, offerretur munus docendi et propagandi evangelium, quod per interimisticam scabiem ex ea provincia profligatum esse referebam. Non displicuit eis pactum. Postea in reditu ad patriam multos doctos viros conveni, et quamquam de quibusdam functionibus, quae mihi Mindae et Hannoberae potuissent offerri, dicerent amici, tamen, quia meam operam d. Wigando et domino Illyrico addixeram, nihil recti pollicebar, sed recta tendens in patriam meam, quae est urbs Osnaburga sic satis in Westphalia celebris, iter institui. Ibi cum me paululum per aliquot dies recollegissem, ecce offertur subito pastorale officium in oppido Bileveldensi comitatus Ravensburgici opera Henrici Horstmarii[1], pastoris Joannitici in urbe Osnaburgensi, ad quod suscipiendum cum properarem, inii statim habita concione, quae omnibus piis placuit, rationem cum capitularibus canonicis ibidem ita, ut ego liber ab ipsorum ceremoniis docerem sincere, quicquid aperte demonstrari posset ex divinis scripturis, deinde ut sacramenta iuxta Christi claram institutionem et Pauli perspicuam repetitionem administrarem. Hac quidem inita ratione coepi ibi feliciter et non sine successu per anni spatium docere evangelium Christi atque sacras conciones et verum sacramentorum usum instituere. Sed de ea re in historia ecclesiae Bileveldensis.

Hodie[a]) Camae docent et sacramenta sincere administrant

a) *In H und W lautet die Stelle über Kamen:* In oppido Camen (quod posset dici a Camoenis Musis nomen habere) Hamelmannus docuit et cum ibi divinitus illuminatus semel aperte in die Trinitatis anno Domini 1552.[2]) confessionem verae ederet doctrinae atque pontificios errores refutaret, tunc erat ibi marescallus istius comitatus nobilis Theodorus Reckius, qui cum consulibus et senatu audita concione Hamelmanni in istum finem determinavit, ut dimitteretur Hamelmannus, postquam princeps istius loci nondum admisisset palam ullam aliam doctrinam quam pontificiam. Sic dimissus ob veritatem placide discedit Hamelmannus. Interim ille bonus marescallus

[1]) *Er starb 1564. Vgl. Mitteilungen des hist. Ver. zu Osnabrück Bd. 10 (1875) S. 316 f.*

[2]) *Das Jahr ist falsch. Hamelmann wurde 1553 in Kamen abgesetzt. 1553/54 unternahm er seine theologische Bildungsreise. 1554 zeigen ihn zwei seiner Schriften in Wittenberg. Im August 1554 wurde er in Bielefeld angestellt, wo er ein Jahr wirkte. Näheres unten in der Reformationsgeschichte von Bielefeld.*

Joannes Buxtorpius [1]) et Joannes Mercator Schomburgus Tremoniensis [2]), quod illi de suffragio marescalli Theodori Reckii [3]) tentaverunt, cum aliqui antea papatus sacra quaedam tractarent et perficerent. Est autem ibi uterque pastor, et [a]) Joannes Wegenerus fuit eis collega vir doctus.

Modeste quoque et successive ecclesiam in oppido Unna (quod [b]) bonam cerevisiam vicinis praebet) illustrarunt luce evangelii Eber-

Theodorus Reckius, mox forte conversus, est circa annum Domini 1567, pastoribus ibidem Johanni Buxtorpio et Johanni Mercatori Schomburgo natione Tremoniensi auctor, ut feliciter inciperent doctrinam evangelii propagare, sacramenta iuxta doctrinam Christi Germanicis verbis administrare et psalmos Germanicos canere, quibus erat pius adiutor Johannes Wegenerus, vir doctus et gravis. a) *Der folgende Satz in A später hinzugefügt, fehlt B.*
b) *Der Satz ist später gestrichen, fehlt B.*

[1]) *Buxtorf, der Vater des berühmten Orientalisten, war ein Freund Hamelmanns, wie folgende Dedikation zeigt:* Sunt Vitae Patrum et alia collata D. Joanni Buxtorp Pastori in Camen, suo amico et Domino honorando, ab Hermanno Hamelman Osnabrugensi apud Camenses olim Divini verbi ministro 1553 *(v. Steinen Bd. 3 S. 22 f.). Er lebte bis in die achtziger Jahre (F. Buschmann, Geschichte der Stadt Camen, in: Zeitschrift Bd. 4 S. 241. Fr. Pröbsting, Geschichte der Stadt Camen, Hamm 1901, S. 45 und 99. Dresbach S. 280).*

[2]) *Rothert läßt ihn (Jahrbuch 14 S. 110 Anm. 2) aus Kamen selbst stammen, weil ein dortiger Bürger sein Verwandter war. Doch ist das nicht entscheidend. Zur Zeit des Interims war er Prediger in Lippstadt (vgl. unten W 1055), später in der Grafschaft Waldeck und nahm 1556 an der vom Grafen von Waldeck ausgeschriebenen Synode teil (W 852; V. Schultze, Waldeckische Reformationsgeschichte, Leipzig 1903, S. 199). v. Steinen hatte zwei eigenhändige lateinische Briefe von ihm, die er 1556 wegen seiner Anstellung in Kamen schrieb. In dem einen bittet er Georg Schele um Fürsprache bei dem klevischen Hofprediger Hermann Schilder, Dechant zu Emmerich, der andere ist an Schilder selbst gerichtet. 1573 und 1576 schlug ihn Dietrich v. d. Recke zum Senddechanten der märkischen Geistlichkeit vor, drang aber bei der klerischen Regierung nicht durch. Nach Teschenmacher,* Annales ecclesiastici reformationis ecclesiarum Cliviae, Juliae, Montium *(Berlin KB Msc. boruss. quart. 21 S. 199 ließ Schomberg 1578 ein Trostbüchlein drucken, das er Dietrich von Altenbochum, Drosten zu Hörde, widmete (nicht ermittelt). Er starb 1601 (O. Merx, Urkundenbuch von Clarenberg, Dortmund 1908, Nr. 486, S. 378). Vgl. v. Steinen Bd. 3 S. 23 f., Buschmann S. 231, Pröbsting a. a. O., Rothert a. a. O., Jahrbuch Jg. 1 S. 146—151 (Kapitulation über die Schule in Kamen von 1586).*

[3]) *Drost zu Unna, Kamen und Loe († 1585). Vgl. C. Graf v. d. Recke-Volmerstein und O. v. d. Recke, Geschichte der Herren von der Recke, Breslau 1878, S. 235—239.*

hardus Wortmannus[1]) et Rotgerus Bereidtnerus[2]), viri boni et honesti, sed ignoratur, an sint sacramentarii.

cf. W 826. In oppido antiqui comitatus Altena (a quo oppido olim comitatus Markae dictus est comitatus de Altena) ante annos triginta docuit evangelium sincere Joannes Lycaula Montanus[3]), vir doctus,

[1]) *Nach v. Steinen Bd. 2 S. 1158 ff., der einer handschriftlichen Nachricht folgt, war der Pastor Johann zum Brock ein eifriger Katholik. Er hielt sich drei Kapläne, Wortmann, Halnich und Schotte zum Broch. Wortmann (er hatte in Köln studiert, wo er 1555 als* Everhardus Wortmann Hagensis — *v. Steinen läßt ihn aus Lütgendortmund stammen — immatrikuliert wurde; vgl. K. Krafft, Theologische Arbeiten aus dem rheinischen wissenschaftlichen Predigerverein Bd. 1, Elberfeld 1872, S. 12), den er 1558 angenommen hatte, predigte scharf gegen die „päpstlichen Mißbräuche" und hatte die drei Bürgermeister Eberhard Büren, Heinrich zum Brock (Bruder des Pastors) und Stephan Voss zur Seite. Er ließ 1559 zuerst Luthers Lieder singen und teilte das Abendmahl unter beiden Gestalten aus. Der Rektor der Schule Konrad Emporius Titius und sein Nachfolger Friedrich Beurhaus (jener bis 1563, dieser 1563—67; vgl. G. Wittenbrinck, Zur Geschichte des höheren Schulwesens der Stadt Unna, Unna 1903, S 5) begünstigten ebenfalls die Reformation. Der Pastor kündigte dem Kaplan den Dienst, aber Bürgermeister und Rat gaben seinen Abgang nicht zu. Vgl. auch Bädeker S. 71 f. und Dresbach S. 277.*

[2]) *Nur von Hamelmann genannt.*

[3]) *Johannes Wolfstall (Wulfsstall) aus dem Herzogtum Berg (vielleicht aus Wolfstall; vgl. F. E. v. Mering, Geschichte der Burgen usw. in den Rheinlanden H. 9, Köln 1853, S. 74). Er besaß eine tüchtige theologische Bildung. Wegen seines Anschlusses an die Reformation stand er in Köln vor einem geistlichen Gericht und wurde später von Theologen verhört. Um 1535 wurde er Prediger in Altena, begann 1537 zu reformieren und mußte 1539 weichen. 1544 wurde er Pastor an St. Kilian in Korbach, am 22. Februar 1556 Superintendent im Eisenbergischen Landesteile der Grafschaft Waldeck. Seit 1560 lag er mit seinem Kollegen Jacobinus von der Nikolaikirche, hauptsächlich wegen des Schicksals der ungetauft sterbenden Kinder, im Streite, der durch persönliche Antipathie und das intrigante Weib des Jacobinus verstärkt wurde. 1562 erhielten beide ihre Entlassung. Lycaula wurde Pastor an St. Maria in altis in Soest, wo er 1572 starb. v. Steinen Bd. 3 S. 1188. Jacobson S. 42 Anm. 87 a (zitiert ein Schreiben Lycaulas an den Rat in Soest von 1562, in dem er sagt, er habe vor mehr als zwanzig Jahren das Evangelium zu Altena rein zu lehren angefangen). Carl Curtze, Geschichte der Kirchenverfassung in dem Fürstenthum Waldeck, Arolsen 1850, S. 146 f. W. Schultze, Waldeckische Reformationsgeschichte S. 309 f., 335 - 344. Waldeckische Geschichtsblätter 1906, S. 209. H. Rothert, Kirchengeschichte der ehrenreichen Stadt Soest, Gütersloh 1905, S. 197. — Lycaula verfaßte folgende Schriften: 1. Die gleich zu nennende* Apologia. *2.* De historia passionis Domini nostri Jesu Christi homiliae septem habitae Corbachii 1554 <*München HB*>. *3.* Oratio de praecipuis nostrae religionis articulis in synodo Corbachii habita 1562 <*Paderborn, Bischöfl. akad. Bibl.*>.

per[a]) aliquot annos et cum invocationis sanctorum abusum reprehenderet atque ibidem aliquot libros ederet[b]) contra adversarios atque cum accusaretur tamquam anabaptista, etiam publicis scriptis[1]) et concionibus se tuetur. Tamen[c]) eicitur ex ea ecclesia, veluti antea quoque eiectus erat ex ecclesia coenobii in Nunnenherdike[2]) Theodoricus Raffelenbolius propter veram doctrinam[3]). Utrumque suscepit pia et illustris domina nata ducissa Cliviae

a) *B:* ante. b) *A und B:* ediderat.

c) *Das von Hamelmann übergeschriebene Wort ist nicht sicher lesbar. B hat die frühere, in A gestrichene Fassung:* Eicitur autem.

[1]) Apologia Joannis Lycaulae Montani super eo verbo domini: Omnis scriba doctus ad regnum coelorum similis est homini patrifamilias, qui depromit e thesauro suo nova et vetera ... Salingiaci, Joannes Soter excudebat, Anno D. M. XXXIX (!) <*Bonn UB*>. *Das Vorwort ist datiert* Altenae Marcaviae. Anno XXXVIII. — *K. Krafft bemerkt (a. a. O. S. 37) mit Recht, daß in der Schrift der evangelische Standpunkt nur in sehr verhüllter und unklarer Weise dargestellt ist.*

[2]) *Nach W 851 wurde auch Johannes Tryggophorus schon aus Herdecke* „sub nomine ducis Clivensis Johannis propter doctrinam evangelii" *vertrieben. Vgl. darüber Rothert a. a. O. Jg. 14 S. 55 Anm. 7.*

[3]) *Er war 1505 auf dem Hofe Raffelenboel im Kirchspiel „die Waldbauer" im Gericht Hagen in der Grafschaft Mark geboren. 1530 war er Lehrer in Ahlen (vgl. oben S. 11). Später bekam er eine Vikarie und ein Lehramt in Hagen. 1539 wurde er Pfarrer in dem adeligen Frauenstift Herdecke und blieb zugleich Vikar U. L. Frauen in der Kapelle zu Hagen. 1543 begann er in Herdecke mit der Einführung der Reformation. In einer Aufzeichnung der jülichschen Kanzlei über kirchliche Neuerungen vom Jahre 1548 heißt es (bei O. R. Redlich, Jülich-bergische Kirchenpolitik. Publikationen der Gesellschaft für rhein. Geschichtskunde 28, Bd. 1, Bonn 1907, S. 334):* Die van Herdick haben auch spaltung und neuwerung. *In dem oben S. 193 Anm. 2 genannten Protokoll von 1549 ist gesagt (S. 213):* Theodoricus Raffelenbolle, pastor in Hyrdeke, scismaticus. Hic ipsam abbatissam cum aliquot virginibus dum sub utraque specie communicat et sororem dominae habitantem in Niyendorp abserutatur tempore communionis. *1550 wurde er, weil er das Interim nicht annehmen wollte, vertrieben. (Sein Nachfolger war nach v. Steinen Bd. 4 S. 27 Johann Hülsberg.) Am 5. März 1552 stellte ihn Gräfin Anna von Waldeck als Prediger in Mengeringhausen an (vgl. auch W 852). 1582 nannte er sich Theodoricus Nicolai, indem er den Vornamen seines Vaters zum Zunamen machte. Seine Nachkommen behielten das bei. Der bekannte Liederdichter Philipp Nikolai war sein Sohn. R. starb am 14. Oktober 1590. v. Steinen Bd. 4 S. 27. L. Curtze, D. Philipp Nicolais Leben und Lieder, Halle 1859, S. 2—6 (nach einer Eintragung Raffelenboels in eine Bibel der Pfarre in Mengeringhausen), 6.—8. V. Schultze, Waldeckische Reformationsgeschichte S. 313—315.*

Anna comitissa de Waldeck et ad honestas conditiones in suo comitatu promovit [a]).

Hodie [b]) in oppido Altena praeest ecclesiae sincere et optime Engelbertus Clockius [1]), pietate et doctrina eximius, qui per multos annos evangelium docuit constanter diciturque stilo plurimum valere et multa conscripsisse, quae premat [2]).

In oppido Lunen docet [c]) evangelium Jacobus Kintvaderus, sed [d]) videtur sacramentariis patrocinari [3]).

In oppido huius comitatus Nienrode prope oppidum Isernlo cives cum senatu susceperunt evangelium et ceremonias Augu-

a) *H und W:* Docuit olim in comitatu de Marcka in oppido Altena ante annos quinquaginta evangelium de Jesu Christo et sacramenta pure administravit Johannes Lycaula, vir doctus, sub principe Johanne, sub cuius nomine eicitur, et eum principis Johannis legitima soror d. Anna, comitissa Waldechiana, assumit et ad pastoratum Corbachianum promovet . . . In oppido Altena dixi Lycaulam docuisse et propterea eiectum esse. Tamen cum accusaretur tamquam anabaptista in aula Clivensi, evulgavit apologiam et ostendit se non esse anabaptistam, sed tantum se missam et invocationem sanctorum meritaque operum impugnasse, sed nihil effecit.

b) *H und W:* Circa annum Domini 1566. sicut et antea et post ibi evangelium pure docuit Engelbertus . . .

c) *H und W:* docuit.

d) *H und W:* qui dicitur magis Calvini quam Lutheri sententiae patrocinari.

[1]) *Klocke (Klaucke, Kloicke, Klugh) aus Lüdenscheid wurde 1546 der Nachfolger Lycaulas. Nach Teschenmacher, Annales ecclesiastici a. a. O. S. 648 brauchte er beim Abendmahl große Hostien, die er brach und nahm* „die Kirchen agenda in der Bedienung des H. Abendtmahls auß Theodoro Beza". *Er wird demnach die reformierte Lehre eingeführt haben. Wie lange er in Altena wirkte, ist nicht bekannt. Sein Nachfolger Theodor von Horn und dessen Kollegen Johann Kalmann und Heinrich Lephler waren ebenfalls orthodoxi in Teschenmachers Sinne, also Reformierte (Teschenmacher ebenda). Vgl. v. Steinen Bd. 3 S. 1189 f. Bädeker-Heppe S. 18 f. Dresbach S. 181.*

[2]) *Nicht bekannt.*

[3]) *v. Steinen Bd. 4 S. 218, Bädeker S. 51 und D. H. Bremer, Chronik der Stadt Lünen, Dortmund 1842, S. 107 f. geben an, er habe 1550 in Lünen die Reformation angefangen, aber 1555 (v. Steinen und Bremer 1560), weil er für reformiert galt, den Abschied erhalten und sich nach Lippstadt gewandt. Das wird aber wohl bloß eine Verbindung von W 826 und W 1055 (s. unten unter Lippstadt!) sein. Richtig ist es eher umgekehrt: Kintvader war etwa 1555—1558 in Lippstadt und kam dann nach Lünen; denn Hamelmann sagt oben* „docet" *(Ende der sechziger Jahre), später (W 826)* „docuit". *(Als H. dies schrieb, wird also K. schon tot gewesen sein.)*

stanae confessionis eamque profitentur publico scripto anno 1564., quia ordinationem suae ecclesiae typis in urbe Tremonia curarunt [a]) excudi, ut [b]) publice exstaret [1]). Illa autem est conscripta per [c]) eius urbis alumnum M. Hermannum Wilkium, quondam Rigae in Livonia gubernatorem scholae, virum Graecae linguae doctissimum [2]). Illa ordinatio non est impia [3]), sed pia et recte isti ecclesiae accomodata. Verum princeps Juliacus et Clivensis Wilhelmus ipsis prohibuit, ne huiusmodi ordinationem susciperent [4]). Ipsius etenim ut supremi domini esse, ordinationem et reformationem instituere [d]).

a) *A:* curant.

b) *H und W:* ut fidei suae rationem redderent coram quovis.

c) *H und W:* per urbis suae alumnum M. Hermannum Wilkium, virum graecae linguae doctum et alias eruditum.

d) *In H und W folgen noch einige Sätze über die Grafschaften Mörs und Nassau.*

[1]) Kerckenordeninge der Christliken Gemeine tho Niggen Rade. Dortmund 1564. *⟨Wolfenbüttel HB.⟩ Vgl. Nelle, Hermann Wilckens Kirchenordnung von Neuenrade und ihre Liedersammlung, im Jahrbuch Jg. 2 (1900) S. 84—138 und Kl. Löffler, Der Dortmunder Buchdruck des 16. Jahrhunderts, in: Beiträge zur Geschichte Dortmunds und der Grafschaft Mark Bd. 13 (1905) S. 61 f.*

[2]) *Geboren in Neuenrade 1522, studierte er in Wittenberg und Frankfurt a. O. (1547) und war etwa 1550—1561 Rektor der lateinischen Schule in Riga. 1561 ging er nach Rostock, dann nach Heidelberg, wo er Griechisch lehrte und 1563 Magister wurde. Wegen seines reformierten Bekenntnisses von dem lutherischen Kurfürsten Ludwig VI. entlassen, war er Professor der griechischen Sprache in Neustadt (1579—1583); dann (nach Ludwigs Tode) kehrte er nach Heidelberg zurück und bekam sein Amt wieder. 1601 wurde er in den Ruhestand versetzt und starb am 7. Februar 1603. Vgl. A. Wolters, Hermann Wilcken, in der Zeitschrift des bergischen Geschichtsvereins Bd. 2 (1865) S. 42 bis 83 und Nelle a. a. O. S. 86—94. Hier sind auch seine lateinischen und deutschen Schriften besprochen. Wegen des* „Nie Bedeboeck“, *Dortmund 1564 vgl. noch Löffler a. a. O. S. 62 f. und in denselben Beiträgen Bd. 22 (1913) S. 223 f.*

[3]) *Er schrieb sie, vom Rate der Stadt aufgefordert, bei einem vorübergehenden Aufenthalt in seiner Heimat. In der Lehre vertritt sie in milder Weise reformierte Anschauungen, in liturgischer Beziehung aber ist sie lutherisch.*

[4]) *Wolters a. a. O. S. 57 f. sagt ohne Quellenangabe, der Herzog habe die Kirchenordnung aufgehoben und dem Dortmunder Rate die Konfiskation ihrer Exemplare aufgetragen. A. Döring, Johann Lambach, Berlin 1875, S. 105 bemerkt dagegen ganz richtig, daß der Herzog dem Magistrat von Dortmund nichts aufzutragen hatte und nur den Kauf und Verkauf in seinem Lande verbieten konnte.*

7. Dortmund[1].

Hamelmann übergeht hier die bis in die zwanziger Jahre zurückreichenden Anfänge der Bewegung und behandelt nur den Fortschritt der Reformation in den Jahren von 1556—1568, wo er den Bericht geschrieben hat[2]. Am ausführlichsten bespricht er sein eigenes Eingreifen in die Bewegung. Seine Angaben sind durchweg zuverlässig.

Der endgültige Sieg der Reformation im Jahre 1570, der in dem Bekenntnis der Pastoren zur lutherischen Abendmahlslehre und ihrer Vereidigung auf dasselbe zum Ausdruck kommt[3], ist nicht mehr erwähnt.

---

[1]) Eine quellenmäßige Darstellung gab A. Döring, Johann Lambach und das Gymnasium zu Dortmund 1543—1582, Berlin 1875 (auch als Programm des Gymnasiums zu Dortmund 1872—1875 erschienen). Daneben sind zu vgl.: R. H. Rolle, Memoriae Tremonienses, Tremoniae 1729 (für die Personalien). Joh. Casp. Vogt, Kurze Reformationsgeschichte der vormaligen Reichsstadt Dortmund, Dortmund 1826. Jacobson S. 66—71. L. Ennen, Geschichte der Reformation im Bereiche der alten Erzdiözese Köln, Köln und Neuß 1849, S. 416—422. J. Mooren, Das Dortmunder Archidiakonat, Köln und Neuß 1853. Kampschulte S. 90—94, 216—221. A. Chr. C. Heller, Geschichte der evangelischen Gemeinden zu Dortmund, Dortmund 1882. O. Stein, Die Reinoldikirche in Wort und Bild, Dortmund 1906. H. Rothert in den oben S. 193 Anm. 1 genannten Aufsätzen. Eine kritische Zusammenfassung versucht Kl. Löffler, Reformationsgeschichte der Stadt Dortmund, in: Beiträge zur Geschichte Dortmunds und der Grafschaft Mark Bd. 22 (1913) S. 183—243.

[2]) Die Gründung des Gymnasiums (1543) liegt 25 Jahre zurück.

[3]) Vgl. Löffler S. 228 ff.

De ecclesia in urbe imperiali, quae est in terminis comitatus Markae sita, Tremonia. W 1030.

Cum in ecclesia urbis imperialis Tremoniensis doceret pure et fideliter evangelium atque inciperet sacramentum eucharistiae sub utraque specie porrigere omnibus, qui peterent, anno 1556. et 1557. Johannes Heitfeldius [a] Wippervordensis, id quidem tulit senatus, sed cum is inciperet anno posteriori, hoc est anno 1557. [1]), pontificios abusus taxare eosque pedetentim abolere nec quoque sacra facere vel missas pontificio more celebrare pergeret, en cogitat hominem eloquentem eicere senatus, et quamquam cives concurrerent [2]), ut huiusmodi conatum senatus vel deprecarentur vel impedirent [b]), tamen praevaluit senatus autoritas [3]). Is vero dimitti noluit, nisi haberet sigillatum suae dimissionis a senatu, quod ei communicant in hanc sententiam, scriptum [4]).

„Wy [c]) Burgermester unnd Radt der Stadt Dortmundt don kundt allermenlich unnd betugen myt dussen unsen apenen breve,

a) *B und W:* Hitfeldius.

b) *B:* impedirent, ve(!) deprecarentur, *W:* impedirent aut deprecarentur.

c) *In W ist das Schriftstück noch mehr ins Hochdeutsche übertragen.*

[1]) *Vielmehr schon 1556. Spormacher, der den Ereignissen nahestand (vgl. Döring S. 100), berichtet in seiner Chronik von Lünen (bei v. Steinen Bd. 4 S. 1520 zum Jahre 1556:* „Umb düsse tyt ys tho Dortmunde een klein popechen gewesen tho unser leven Frawen, genöumpt Herr Johan Pawest oder Heydfelt. Mochte villichte dem gemeinen volcke tho willen weß seggen van dem hilligen Sakramente up Sakramentz dage *(Fronleichnam)*, darumme van einem Heren genand Her Johan Boeker oder Schewastes *(Lambach)* und van synem Pastor, Her Hinrich Degingk *(† 1560, Döring S. 73, 100)*, beryspet und beropen ader gestraffet worde." *Vgl. Löffler S. 206 f.*

[2]) *Über diesen Auflauf berichtet Spormacher weiter:* „yst hastlich an die ungenannten gekommen *(ist dem Volke rasch bekannt geworden)* und hebben einen uploep gemaket und Herr Johan Böcker ut synem huyse mit gewalt gehalt und in hosen und wambs an synem korten tüge upt Markt getogen, und wolden enne also doytslaen; solchs ys vor de Herren gekommen, hebben dat mitt wysheit behindert, und den Herren gereddet, der ys uth der Statt getogen na Collen, so ys de oplop gestillet worden."

[3]) *Wie die folgende Urkunde zeigt, erst dreiviertel Jahre später, als sich das Volk beruhigt hatte, und in recht glimpflicher Weise.*

[4]) *Die Urkunde hat Hamelmann wohl durch Heitfeld selbst, mit dem er bis zu dessen Übergang zum Kalvinismus befreundet gewesen zu sein scheint (vgl. weiter unten), kennen gelernt. Sie ist sonst nicht erhalten.*

dat de Erbar Her Johan Heitfelt hirsulvest by uns etlicke tydt vor eynen predicanten unnd kerckendener sich bruken lathen unnd gedeinet und solcken synem ampt flitig, truwe und fromlick vurgestanden und gewartet, dat wy des biß anhero ein gudt benugen tegen densulvigen gedregenn. Dwyl der aver nu darumb, dat er hinferner Missa, wie biß anhero unnd noch hirselbest yn kyrchen gebrauch und oevinge gewesen und syn dinst und der pastor van yhme gefordert, tho holden sich beswert unnd geweigert, van unns synes denstes gunstig erlövet, hebbe wy ohmme, genanten Hern Johan, diese kandtschafftschrifft up syn denstlick bydden mit tho deilen nicht wegeren wollen. Urkundt der obgemelter unser Stadt hirúnder gedrucktenn Secret Ingesegels In dem Jair nach Christi unsers heren und einigen saligmachers geburth Dusent Vifflundert Seven und vifftig, Saterdag den 20. dag des monatz Martij."

W 1051.

In hoc testimonio dant Heitfeldio testimonium fidelitatis, sed hoc in illo conqueruntur, quod missas celebrare noluerit. Ita declaratur pontificius et papisticus in proceribus Tremoniensibus animus. Heitfeldius vero viri nobilis et istis in locis vere nutritii piorum d. Georgii Schellii [1]), quaestoris Hordensis in vicinia Tremoniae urbis, commendatorias literas impetrat ad M. Lubbertum Florinum [2]), tunc rectorem scholae Wesaliensis celebrem, cuius deinde opera patet ei aditus ad functionem ecclesiasticam in urbe Wesaliensi [3]). An unquam Heitfeldius purus fuerit in religione,

[1]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 226.*

[2]) *Ebenda S. 252 f.*

[3]) *Er wurde am 17. Januar 1559 zum Frühprediger und Seelsorger der Krankenhäuser in Wesel berufen (A. Wolters, Reformationsgeschichte der Stadt Wesel, Bonn 1868, S. 225). Auch von dort aus suchte er noch für die Reformation in Dortmund zu wirken. J. C. Beurhaus, der Verfasser der Annales Tremonienses bis 1618, hatte ein eigenhändiges Schreiben von ihm an den Bürgermeister Berswort aus dem Jahre 1561 („wo ich nicht irre“),* „worin er sich sehr beklaget, daß er um der reinen Lehre willen seines Dienstes entsetzet worden, nicht weniger gemelten Bürgermeister kürtzlich aus der heil. Schrift von dem Grunde der lutherischen Lehre wegen des heil. Abendmahles und dem Ungrunde der Messe, mithin, wie unverantwortlich es sei, daß sonderlich die adeliche zu Dortmund, ihres zeitlichen Nutzens wegen, da sie ihre Kinder und Verwandten durch die Messe und Vicariengüter so gemächlich versorgen könnten, die Warheit nicht erkennen wolten, zu überzeugen ge-

ignoro. Qualis hodie existat, patet ex historia ecclesiae Wesaliensis descripta quoque a nobis [1]).

Interim cives non cessarunt saepius apud senatum supplicationibus instare [2]), donec tandem impetrarent a senatu sibi usum et concessionem calicis in eucharistiae sacramento concedi et porrigi. Ea autem lege est a senatu ista permissio facta, ut similiter illis, qui vellent unam adhuc speciem eaque contenti essent more papistico, similiter porrigeretur eadem [3]). Hinc factum est, ut in prima communione maximo numero ad percipiendam eucharistiam sub utraque specie confluerent cives, et tunc erat eis dux et praecessor doctor Johannes Scaevastes iureconsultus, rector scholae et senator, vir doctissimus, quem honoris causa nominamus, qui

suchet, unter inständigster Ermahnung, daß er sich durch solches Zeitliche vom Erkänntnüß der Ewigen Warheit nicht möchte abhalten lassen" *(Döring S. 101, Löffler S. 209).*

pite et edite, hoc est corpus meum", ideo nec extra usum nec extra sumptionem posse ibi esse corpus Christi, quod cum sit agens liberum, non potest nec vult ita magica gesticulatione alligari vel includi.

cf. W S. 36. Ita me excusatum susceperunt magistratus. Interim[a]) me clam ad se vocavit prudentia et iudicio non minus gravis quam aetate et nobilitate celebris satrapa praecipuus per comitatum Matthias ab Oldenbochum et clam suasit, ut ego epistolam adornarem ad virum doctum cancellarium in aula Joannem Vlattenum[1]) nobilem, in qua ipsum supplex orarem, ut dignaretur mihi communicare verum ordinationis olim a patre principis editae intel-

a) *H und W:* Interim non destiterunt canonici currere ad arcem Sparenburgicam, quo satrapam convenirent. Satrapa, qui erat Matthias ab Oldenbuchum, nobilis virtute, genere et auctoritate vir, audivit graves accusationes. Citatur quoque Hamelmannus, qui intellecta secunda accusatione rursum provocat ad suos auditores, ex quibus denuo requiruntur priores testes, qui cum satrapae adessent, proponitur eis summa accusationis et excusationis et quid ipsi in hoc negotio testentur, requiritur. Ibi rursum faciente verba Gerhardo Coquo idem repetitur. Sic Hamelmannus secunda vice absolvitur, cui tamen acriter minabantur. Interea clam per literas accusatorias calumniis et mendaciis plenas deferunt in aula ad praecipuos Juliacenses consiliarios Hamelmannum. Mox graviter scribitur ex aula sub nomine principis ad satrapam, senem et circumspectum Matthiam ab Altenbochum, ut diligenter circumspiciat, an ibi quidam (dictus Hamelmannus) exorbitando quicquam noctu in conventiculis aut in ecclesia palam contra ecclesiasticas ordinationes principis tentaret. Idque quam primum in aulam perscriberet, verum talem concionatorem sibi vinctum servaret, donec ex aula responsum reciperet.

Haec vir pius et evangelii studiosus dominus satrapa secreto communicat Hamelmanno suadetque, ut quomodo accipiat et interpretetur ordinationes principis, in scriptis comprehendat et illa ad cancellarium Juliacensem Joannem Vlattenum mittat addita sua epistola, qua supplex petat domini cancellarii, ut viri docti et ab Erasmo Roterodamo commendati, iudicium et censuram. Hoc fecit Hamelmannus per epistolam eleganter conscriptam, sed nihil responsi recepit.

[1]) *Propst zu Aachen, Kerpen und Cranenburg, jülichscher Kanzler, gestorben 11. Juni 1562 (vgl. Zeitschrift des bergischen Geschichtsvereins Bd. 6 S. 298f., 15 S. 129, 30 S. 204 und 41 S. 162—165). Seiner Richtung nach war er, wie auch das später mitgeteilte Verhör und vor allem der Brief an Hamelmann von 1562 zeigen, Erasmianer. Vgl. A.* Wolters, *Konrad von Heresbach, Elberfeld 1867, S. 144ff., wo auch die folgenden Erlebnisse Hamelmanns kurz mitgeteilt sind.*

lectum adderemque summariam declarationem, iuxta quam eam censerem intelligendam, sed me eam nunc eius iudicio submittere et ab ipso petere benignam instructionem. Ego dicto audiens feci illud, prout sequitur.

De [1]) principis Juliaci ordinatione ecclesiastica recte et pie intelligenda epistola Hermanni Hamelmanni ad Johannem Vlattenum, cancellarium et praepositum Aquensem, anno 1555.[a]) in Julio data ex urbe Bileveldensi comitatus Ravensbergh.

Ad T. D. litteras dare me quidem hominem inexercitatissimum et ita barbariei addictum, ut neque dextere neque eleganter (quod ingenue fatuor) de re aliqua vel scribere dissererevе possim, puderet, Domine reverende ac vir clarissime, nisi et res ipsa urgeret et praesens necessitas postularet, denique nisi ipsum meum officium ac cura pastoralis me ad scribendum invitaret. Te quidem summum eloquentiae decus esse non ignoro, qui multis ornamentis et haud vulgaribus encomiis ab excellentissimo rhetore Erasmo Roterdamo [2]), tum ab aliis celebratus agnosceris. Meam econtra curtam supellectilem et tenuem scribendi venam non sine gemitu saepius detestor et devoveo, sed hoc solatii habeo, quod in eorum numero, in quorum libris me versari oportet, vix duo vel tres reperiantur, qui purissime de re theologica scripserint, vel Ciceroniani haberi possint. Verum habemus clarissimum in historia testimonium de ipsis apostolis Domini, quod nullum ornatum vel stili elegantiam affectaverint. Itaque boni consulet T. R., si forte non ea elegantia eaque concinnitate ac ornatu verba singula collocarem, vel sententias constituerem, ut tuis auribus delicatissimis satisfacerem. Ut autem causam intelligas, quae mihi scribendi occasionem praebuit plane necessariam, haud T. D. fugiet, cancellarie consultissime [b]), quod huc legitime ex mea patria vocatus nuper paulo ante semestre ecclesiasticum munus obeundo susce-

a) *In A später korrigiert zu* 1554, *B:* 1555. b) *B:* doctissime.

[1]) *Dieser Brief ist auch abgedruckt bei Leuckfeld S. 36—53.*

[2]) *Vgl. die Briefe des Erasmus an Vlatten in der Leidener Ausgabe seiner Werke Bd. 3 (1703), Sp. 1070, 1140—1142, 1297, 1372f., 1704f., 1705f., 1742, 1758f., 1880—1882 und Wolters a. a. O.*

perim, at ea interim conditione cum capitularibus rationem inierim, ut libere permissum mihi sit iuxta praescriptum ordinationis principis evangelium et verbum Dei pure et sincere docere et sacramenta secundum institutionem Christi administrare. (Contractus enim copiam his literis inserui.) Huic contractui licet sedulo responderim hactenus et diligentem rationem habuerim, ut iuxta praedictae ordinationis ducalis contextum ad aedificationem plebis conciones meas dirigerem singulaque ecclesiastica perficerem, tamen fuerunt et adhuc sunt quidam, qui non tantum meum ministerium, sed et me ipsum criminose calumniantur et semper in meo officio aliquid aucupari student, quod invido et malevolo ore deforment. Alii me excessisse limites ordinationis clamitant, hi rursus nullum me modum servare vel in dicendo, vel in functionibus ecclesiasticis dicunt, nonnulli etiam me haereseos et impietatis arguere non verentur, qui imprimis operam dant, ut me a meis ovibus, quarum cura, ne dixerim salus, mihi commissa est, avellant mendaciis et calumniis. Quorum falsissimis detrectationibus non mei, sed meorum causa (mihi enim facile providebit Deus) occurrere statui et ante aliquot septimanas adire coepi strenuum et insignem virum d. Matthiam ab Oldenbochum satrapam, qui aliquando concionibus meis interfuerat (erat enim ita in capitulo decretum, ne ipsi capitulares haberent potestatem mei ministerii, sed ut haec tantum relinqueretur principi) eumque de his rebus consului enarrans, quid molirentur adversarii, nempe ut me meis [a]) oviculis [b]) eriperent, pro quibus tamen [c]) animam ponere cogar. Is ut diligens est sui officii executor, imprimis suasit, ut ordinationis principis singula verba ponderando perpenderem eaque mihi ob oculos ponerem, ut secundum haec veluti ad Lydium lapidem ac ad cynosuram quandam, ut dicitur, omnia dirigerem. Hic contra ego conqueri coepi de nonnullis, qui in [d]) longe alium sensum ordinationis verba rapiebant atque ego, et postquam nihil a nobis certi inveniretur, quo huic malo mederemur, illico mihi non sine fato in mentem venit colloquium illud, quod inter Philippum Melanthonem, praeceptorem nostrum, et me aliquando habebatur

a) *B:* a meis. b) *Leuckf.:* oculis.
c) *Leuckf.:* tantum. d) *fehlt B.*

Vitebergae in suis aedibus privatim, ubi honorifica tui fiebat mentio ab eodem, qui etiam ingenue confitebatur tuam excellentiam et melius et dexterius (ea fere tanti viri erant verba) intelligere causam nostram, hoc est religionis, quam alios excellentes et primi nominis in vestra aula viros. Statim gavisus cogitare coepi et animum inducere non erubui, ut ad te scriberem de rebus singulis tuamque pietatem rogarem, ut tua me tandem reverentia ab his dubiis, quae meum animum praesertim in ordinatione suspensum tenent, eripere dignaretur, quia illius viri, qui recte omnium, quos sol vidit, doctissimus censeri potest, testimonium non parum mihi animi addidit. Rogo itaque tuam excellentiam per Christum, domine praestantissime, ut me audire non graveris, quia ordine subiciam, quomodo a me singula ordinationis verba et articuli sumantur.

In primo articulo secundae [1]) reformationis et ordinationis haec fere habentur verba [2]): „Doctrina novi et veteris testamenti pure et sincere ad cognitionem Jesu Christi, tum ad aedificationem proximi praedicanda est.“ Si pure, ergo sine ulla additione. Et ubi vera est cognitio Christi, ibi quoque necessario sequitur aedificatio proximi. Neque enim me contra hunc articulum egisse existimo, quia nihil unquam a me dictum esse scio, quod sane huic doctrinae repugnet. Imo propterea cum multis nobis est controversia, quod non aliam nisi hanc recipiamus et servemus doctrinam.

Sed sequitur in ordinatione principis in secundo articulo [3]): „Gades wort ys eyn eynige laer tzo der Salicheit.“ Et certe iuxta doctrinam Pauli unica ad salutem doctrina est verbum Dei, quia sacrae literae erudiunt nos ad salutem et omnia continent: fidem, spem, timorem. Estque evangelium potentia Dei omni credenti ad salutem. Itaque merito hic excludimus omnes hominum doctrinas et pomposas observationes in hac doctrina non comprehensas. Existimo

[1]) *Gemeint ist die am 8. April 1533 erlassene Erklärung zur Kirchenordnung des Herzogs Johann (vom 11. Januar 1532), zuletzt abgedruckt bei* ***Redlich*** *a. a. O. Bd. 1 S. 259.*

[2]) *Vielmehr im zweiten Artikel (S. 264 f.).*

[3]) *S. 265.*

etiam [a]), quicquid in eodem verbo Dei expressum invenero sitque utile ecclesiae Dei, mihi et omnibus piis docere licitum esse. Econtra non assumam comprobabove quicquam, cuius nullam autoritatem in sacris literis invenero, iuxta eandem ordinationis regulam. Hoc etiam est, quod Augustinus tantopere urget in diversis suis opusculis contra Donatistas et alios haereticos, ut scilicet hanc unicam doctrinam evangelii omnium episcoporum literis, conciliis et consuetudini praeponat atque ne Nicaeni concilii alioqui veneratissimi decretis se obstringi permittat, nisi autoritate canonicae scripturae comprobatum sit. Ipse etiam cum Cyrillo commentans in illum locum Johannis „Plura autem fecit Jesus, quae in hoc libro scripta non sunt, haec autem scripta sunt, ut credatis, quod Jesus sit Christus et credentes vitam aeternam habeatis“ inquit omnia in scriptis comprehensa esse, quae ad salutem sufficiunt satis. Ceremonias quidem verbo Dei non repugnantes, sed ordinis et [b]) decori [b]) causa susceptas, ut quasdam etiam Paulus Corinthiis ordinavit, non reicimus, modo fidei non officiant et contra bonos mores sint, veluti inquit Augustinus et Hieronymus. At has quidem observamus et observabimus tantum propter ordinem, interim ut hominum statuta aestimantes, quae parem autoritatem cum scriptura habere non possunt, vel cum ipsa conferri, quia Paulus suam praeceptionem consilium vocat et eam a praeceptis Domini distinguit. Sed de his ego latius in meo [c]) opusculo de traditionibus apostolicis [1]).

Tertio quoque subditur ibidem, quod scriptura interpretetur se ipsa [d]) [2]), quod et ipse Augustinus docet in libris de doctrina Christiana. Non opus est igitur alia interpretatione. Nam qui non secundum analogiam fidei scripturam unam per aliam clariorem interpretati sunt, certum est illos hallucinatos esse. Laqueum inextricabilem fecerunt scholastici scripturam, dum multos facerent scripturae sensus: tropologicum, literalem, anagogicum, allegoricum. Certum quoque est antiquos saepius et turpiter lapsos ac alterum

a) *B:* autem. b) *fehlt Leuckf.* c) *B:* eo. d) *A und B:* seipsa.

[1]) Francoforti 1555 <*Bonn UB. Frankfurt StB. München HB usw.*>.

[2]) *Über die Auslegung der Schrift hat die Erklärung S. 265 f. ausführliche Anweisungen.*

ab altero dissentiisse [!] in interpretatione scripturarum. taceo de Augustino, Hieronymo aliisque, qui a se ipsis etiam interdum dissentiunt, cuius rei ego testem habeo, amplissime domine, tuum Erasmum Roterodamum in Annotationibus novi testamenti. Quare summo iure et merito id, quod scripturae testimonio caret, ex nostra ecclesia excludimus et reicimus, veluti et in eodem quoque articulo praecipitur, ubi et de peccatis generaliter reprehendendis docetur [1]), cui praecepto [a]) si commoda adhibeatur interpretatio, meo iudicio facilis est intellectu. Nam respectu cuiusque personae nemo debet diffamari, verum quoad [b]) officium hominum certe abusus et negligentia, quae in quolibet officio et functione possunt committi, non sunt praetereunda. Sic quoque abusus doctrinae et ecclesiasticorum officiorum, tum falsae doctrinae et iudicandae et reprehendendae sunt exclusis personis, ut sciat populus discrimen verae et falsae doctrinae et omnem abusum devitet.

Porro in eodem [c]) secundo articulo [d]) iubentur hi refutari, qui apparitionibus spirituum et animarum credunt, ex evangelio, quod de Lazaro et divite quotannis in ecclesia legitur [2]). ex quo Chrysostomus probat animas redire non posse, et Augustinus ait alibi non aliunde quam ex apparitionibus probari purgatorium, nec aliunde Gregorius vel Beda purgatorium probant. Deuteron. 18. prohibetur, ne a mortuis quaeramus veritatem. Igitur hic satis liquet non ferendam esse doctrinam, quae spargitur de purgatorio in dominationibus et principatibus ducis nostri clementissimi [3]).

In tertio articulo de decalogo agitur [4]), qui explicabitur diligenter et exacte iuxta ordinationem ad cognitionem peccati, recte, ut hoc pacto [e]) sit paedagogus in Christum, quia, ut in ordinatione ibidem dicitur, lex teste Paulo iram operatur, deinde est stipen-

a) *Leuckf.:* praecepta. b) *B:* quod ad.
c) *fehlt B.* d) *B:* articuli. e) *fehlt Leuckf.*

1) *S. 266.* 2) *S. 267.*

3) *Über das Fegfeuer sagt die Erklärung der Kirchenordnung absichtlich nichts.* „Item purgatorium ut neque propugnetur neque impugnetur,“ *heißt es in einer Aufzeichnung über die Gesichtspunkte, die bei der Abfassung der Verordnung maßgebend sein sollten (Redlich S. 278 Anm.).*

4) *S. 267.*

dium et poena peccati mors, ideoque magis praedicabitur lex, ut agnitis peccatis amplectamur meritum Christi et sciamus Christum pro nostris, imo pro totius mundi peccatis satisfecisse patri et propitiationem factam, ut nos redimeret per mortem suam a diabolo redemptione aeterna inventa per victimam suam puram. Finis igitur legis et praecepti secundum apostolum Christus est. Et hic est praecipuus usus legis, quem summa diligentia et saepius inculcamus arguentes eos, qui indocte docent nos posse certa oboedientia satisfacere legi. Alii autem callidius tegunt suas ineptias dicentes nobis quidem remissa esse peccata per sanguinem Christi, sed postea accepto spiritu sancto per observationem legis nos posse mereri vitam aeternam et opera aliquid conferre ad salutem, id est ad iustificationem. Quod est contra doctrinam Pauli, qui ait, quod gratis, non ex nobis nec operibus iustificamur et rursum ait: „Nullius mihi conscius sum, in hoc tamen non iustificatus.“ Et alibi Johannes: „Si dicamus nos peccatum non habere, mendaces sumus et filii diaboli; si vero dixerimus nos peccatum habere, fatebimur nos legis transgressores et per consequens maledictioni semper obnoxios esse.“

In quarto articulo symbolum apostolicum praecipitur explicandum [1]), ubi habetur, quod natura sumus filii irae. Recte, et re vera ipsa humana natura ita est in nobis corrupta, ut, quod non velimus, faciamus et semper caro repugnet spiritui semperque simus procliviores ad malum. Quare gratia filii Dei sumus et adoptione per Christum Deo patri reconciliati, ideoque docendum est symbolum, ut omnem fiduciam ponamus in Christum, postquam in symbolo eius meritum et passio fuse explicatur. Postea etiam in eodem ordinationis articulo quaedam de fide subiciuntur, videlicet quod fides Christianorum non sit vacua [2]). Recte, quia est fiducia salvatoris et ea ultro operatur per dilectionem. Fides enim est fiducia, sic etiam illud verbum πιστεύω interdum in sacris literis sumitur neque [a]) aliter intelliguntur hi loci: „Qui credit in me, mortem non videbit in aeternum“ et rursum: „Fides tua te salvum fecit.“ Haec enim fides facit pacatam conscientiam

a) *B:* atque.

[1]) *S. 268.* [2]) dat der glouf nit ein lichtferdiger waen si.

et non talis est fides, de qua Jacobus ait, qualis in diabolo est, qualis est historica, quia daemones credunt et contremiscunt. Quod autem Jacobus dicit iustificatum esse etiam ex operibus Abraham, non refertur ad iudicium Dei, quasi ibi per opera iustificatus constiterit. Quod si verum fuisset, non gavisus fuisset videndo diem Domini, et psalmus ait: „Ne intres in iudicium cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tui omnis vivens.“ Ergo quod in Jacobo de Abraham dicitur „iustificatus est“, id est approbatus, ex operibus iuxta illud Luc. 7. „Et publicani iustificaverunt Jesum“ intelligitur. Cum autem sit spiritus sanctus in credentibus et operetur semper, necesse est, ut fidem sequatur odium peccati et spontanea oboedientia erga verbum Dei. Itaque Paulus distinguit opera spiritus ab operibus carnis. Sic interim operatur fides per dilectionem, non quod dilectio una et simul cooperetur, quantum ad iustitiam attinet, sed quod testimonium sit iustificationis et acceptationis spiritus sancti. Licet omnis fides nihil dicatur esse a Paulo sine caritate, tamen non sequitur, quod illa operetur iustitiam aut formet eam, quia fides operatur per caritatem, non tamen iustificat per caritatem, sed apprehendit solum Christum. Fides est causa instrumentalis sive applicans sive [a]) apprehendens, verum efficiens nostrae iustitiae est solus Christus. Quod deinde ad nostra opera attinet, sic se res habet: veluti fides Christi erga nos caritatem experitur, sic et ea se per caritatem erga alios exserit. Cum autem fides operatur per caritatem erga proximum, tunc id tamquam sibi factum reputat Christus, qui corporis sui ecclesiae caput est, Ephes. 4., ut intelligamus non meritum sed testimonium gratitudinis tantum esse opera [b]), Matth. 25. Quis enim Christo pares potest referre grates? Pii [c]) quoque exercebuntur in tribulatione, ut maneant in timore Dei et ut filii Dei ducantur spiritus, ne sit libertas carnalis. Omnes enim sumus reges spirituales [d]), at tales [e]), qui per Christum dominabimur peccatis, morti, carni et mundo, ne [f]) ea regnent [g]) in nobis.

In quinto articulo iubetur explicari oratio dominica, sub qua

a) *A:* et. b) *fehlt B.* c) *Leuckf.:* Sic. d) *fehlt B.* e) *Desgleichen.* f) *Der Rest des Satzes desgleichen.* g) *Leuckf.:* regnet.

dicitur ibidem, quaecumque nobis necessaria sunt, comprehendi[1]). Bene, et omnia impetrabimus[a]), si oremus in nomine Christi patrem. Postea[2]) ibidem verus sanctorum cultus constituitur imitatio eorum, videlicet ut discamus noscere fidem ac patientiam sanctorum ac orationes cum fiducia in vera humilitate factas. Ideoque merito sunt culpandi, qui tristitia afficientes sanctos potius quam honorantes, veluti ait Augustinus, mortuos sanctos invocant ac merito Christi detrahunt, qui unicus est noster mediator et advocatus apud patrem. Neque hanc superstitionem novit ecclesia primitiva, quae venerabatur quidem sanctos, non invocavit nec adoravit, ut sunt testes Hieronymus et Epiphanius.

In sexto articulo scribitur[3]), ut exorcismi et stipulationes et obligationes ac simul preces recitentur usitata lingua, et ut his catechismi partes addantur. Et recte illae Germanice ad aedificationem plebis peraguntur, quibus adiungitur admonitio, qua populum docemus de usu, fructu et fine baptismi et quid sit baptismus[4]). Nihil in ordinatione[b]) de chrismate dicitur, nec illud est Christi aut apostolorum institutum. Igitur omittimus istam ceremoniam. Erasmus in libro de tabernaculo docet hoc chrisma non ab apostolis, sed a patribus inventum[5]). Ideo a multis Fabiano tribuitur.

In septimo articulo haec habentur verba[6]): „Das men myt hogesten flieth lere", quod sit in sacramento altaris verum corpus et sanguis Christi et sumatur, deinde quod et utilitatem huius sumptionis explicare debeant parochi et unitatem quoque in sacramento hoc significatam inculcent, quia gratis, ut ibidem legitur.

---

a) *B:* reputabimus. b) *B:* de ordinatione et de.

[1]) in wilchem alle notturft eines idern Christen verfaßt. *S. 269.*

[2]) *S. 275.*

[3]) *Diese Bestimmung finde ich nicht, und Hamelmann scheint sie hineininterpretiert zu haben.*

[4]) *S. 269 f.*

[5]) De puritate tabernaculi sive ecclesiae christianae per Des. E r a s m u m Roterod. cum aliis nonnullis lectu non indignis. Basileae, in officina Frobeniana an. M. D. XXXVI. *<Münster UB>, Bl. g 3b:* Unctus es in baptismo, unctus es in sacramento confirmationis, illic ad sacerdotium, hic ad praelium. Olim simplici aqua tingebantur, chrisma addidit patrum autoritas.

[6]) *S. 270.*

nobis dimittit peccata et quotidie nos recipit pater propter filium. Recte, ideo in ipsa etiam actione passio Christi, gratiarum actio ac utilitas passionis tractari debet, idque non solum eo tempore, quando omnes communicant, sed etiam quando alii quidam communicant. Haec in eo articulo ad verbum fere habentur. Haec me omnia observare diligenter credo, qui populo haec exhibeo adhortationibus multis, quia, ut d. Philippus in literis ad nos datis scribit [1], Dominus non vult tantum externum ritum oculis exhiberi, non vult mutos gestus esse, sed fieri recordationem suorum beneficiorum et invocationem et gratiarum actionem. Et sic nos omnia secundum institutionem Christi agimus docentes tam veraciter corpori Christi et sanguini nos participari quam pani et vino, quia vere adest in coena et est efficax in sumente. Nam veluti vita haec corporalis existit sustentatione cibi et potus, ita quoque internus homo [a]) corpore et sanguine Christi sustentatur vegetaturque, quia, ubi est remissio peccatorum, ibi quoque est iustitia et vita aeterna, et ita sunt coniuncta illa, ut alterum ab altero non separetur, quia morte sua vitam aeternam nobis promeruit, sanguinis vero effusione peccatorum remissionem, ideoque separatim iuxta institutionem Christi et clarissimam Pauli explicationem ad Corinthios corporis et sanguinis sacramentum est porrigendum, ne putemus nos per opera nostra habere vel [b]) per illud externum sive aliunde remissionem peccatorum habere et iustitiam consequi, sed tantum per sanguinem Christi, si credamus nos per ipsum dicente Johanne ab omni peccato mundari. Et haec clarius refert prima ordinatio ab eodem principe celebris memoriae Joanne, duce [c]) Cliviae et Juliae, edita in octavo articulo [2]), ubi praecipitur, quemadmodum et in posterioribus articulis, ut doceatur diligenter in sacramento altaris esse et sumi corpus et sanguinem Domini vera fide. Itaque utrobique expresse annotatur et esse et sumi in sacramento utrumque, id est et corpus et sanguinem. Ergo necesse quoque est, ut separatim unum

a) *B:* anima nostra. b) vel *bis* habere et *fehlt Leuckf.*
c) *A und B:* ducis.

[1]) *Der Brief wird von Hamelmann am Schlusse dieses Abschnittes mitgeteilt.*
[2]) *Redlich S. 249.*

quodque, imo utrumque iuxta institutionem Christi sumatur a Christianis. Non sunt enim audiendi sophistae, qui ratione utentes naturali de concomitantia nugantur, quasi magis ad rationem et intellectum, qui in his rebus captivandi sunt, quam ad institutum Christi et Pauli doctrinam, qui omnes homines calicis participes facit, respiciendum sit. Imo si maxime iuxta illorum rationem esset sanguinis concomitantia in corpore, tamen ex illa concomitantia non potest sanguis bibi iuxta Christi dictum, qui ait „accipite", et porrecto calice dicit „bibite ex hoc omnes". Vult enim bibi Christus et ex calice suum sanguinem ore separatim hauriri, non in concomitantia sub pane tantum sumi. Chrysostomus scribit in actione huius coenae non esse discrimen sacerdotum et aliorum. Praeterea habemus consensum et testimonium ecclesiae, quia hic usus ex omnibus orthodoxis patribus, qui a tempore apostolorum usque ad Thomam Aquinatem fuerunt (qui Thomas si non institutor[a]) huius mutationis, certe approbator fuit, veluti alias quoque multas superstitiones et obscuritates in ecclesiam Christi introduxit, quibus merito detrahitur) copiose probari et defendi potest. Non dicam etiam de conciliis, papis Romanis et historiis, quorum omnium copia tanta est in commendando usu calicis singulis, tam laicis quam presbyteris, ut ex septem conciliis et quatuor historiis et octo Romanorum pontificum decretis hic ritus ecclesiis primitivis usitatus cognoscatur. Quid dicam de multis hymnis ecclesiasticis, quid de Julio, Romano papa, qui ne intinctam eucharistiam pro complemento calicis habere voluit[b]) sumendam populo, sed utrumque iuxta institutionem Christi exhiberi voluit. Gelasius eos, qui alterum in hoc sacramento negligunt, sacrilegii accusat, quamquam hoc inepte ad sacerdotes torquennt. Sed quid respondebunt isti, quando audiunt Leonem I. omnes condemnare sacrilegii et Manichaeis comparare tam laicos, quam presbyteros, qui a calice sacri cruoris[c]) abstinent. Manichaeos enim, qui non omnes presbyteri et sacerdotes sive ecclesiarum ministri fuerunt, redarguit, quod ore indigno corpus Christi sumpserint, sanguinem[d]) vero redemptionis nostrae haurire declina-

a) *Leuckf.:* institor. b) *Leuckf.:* volunt.
c) *Leuckf.:* crucis. d) sanguinem *bis* declinaverint *fehlt B.*

verint, in sermone quarto quadragesimali. Itaque et facile refutantur, qui contrarium adferunt. Deinde ex his et multis aliis satis liquet, quod non aliter possint verba ordinationis principis intelligi, quam nos intelligimus.

De confessione quod ibi dicitur [1], observamus diligenter, ut alia quoque observatu [a]) utilia. Singulorum conscientias diligenter consolamur et cognitis vulneribus medicinam adhibemus.

In nono articulo, ubi agitur de quibusdam ceremoniis [2], recurrimus ad priorem, ut per illum hic exponatur. Nam ceremonias conformes verbo Dei ordinisque ac decori causa susceptas non reicimus nec eas contemnimus vel negligimus, quae incitationes sunt ad vitam meliorem iuxta Augustinum vel ad religionem tuendam utiles, modo non repugnent verbo Dei, et has explicamus per scripturam, ut nihil his, omnia scripturae deferamus. Quae vero scripturae non sunt conformes, suscipi non possunt [b]). Quod ibidem de sepultura et discessu fratrum scribitur [3], diligenter observatur et observatu dignum est, scilicet ut adhibitis honestis ceremoniis corpora sanctorum sepulturae dentur.

Qui in decimo articulo traditur [4], hunc verum ieiuniorum usum, scilicet veram abstinentiam, praedicamus et docemus quotidie ista ex scriptura et patribus comprobantes.

Omnia summatim complexus sum hic, quae in principis ordinatione fusius habentur, et deinde subieci, quomodo a me singula sumantur. Puto autem me secundum doctrinam verae ecclesiae ex scripturae patrumque consensu ea intelligere capereque, quamquam non sim nescius Augustinum, absolutissimum ecclesiae doctorem, quo peritior alter non fuit, paratum fuisse nec erubuisse, ut a puero doceretur, quod similiter in decretis de omnibus episcopis traditur distinctione 38., capite „propter" [5]. Quanto igitur magis ego me tuae celsitudini non tantum propter autoritatem, qua plurimum vales, verum etiam propter eximiam et haud vulgarem eruditionem ac in rebus singulis recte dignoscendis

a) *Leuckf.:* observari. b) *Leuckf.:* possint.

[1]) *S. 271 f.* [2]) *S. 273 f.* [3]) *S. 275 f.* [4]) *S. 276.*

[5]) Propter opprobrium senectutis a parvulo et minimis non erubescat discere episcopus.

iudicium arduum me submittere debeo, ut cognoscam, num[a]) etiam recte sentiam in explicandis ordinationis nostrae verbis, partim etiam ex eo libentius subeo tuam censuram, quod sim subditus tuus. Neque enim existimet tua praestantia me ideo quaedam testimonia ex scriptura et patribus adduxisse, ut vellem illustrare ordinationem principis, vel tuam eximiam eruditionem instituere, quae per se instructissima est et optime intelligit religionem nostram teste Philippo, sed ut ego iuxta dictum Petri redderem coram te rationem fidei meae atque ostenderem me nondum scire adhuc, quod ordinationem principis transgressus sim. Nam primo cum hic legitime a capitulo vocarer, oblata est mihi reformatio principis, quam equidem ab initio non aliter intellexi, quam nunc interpretor, quoniam non existimo (nisi fallar) rectius et commodius posse illam explicari secundum proportionem fidei, consensum scripturae evangelicae, conciliorum patrumque antiquorum in ecclesia, quam a me factum est, tametsi labi possim et ideo instructionem petam.

Itaque meas, quas tibi obtrudo ineptias, boni consule, domini clarissime, et in hac petitione non tam mihi, quam toti ecclesiae Christi obsequium praestet tua humanitas, ut tandem habeamus dexteram et commodam ordinationis explicationem.

Finis epistolae.

Hanc epistolam accepit Vlattenus, sed nihil respondit, quia paulatim suis calumniis suffundere frigidam tentabant canonici. Ideo dixerat interdum Vlattenus me arrogantem esse, quod vellem reformare et corrigere ordinationem principis a magno illo Erasmo Roterodamo approbatam[1]). Etsi vero interea consequor conditionem et vocationem in urbe Susato opera Erasmi Wegenhorstii[2]), qui ibi tunc solus papatum impugnabat et evangelii doctri-

a) *Leuckf.:* nunc.

[1]) *Über die Befragung des Erasmus vgl.* ***Wolters*** *a. a. O. S. 67 f. und* ***Redlich*** *a. a. O. S. 255 und 278. Erasmus äußert sich in dem Briefe an Vlatten vom 25. Juli 1533 (Leidener Ausgabe der Opera Bd. 3 Sp. 1758 f.). — Daß seine lutherische Auslegung der Kirchenordnung der klevischen Regierung nicht genehm sein konnte, hätte sich Hamelmann von vornherein selbst sagen können.*

[2]) *Vgl. über ihn später unter Soest (W 1120).*

nam propagabat verumque sacramentorum usum ordinabat, tamen conscientiae causa non potui nostros deserere, nisi vi pellerer.

Cum vero multoties a capitularibus vexarer, quasi ordinationem principis transgressus essem, et hoc aliquoties satrapae et senatui proponerent atque accusarent me, veluti is essem, qui meam propriam obligationem transgressus essem, ideo me recte dimitti debere censerent, ecce, cum istos adiunctis civibus mihi ob veram doctrinam favere cognoscerent, aliud consilium excogitant. „Quia promisisti" (dicunt) „te rationem velle reddere tuae doctrinae et religionis, quod etiam decet evangelicos iuxta Petrum, coram quovis, ideo hortamur te, ut nobiscum proficiscaris in aulam principis et ibi rationem reddas doctrinae tuae." Ego, ne dicerer fugere lucem, eram paratus et quamquam scirem ipsos non sine muneribus quosdam corrupisse et scriptis mendacibus me calumniatos esse, tamen conditionem non detrectavi. Ita duo socii ex capitularibus mihi dantur decanus Antonius Vehemeierus et Jodocus Hanebomius [1]) canonicus. Isti equites, ego pedes in nomine Domini cum Joanne Holschero secretario Bileveldensi [a]) ingressus sum iter, et mihi communicarunt honestum testimonium vitae et doctrinae consules et senatus Bileveldensis atque deinde orarunt vehementer in istis literis principem suum, ut, postquam in vicinis urbibus Hervordiae et simul Lemgoviae et in comitatibus Lippiae et Ritbergae doceretur evangelium pure, canerentur psalmi Germanici et sacra publice celebrarentur, atque nunc ita assuefactum populum et oppidanos Bileveldenses ad istam formam, ut nec possint ad alias vias et ritus duci, et imprimis omnes mea concione et diligentia pioque exercitio, quo etiam iuventus in catechismo instruatur, delectari, itaque omnes petere supplices, ut dignetur ipsos clementer exaudire et me ferre doctorem in sua ecclesia.

a) *H und W:* ut recte per psalmistam dicatur: Hi in curribus et equis, **nos autem in nomine Domini.**

[1]) Judocus Hanenboum clericus Pad. dioc. *wurde am 15. Januar 1541 vom Herzoge zu einer Präbende an der Bielefelder Stiftskirche präsentiert (Liber praesentationum I im Staatsarchiv Düsseldorf). Er starb vor dem 20. Februar 1557 (ebenda).*

His literis munitus ingressus sum iter. Venientes Dusseldorpium cum intelligeremus ibi non agere principem Juliae et Cliviae Wilhelmum, clam discedunt ex hospitio in aulam ad cancellarium Vlattenum mei adversarii et cum ibi diu haesissent et formam me forte prodendi probe[a]) ab ipso cancellario didicissent atque is credens sine dubio illorum calumniis et mendaciis mihi fieret infensior (ut solent papistae cito succensere Lutheranis) et eis literas communicaret, puto imprimis ad Gerhardum Juliacum[1]), ut commode ipsi clementer audirentur, ego econtra vehementius et durius exciperer, tamen reversi ex aula aiunt se didicisse et cognovisse, ubinam locorum sit princeps, ideo nos oportere sequi principem agentem in Bensborg Venientes simul Bensburgum mei adversarii facilem habent ad secretarium Gerhardum Juliacum aditum et cum illo per aliquot horas clam agunt et loquuntur me interea diu obambulante, donec inciderem in Georgium a Boenen iuniorem (qui hodie est satrapa in Wetter). Is facilis erat in suscipiendis senatus Bileveldensis literis commendaticiis eisque principi offerendis, sed postea obscure et tectis verbis is indicabat suffusam frigidam esse.

cf. W 837. Tandem[b]) duo emissarii ex aula Bensburgica prorumpunt.

---

a) *fehlt B.*

b) *H und W:* ... venit ex arce ad Hamelmannum principis Juliaci consiliarius d. Carolus Hastius quaerens, an esset membrum et professor Augustanae confessionis. Respondit se esse. Mox regerit Hastius: „Das nimmt mein gnädiger Fürst und Herr mit Ungnaden auff, daß ihr ohne Ihrer F. G. consens solche Lehr habet in I. F. G. Land wollen einführen.“ Respondit Hamelmannus se legitime vocatum esse a capitulo et ita inter ipsum et capitulares contractum, ut omnia, quae posset ex verbo Dei aperte demonstrare, libere proponeret, et sic exhibuit copiam transactionis Hastio. Qui regerit: „Ergo tu omnia in Augustana confessione comprehensa censes in verbo Dei haberi et ex eo probari posse?“ „Imo“, ait iste, „probari possunt.“ Mox regerit Hastius: „Anne tibi ignotum est, quod ante annos undecim manu et sigillo fidem dederit Caesari princeps noster se permansurum in Romanae ecclesiae religione et non accessurum ad sententiam Augustanae confessionis? Quomodo ergo te ferre poterit?“ Hamelmannus ait: „Licet dandum sit Caesari, quod est Caesaris, et Deo, quae sunt Dei, tamen Domini est terra; ipsi committo me et

---

[1]) *Gerhard von Jülich, Scholaster zu Heinsberg, herzoglicher Sekretär, gestorben 1575. Vgl. über ihn die Zeitschrift des bergischen Geschichtsvereins an verschiedenen Stellen (Register von O. R. Redlich, 1900).*

nempe Carolus Hastius [1]) (qui se dicebat doctorem) et Gerhardus Juliacus secretarius. Illi duo convocant adversarios meos et me atque tandem faciente verba Carolo Hastio sic me adoriuntur. „Atque hoc a te, concionator" (aiunt) „indigne fert princeps, quod eius ordinationem transgressus sis et aliter pro tuo sensu velis torquere eam, atque illa a principe et suis est pro catholica doctrina intellecta. Se tamen promittit nunc velle in gratiam senatus Bileveldensis, qui pro te intercessit in scriptis, te remittere Dusseldorpium an die heimgelassen Rhete, ut ibi examini sistaris." „Et quod ad me attinet", (dicit Hastius) „te hominem Augustanae confessionis, quam non admittit princeps noster, hic in aula nostra comparere et velle hic tuae istius novae doctrinae suffragia petere, miror."

Ego modeste respondi me non esse transgressum ordinationem principis nec torsisse verba eius, sed humiliter aliquando petiisse liberalem declarationem istius nec quoque me exspectasse tale ab huiusmodi prudenti homine (ignorabam enim ipsum appellari Carolum Hastium, nisi alii viri boni indicarent) responsum, qui ita doctrinam Augustanae confessionis extenuaret et tam imprudenter, cum tot docti et tot heroes ac eximii viri eam comprobarent, laceraret. Deinde haec subieci verba: „Ego pie omnia in meo ministerio egi et aedificationem plebis et gloriam Christi quaesivi atque voco ea in re testes omnes oppidanos urbis Bileveldensis." Sed Carolus Hastius dixit: „Reppet euch nach Dusseldorff, dar solt ir wol wyter bescheit bekomen."

meum negotium." Hastius iubet Hamelmannum, qui ei tradiderat literas senatus Bilefeldensis offerendas principi, exspectare, et post horam redit Hastius cum Gerhardo Juliaco, secretario ducali, et ait: „Obwol ihr befühen haben unsers G. F. und Herrn Meynunge gehört, dennoch um des Rahtes Ihrer G. Stadt Bielfelt fleissige für euch geschehene Schreiben will Ihre F. G. euch mit euren Wiedertheil an I. F. G. heimgelassene Räthe gen Düsseldorf hingeweiset und remittiret haben, da solt ihr weiters Bescheides zu erwarten haben, da möget ihr euch hin machen, und darmit habt ihr euren Bescheid." Ad haec Hamelmannus: „Sicut Domino in coelis placuit et placet, ita factum est et adhuc fit; sit nomen Domini benedictum."

[1]) *Dr. Karl Harst, herzoglicher Rat (Zeitschrift des bergischen Geschichtsvereins Bd. 1 S. 8f., 4 S. 365ff., 6 S. 119—122, 136f., 15 S. 129f.) und Redlich Bd. 1 passim.*

Ita [a]) recurrimus Dusseldorpium. Ibi [b]) ego vocatus ad aulam sistor examini, et me coepit examinare Arnoldus Bomgardus pastor Wassenburgicus [1]) in praesentia Vlatteni et aliorum.

Collatio [2]) Hermanni Hamelmanni in aula principis Juliaci cum pastore Wassenburgico, cuius nomen est Arnoldus Bomgardus, facta Dusseldorpii ducatus Montani eo tempore, cum exigeretur iussu Wilhelmi principis, ut ferebatur, ratio fidei ab Hamelmanno in praesentia Vlatteni cancellarii die 14. Augusti anno 1555. [c]) ante prandium.

Pastor [d]) Wassenburgicus: Domine mi, ad hoc deputati sumus [e]), ego et mei assidentes, ab illustrissimo et clementissimo principe

a) *H und W:* Dusseldorpii cum se sisteret Hamelmannus, tandem in aulam 14. Augusti mane vocatur et diriter [!] excipitur, quod contra ordinationem principis ante multos annos publicatam et ab ordinibus olim receptam egisset. Regerit ille se nihil contra ordinationem egisse, si commode intelligatur, quemadmodum intelligendum putet, quod etiam scriptis ad magnificum cancellarium d. Joannem Vlattenum, virum nobilem et doctum, datis declaravit. Retorquent consiliarii: „Ordinationem ducalem tuo arbitrio et sensu interpretaris, non iuxta sensum principis, suorum consiliariorum et catholicae Romanae ecclesiae. Ideo haec inique fert princeps. Ne tamen diu tecum rixemur, haec est mens et sententia nostri illustrissimi et clementissimi principis, ut te examini coram nobis subicias et te propterea, cum iactites te velle coram quovis reddere rationem fidei et doctrinae tuae, debes respondere ad interrogata huius eius celsitudinis theologi praecipui et aulici concionatoris." (Hic erat M. Arnoldus Bomgardus, pastor Wassenburgicus et scholasticus canonicus Dusseldorpianus.) Respondet Hamelmannus se doctrinae suae summam iam dudum in scriptis exhibuisse d. Vlatteno cancellario, qui tunc praesens aderat, et si quid in ea desideret, ut hoc explicet, quo illud commode defendat aut latius declaret. Respondetur Hammelmanno istud scriptum esse privatum et ad unum contextum, nunc opus esse, ut publice respondeat, quod facere non detrectavit. Wassenburgicus pastor, ille Bomgardus, erat sacerdos opimis beneficiis dives et papista spinosus, qui acriter papistica argumenta in omnibus locis, qui inter eos in controversiam veniebant, urgebat et multas acutas quaestiones proponebat Hamelmanno, qui ex locis communibus Philippi et Augustana confessione eiusque apologia ad omnia ista ordine et perspicue respondit pleraque in certa argumenta redegit et ad formam respondit.

b) *B:* ubi.

c) *In A später geändert zu* 1554, *B:* 1555.

d) *In H und W nur kurze Inhaltsangabe.* e) *B:* deputatus sum.

[1]) *Scholaster in Düsseldorf (dieselbe Zeitschrift Bd. 23 S. 188, 190).*

[2]) *Das folgende Verhör (nicht Religionsgespräch oder Disputation, obwohl es auch Hamelmann selbst so bezeichnet) ist auch, aber ziemlich mangel-*

nostro, ut tecum de religione conferremus explorantes, cuius sis[a]) doctrinae et sententiae in his variis tumultibus sectarum[b]). Itaque hoc mihi ignoscas. Nam non animo disputandi id faciemus, sed ut fratres amice colloquemur.

Hamelmannus: Tametsi ego, domine observande, fidei et doctrinae meae confessionem satis manifeste exhibuerim d. Vlatteno cancellario epistola aliqua missoria, tamen, cum ita princeps exigat et tibi visum sit, libenter tecum de religione conferam, licet non praemeditatus huc accedam, etiam absque ullo libro. Itaque et ego veniam peto, si forte imprudentius aliquid effutirem.

Pastor Wassenburgicus: Nihil hic de privatis epistolis! Oportet nos hic negotium principis exequi. Primo igitur de libero arbitrio agemus, et quaero ex te, quid sentias et doceas de libero arbitrio.

Hamelmannus: Nullum est arbitrium ad causam salutis recte cognoscendam homini post lapsum. In malo quidem[c]) liberum arbitrium efficax est in nobis, quia sumus promptissimi[d]) ad malum.

Pastor Wassenburgicus: Cur igitur toties scriptura in prophetis habet: „Si volueritis poenitentiam agere et convertere vos ad me, salvi eritis“?

Hamelmannus: Huiusmodi loci sunt de consensu hominis intelligendi, qui[e]) spiritu sancto excitatur. Nisi enim sumus dociles, ut ait Melanchthon, et voluntate ultranea (ultranea, id est quae prius a spiritu sancto sit excitata) assentiamur verbo Dei

a) *Leuckf.*: sit. b) *Leuckf.*: secturum.
c) *So in A geändert für* vero. *B:* vero. d) *A und B:* promissimi.
e) „qui spiritu sancto excitatur“ *in A eingesetzt für:* „(Hoc intellige lector de consensu hominis, qui movetur Dei spiritu et quem ille trahit.)“ *B hat letzteren Satz.*

haft, bereits bei Leuckfeld a. a. O. S. 187—209 abgedruckt. Eine deutsche Übersetzung gab W. Rotscheidt in seinen „Monatsheften für rheinische Kirchengeschichte“ Jg. 3 (1909) S. 193–216. Er hat aber manche Stellen verfehlen müssen, weil er nicht auf die Handschriften zurückgegangen ist, sondern nur den fehlerhaften Text Leuckfelds vor sich hatte. Auch die einleitenden kritischen Bemerkungen zur Chronologie (S. 193 Anm. 1 und 2) sind falsch. Das Jahr 1555 für das Religionsgespräch und Hamelmanns Entlassung steht fest. Sein Wirken in Bielefeld hatte ein Jahr gedauert, also seit August 1554. Vorher war er in Wittenberg, im Winter 1553/1554 in Emden, wo er mit Laski (Rotscheidt a. a. O. Anm. 2) zusammentraf. Vgl. auch oben S. 210 Anm. 2 und S. 233 Anm. 1.

illudque oblatum amplectamur, sequitur despectus et induratio, ut Dominus sinat nos indurari cum Pharaone, ut peccatum peccato puniatur iuxta Pauli sententiam ad Romanos. Sic conqueritur de Judaeis Christus spernentibus oblatam gratiam salvatoris: „Vos noluistis, alioqui volui vos tamquam pullos gallina congregare." Nam illi petierunt signum a coelo non contenti aliis praeclaris signis.

Pastor Wassenburgicus: Tamen Deus est omnipotens, cur ergo illos non convertit?

Hamelmannus: Fateor quidem Deum velle omnes homines salvos facere [a]), ut inquit Paulus ad Timotheum: „Neque vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat." Tamen ille non est in [b]) causa, quod oblatam gratiam spernant, alioqui enim non voluisset iis offerre gratiam, sed eorum induratio et contemptus in causa est, quem fieri permittit. „Qui non credit, iam iudicatus est", inquit Christus. Ergo incredulitas, quae venit ex obstinata mente, in causa est, quod fide non oblatam [c]) gratiam suscepimus. Seminator emittit semen suum non propterea, quod illud mittere velit in viam vel inter spinas, sed in terram bonam, ut fructus recipiat. Interea fit per loci importunitatem et flatum ventorum, ut praeter eius propositum dirigatur aliquid in viam et inter spinas cadat. Atque haec similitudo satis declarat, quae sit in rebus spiritualibus agnoscendis voluntas Dei. Optat seminator, ut omne semen cadat in frugiferam terram; interim scit quoddam casurum esse in viam eventu et casu quodam. Sic diaboli opera saepe concio impeditur in nobis, ne quicquam fructus in nobis faciat, licet sit audita. Videndum igitur est, ne oblatam gratiam spernamus et intus pulsantem spiritum et moventem cor per verbum contristemur, sed ut obviis ulnis amplectamur talia media agnoscentes fidem esse ex auditu, deinde ut verbo Dei audito assentiamur et amplectamur id.

Pastor: Si accedit nostra voluntas, ergo aliquid accedit ex nobis.

Hamelmannus: Quid est illud dicere? Antequam assentiri queamus, prius offertur illa gratia externo auditu verbi et interno motu spiritus. Ideo non prius possumus amplecti vel praebere voluntatem eidem, nisi ita oblata sit et spiritus sanctus nos intus ad consentiendum moveat. Ideo ex carnis voluntate nihil accedit.

a) *B:* fieri. b) *fehlt B.* c) *B:* obolitam.

Pastor: Ergo nostrum[a]) meritum nullum est. Sed quid sentis de merito?

Hamelmannus: Merita sanctorum sunt dona Dei, ut ait Augustinus. Neque enim praemia aliqua in scriptura exstant, quae ex merito sint, sed ex promissione.

Pastor: Ergo nihil meremur. Tamen Dominus dixit: „Observa mandata, si vis ad vitam ingredi."

Hamelmannus: Itaque distinguamus promissiones legis et evangelii. Legis enim promissio pendet ex conditione. Si observaremus mandata perfecte, quae nemo observat, tunc ex lege esset meritum. Interim[b]) nemo legi satisfacit per se. Porro evangelica praemia sunt ex promissione gratuita, ergo neque inde verum venit meritum. Et Dominus inquit: „Si fecerimus omnia, tamen dicemus nos servos esse inutiles." Qui vero se esse inutilem praesertim coram Deo fatetur, is non dissimulat, sed ex corde revera fatetur id ita esse. Nam coram Deo nihil[c]) simulate dicendum erit.

Wassenburgicus: Sola igitur fide iustificantur homines, si nullum est meritum.

Hamelmannus: Ita, sola.

Wassenburgicus: Sed qua auctoritate id docebis, cum tamen non possit doceri ex sacris litteris particula „sola".

Hamelmannus: Aequivalentia et aequipollentia apud dialecticos eadem est. Cum igitur Paulus dicit nos non habere iustificationem nisi per fidem in Jesum Christum, quid aliud vult nisi sola nos fide iustificari dicere? Sic et alibi ait[d]): „Non est potestas nisi[e]) a Deo", id est a solo Deo est potestas omnis. Deinde Paulus loquitur, quod gratis iustificemur, et ubique dicit de gratia, ut sit firma promissio, ideo ex fide gratis.

Pastor Wassenburgicus: Tamen Johannes inquit[f]): „Qui facit iustitiam, is iustus est."

Hamelmannus: Ibi Johannes non vult dicere nos factis iustificari tamquam ex opere, sed ut testemur nos esse iustos factis

a) *fehlt Leuckf.*
b) *Die beiden folgenden Sätze fehlen B.*
c) *Leuckf.:* mihi.
d) *Das fehlende* ait *in A später eingefügt, fehlt B.*
e) *Leuckf.:* mihi. f) *Leuckf.:* dicit.

iuxta illud: „Facite fructus dignos poenitentia“ et „Arbor bona bonos profert fructus“.

Pastor Wassenburgicus: Haec est tua interpretatio, et non patrum.

Hamelmannus: Imo antiquissimorum haec est interpretatio. Nam si ita intelligendum esset, ut facta et opera nos facerent iustos atque inde penderet iustificatio nostra, mox sequeretur Johannem in eadem canonica contraria scribere. Nam propitiationem nostram facit Christus. Idem Johannes dicit nos non esse sine peccato: qui vero peccat, ex diabolo est. Quomodo igitur nos peccatores et diabolici ex factis habere iustitiam possumus? Quare [a]) hoc vult Johannes, ut testemur fidem nostram opere eamque factis exerceamus. (Sed hic observetur, quod [b]) non esse sine peccato et facere peccatum, differant, quia facere peccatum est voluntarie et destinate et contra conscientiam agere. Non sine peccato esse dicitur de electis, in quibus reliquiae peccatorum manent. Hic igitur a me non est commode responsum, interim tamen non impie.)

Pastor Wassenburgicus: Si igitur opera non prosunt, cur toties scriptura dicit de caritate et misericordia, veluti: „Beati misericordes, beati pauperes, quoniam misericordiam consequentur“, item „Venite benedicti patris mei, quia me nudum vestiistis, esurientem pavistis“? Ibi [c]) inquit: Quia hoc fecistis, ergo ex factis reputatur vita aeterna aliquo modo.

Hamelmannus: Ex istis dictis non potest probari, quod ex factis, tamquam ex debito consequamur vitam aeternam. Primo hos pronunciat Christus beatos, qui pauperes sunt spiritu sibi nihil tribuentes, sed cor contritum et humilitatum habentes, quoniam inquit: „Illorum est regnum coelorum.“ Illi [d]) enim [e]) suscipiunt evangelium, qui agnita sua fragilitate Dei gratiam agnoscunt et amplectuntur. Ad hos pertinet regnum coelorum. Non autem dicit: propter pauperiem habent isti regnum coelorum. Idem de lugentibus ibidem dicitur: „Qui deplangunt peccata sua, hi accipiunt consolationem evangelii.“ Item qui esuriunt iustitiam sen-

a) *Dieser Satz fehlt Leuckf.* b) *fehlt Leuckf.*
c) *Leuckf.*: Ideo.
d) *Das Folgende bis* Idem de lugentibus *fehlt B.* e) *Leuckf.*: non.

tientes famem suam, hi enim respiciunt Christum panem vitae et saturantur, unde beati sunt. Mox sequitur: „Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.“ Posterius est hic praeponendum. Nam ideo sunt misericordes, quod sint certi se misericordiam consecuturos. Hoc ex fide habent per Christum. Igitur[a]) illa persuasio fuit prius, et alterum sequitur tamquam fructus. Iniquum enim esset illos esse cum hominibus huius mundi et divite epulone feros, qui misericordiam expetunt. Et mox: „Beati mundi corde.“ Cor hominis malum est ab initio, ergo nemo potest habere illam mundiciem, nisi a Christo per spiritum sanctum, ut in actis legitur: „Is purificavit corda nostra.“ Sequitur: „Erit merces vestra copiosa apud Deum.“ En vides praemium ex promissione. „Copiosa“ inquit, non „pro merito“. Porro quod ex eodem Matthaeo producitur: „Me nudum vestiistis; venite patris mei benedicti“, id minime de merito intelligi potest. Quod enim proximo facimus, Christo facimus. Nunquid ab illo aliquid meremur, qui nobis vitam suam impendit? Minime! Quod ergo proximo facimus, fit ipsi Christo ex mera gratitudine. Hoc satis clare textus ibi docet. Adde, quod dicatur ibi regnum Dei ipsos accipere gratis, videlicet quod eis praeparatum sit ab initio. Non dicitur ibi, quod hoc promeruerint.

Pastor Wassenburgicus: Quid ergo doces de operibus?

Hamelmannus: Dixi in renatis spiritum sanctum esse, qui id efficit, ut sit ibi odium peccati et spontanea oboedientia, quae tamen propter carnem adhuc remanentem non potest esse perfecta. Illa vero opera, licet imperfecta, placent tamen propter Christum suntque testimonia nostrae conversionis[b]) et[c]) fructus fidei, quibus testemur nos Christum induisse atque manifeste commonstrant[d]) nos in vera luce esse et in uno corpore, cuius caput Christus est, nos viva membra esse, ut nos tamquam mutua membra diligamus. Idque propter honorem capitis faciamus. Sunt ergo opera nostra bona et testimonia vel[e]) fructus fidei et signa gratitudinis erga Christum.

Pastor: Progrediamur ad sacramenta. Quot facis numero sacramenta?

a) *Leuckf.:* Ideo. b) *A und B:* conversationis.
c) et *bis* atque manifeste *fehlt Leuckf.* d) *Leuckf.:* monstrant. e) *B:* et.

Hamelmannus: Proprie loquendo de sacramentis et absolute respectu institutionis Christi duo sunt, nempe baptismus et eucharistia, quae habent expressam institutionem.

Wassenburgicus: Non habet poenitentia vel absolutio institutionem?

Hamelmannus: Habent quidem apostoli mandatum et reliqui ministri ecclesiae, cui hoc commisit Christus, dimittendi peccata et detinendi, sed ideo non mox sequitur sacramentum esse, cuius cum in scripturis nullam institutionem videam. Quamquam ego non negem id esse et dici posse sacramentum, tamen magis assero sacramentum esse et dici posse ex consuetudine ecclesiae et usu veteri, quam ex praecepto Christi.

Pastor Wassenburgicus: Quid vocas sacramentum?

Hamelmannus: Augustinus definit sacramentum esse rei sacrae et invisibilis visibile signum, sed ego addo, quod institutionem expressam habet in scripturis, vel, ut alibi ait, „accedit verbum ad elementum et fit sacramentum". Ideo ibi et verbum et signum vel elementum erunt et utrumque debent esse ex institutione. Duo enim in sacramento requiruntur: signum et signatum.

Pastor: Ergo maxime est sacramentum poenitentia, quia ibi est mandatum remittendi expressum, quod per sacerdotem annunciatur per impositionem manuum, qua tamquam medio quodam olim dona[a]) conferrebantur ab apostolis. Igitur ibi et signum et signatum est.

Hamelmannus: Ideo dixi ex usu ecclesiae esse sacramentum, quia impositio manuum fuit primitivae ecclesiae usitata, non autem ex institutione. Nam Christus non praecepit externum illud signum vel manuum impositionem, dum daret apostolis et ecclesiae potestatem remittendi peccata. Externum autem signum et signatum iniunxit in baptismo et coena. Ergo illa ex institutione Christi proprie[b]) sunt sacramenta, in quorum institutione reperitur et elementum et verbum. Ideo utrobique iuxta Augustinum est absolutum sacramentum. Patres etiam antiquissimi, ut Origenes, Irenaeus, Augustinus, haec duo faciunt sacramenta a Christo eccle-

a) *Leuckf.:* dono.

b) *Leuckf.:* ex institutione Christi et verbo, ideo utrobique. *Das übrige fehlt.*

siae relicta. Postea Gregorius et Rabanus tria fecerunt, tandem scholastici septem.

Pastor: Quid significat sacramentum?

Hamelmannus: Dedi tibi definitionem sacramenti, quam puto sufficere.

Pastor Wassenburgicus: Scis etiam definitionem vel vocabuli significationem?

Hamelmannus: Haec cum puer in scholis agerem ante annos multos[a]), didici. Si vero placet de vocabulo disserere, discutiamus, aut si Latinum non placet, quia huius Paulus non meminit, assumamus Graecum mysterium, quod arcanum interpretantur.

Pastor Wassenburgicus: Ergo tantum tibi sunt eucharistia et baptismus mysteria? Igitur ordinationem, unctionem et confirmationem reicis et matrimonium, quod vocat mysterium Paulus?

Hamelmannus: Sunt mihi mysteria eucharistia et baptismus tantum a Christo instituta, quae utrumque habent et signum et signatum, verbum et elementum in sua institutione. Hoc cum ordo, unctio confirmatioque non habeant in verbo Dei expressum, non suscipio illa pro sacramentis veris. Verum matrimonium dicitur a Paulo sacramentum vel mysterium, sed[b]) Christi et ecclesiae, hoc est mysterium vel figura, in quo possumus tanquam in speculo cognoscere bonitatem Christi erga ecclesiam, suam sponsam. Ita vides ibi Paulum distinctionem facere, quia addit mysterium esse Christi et ecclesiae.

Pastor Wassenburgicus: Ergo illa reicis ex sacramentis. Sed quid sentis de confirmatione?

Hamelmannus: Reicio illa ex sacramentis, prout institutionem Christi expressam non habent, alioqui poterunt sacramenta, id est alicuius rei signa aut symbola dici. Ita et multa alia sunt sacramenta. Ita et lotio pedum apud Bernhardum dicitur sacramentum et pacis sacramentum apud Augustinum, et illae ceremoniae in baptismo, sputum et linitus, dicuntur ibidem sacramenta. Quantum ad confirmationem attinet, retinemus eam, quae primitivae ecclesiae usitata fuit, ut doceamus pueros et iuventutem

a) *In A gestrichen:* decem.

b) *In A später eingefügt, fehlt B.*

catechismum atque instituamus eam hunc diligenter repetendo confirmantes eos oratione publica.

Pastor Wassenburgicus: Descendamus nunc ad baptismum. Quid doces de baptismo?

Hamelmannus: Doceo, quod sit baptismus signum et testimonium gratiae, reconciliationis et iustitiae, in quo vere certificamur de promissione et benevolentia Dei erga nos et spiritu sancto innovamur. Nam veluti aqua elementum abluit externas sordes corporis et his ablutis mundi, purgati, imo innovati sumus atque eo percepto [a]) lavacro alii existimus, quam antea, dum sordibus inhaerebamus, sic quoque accedente verbo atque usu ad elementum vere certificamur nos eodem modo per sanguinem Christi ab omnibus cordis et animae immunditiis ablutos et inundatos [b]) reconciliatosque Deo esse nuncque spiritu sancto innovari.

Wassenburgicus: Ergo nudum est signum?

Hamelmannus: Anabaptistae nudum esse signum aiunt. „Qui crediderit", ait scriptura, „et baptizatus fuerit, hic salvus erit." Fide debemus et signum et promissionem apprehendere, ut simus certi. Si enim fides non adfuerit, ait scriptura („Qui non crediderit, condemnabitur"), nihil est. Externa illa erigent fidem nostram et confirmabunt promissionem in nobis, deinde hic nos mundamur et renascimur ex aqua et spiritu.

Wassenburgicus: Non habemus igitur in baptismo remissionem peccatorum?

Hamelmannus: Non habemus remissionem peccatorum tamquam ab ipso opere, ut externus ritus prosit, velut fingunt scholastici, nam tunc non prodesset nobis Christus. Est autem baptismus signum, archa et pignus nobis certificans promissionem de Christo, quod per illum vere habeamus remissionem peccatorum et accipiamus spiritum sanctum. Non minus, quam aqua abluit sordes corporis mundatque, ita ibi spiritu innovamur. Non est interim nudum in nobis signum, sed efficax in nobis, tum propter institutum verbum, tum propter fidem. Deinde adest ibi spiritus sanctus, qui effunditur in nos. Remissio peccatorum est effectus fidei, ergo non istius operis. Ex se baptismus nihil salutis ad-

a) *Leuckf.:* praecepto. b) *Leuckf.:* mundatos.

fert, sed propter promissionem annexam credentibus aliquid salutis adfert.

Wassenburgicus: Si in baptismo sumus certi de remissione peccatorum, quod habeamus et accipiamus spiritum sanctum, velut tu dicis, quod simus mundati et innovati, ergo in nobis non est peccatum. Ubi enim spiritus sanctus, ibi non est peccatum.

Hamelmannus: Fuit in Davide spiritus sanctus et tamen peccavit. Quamdiu sumus in carne, haeremus in peccatis, quae poena est ad malum. Ideo est perpetua pugna spiritus et carnis, ad quam pugnam diligenter nos praeparat Paulus in multis epistolis. „Caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem." Paulus etiam repletus spiritu tamen dixit „Nesciebam concupiscentiam esse peccatum, nisi lex diceret." Item: „Quod non volo, facio." Ibi de vehementissima concupiscentia conqueritur. Vel Johanne teste peccatum in nobis manet: „Si dixerimus nos peccatum non habere, sumus mendaces." Multae sunt in nobis dubitationes et infirmitates remanentes. Praeterea remanent in carne adhuc poenae peccatorum, ut morbi et mors aliaque mala, ergo et peccatum remanet.

Wassenburgicus: Est etiam finis diversus sacramenti baptismi et eucharistiae[a]).

Hamelmannus: Sacramenta habent hunc finem, ut confirment et conservent nos in fide exerceantque cor ad credendum promissionibus, testentur de gratia et voluntate Dei erga nos, quae nos certificant. Sic quoque coena Domini requirit fidem, ut plena fide apprehendamus verbum Dei adiunctum signo: „Quod pro vobis datur, quod pro vobis effunditur in remissionem peccatorum."

Wassenburgicus: Si idem est finis et effectus, quid opus est duobus? Unum posset sufficere.

Hamelmannus: Scriptura inquit[b]) de uno baptismate, et quod semel debeamus baptizari, veluti circumcisio semel facta est. Sed de eucharistia habet: „Quotiescunque haec feceritis." Ergo illud sacramentum saepius reiterandum[c]) est. Quod habet hanc rationem. Antea volebas tu cum scholasticis construere non manere in nobis peccatum. Sed merito toties repetimus usum coenae

a) *Leuckf.:* baptismi et sacramenti baptismi et eucharistia.
b) *Leuckf.:* dicit. c) *B:* retinendum.

Domini, quoties sentimus calamitatem, miseriam, concupiscentiam et peccata nostra, ut in vera cognitione sitiamus et esuriamus iustitiam. Coena enim nobis adfert iuxta verbum non minus corpus et sanguinem Christi, quam externa elementa. Ideo in tantis donis accipimus remissionem peccatorum. Debemus igitur hoc dono nos munire, idque publice fiet iuxta verbum Dei, ut memoria durabilior[a]) sit, ideoque mortem Domini in ipsa actione annunciabimus. Nam nos vere[b]) communicamus corpori et sanguini Christi substantialiter veluti pani et vino. Nam non sine mysterio in hoc symbolo instituit tantas res, quia panis et potus nutrimento sustentatur corpus vitaque hominis externa. Sic[c]) aliquo modo etiam nutrimento corporis et sanguinis Christi sustentatur anima nostra, scilicet quod ex illo saginemur. Ideo credimus nos habere vitam propter Christum et in Christo (cuius corpus propterea in mortem datum est, ut nos viveremus) et vere nos remissionem peccatorum per sanguinis eius effusionem habere atque ita patri reconciliari Christi perfecta oboedientia et passione et mirabili modo tunc vero nos Christo incorporari.

Wassenburgicus: Ergo anima tantum sumit?

Hamelmannus: Ille iussit hoc edi et bibi dicens: „Accipite et edite, accipite et bibite, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.“ Illa nobis in testamento ultimo largitur, illa verba de porrecto pane et calice pronunciat, ergo vere etiam cum elementis illa sumuntur, tam ore externo quam interno.

Wassenburgicus: Si ita est, ergo inde non sola anima saginatur, quia dicis externis symbolis corporis vitam sustentari, animae vero corpore Christi, quod est in verbo.

Hamelmannus: Animae vita est fides et illa tamen per externum auditum corporis concipitur. Ideo et hic ore corporis et animae capiuntur ista, quia et in corpore salutem exspectamus.

Wassenburgicus: Sed aliud quaero. Quomodo autem credis Christi corpus sumi[d]) in eucharistia, scilicet ut ibi panis signum sit nudum aut vere corpus Christi, aut ipsum panem mutari, aut ita adiungi vel coniungi illa cum elementis?

a) *Leuckf.:* durabiliter. b) *Leuckf.:* vero. c) *Leuckf.:* Si.
d) *fehlt Leuckf.*

Hamelmannus: Ego credo me non nudum signum sed vere corpus sumere et sanguinem sub vel cum pane et vino, quia Christus re vera in coena adest dans per hoc ministerium suum corpus et sanguinem manducanti et bibenti. Sed cum dico cum pane sumi corpus, intelligo mirabilem et sacramentalem unionem, quae nec intelligitur a nobis, veluti nec in Christi persona intelligitur unio utriusque naturae, quamquam nihil nos sciamus de metamorphica transsubstantiatione, quae veteribus ignota fuit. Nam ridicula sunt, quae sophistae producunt pro mutatione illa naturali ex Moise. In virga Aaronis vel Mosis non remanserunt accidentia, ut idem tactus, color, sapor, species aliaque, quae omnia in pane manent.

Wassenburgicus: Sed poteris probare, quod remaneat panis et vini natura?

Hamelmannus: Imo Paulus inquit post consecrationem, ut vocant, factam de pane et vino „probet se ipsum homo et sic de illo pane edat et de calice bibat". Atque si alterum mutaretur, tunc non esset sacramentum, quod duo continet, signum et signatum. Oportet ibi iuxta Augustinum esse verbum et elementum, alioqui non esset sacramentum, nisi fingant illa accidentia, quae nulli inhaerent[a], esse signa, quod absurdissimum est. Irenaeus, Justinus et alii antiquissimi, ipse etiam[b] Augustinus dicit de his duobus remanentibus in eucharistia consecrata, nempe signum, id est panem et vinum, et signatum, corpus et sanguinem, sumi et probant utrumque ibi esse. Gelasius papa contra Eutychen expresse scribit remanere naturam panis et vini in eucharistia, quod et iam Theodoretus scribit.

Wassenburgicus: Ergo corpus et sanguis ibi non adoratur?

Hamelmannus: Quando non est sacramentum, quis tunc vellet panem adorare utpote creaturam? Ego autem credo verbis Domini, qui non iubet prius credendum corpus Domini adesse in coena vel uniri sacramentaliter pani, quam cum sumo et utor eo sacramento iuxta eius mandatum, quia praemittit „Accipite et comedite, hoc est corpus meum", atque ista repetit Paulus in Corinthiis ibique clarius explicat verum coenae dominicae usum. Ego

a) *Leuckf.*: adhaerent. b) *A und Leuckf.*: autem.

autem accedo adorabili modo in vera humilitate, veluti iam e manu Domini sumpturus essem in coena illam cum apostolis sacram eucharistiam eaque reverentia admoveo labra calici, tamquam accederem ad latus Domini inde bibiturus, ut inquit Cyprianus, Chrysostomus et Theophylactus. Sumentibus igitur est sacramentum, nam hi verum corpus et sanguinem accipiunt. Non ergo prius vel extra istum usum est sacramentum vel efficax vel prodest quicquam. Licet Deus sit omnipotens, tamen non aliter adesse vult Christus, quam se in verbo patefecit.

Wassenburgicus: Ergo consecratam hostiam extra usum tu pro communi pane habes?

Hamelmannus: Nostri hoc diligenter cavent, ne in dispensatione remaneat sacrata hostia propter vitandum contemptum tantae rei.

Wassenburgicus: Non respondes ad formam.

Hamelmannus: Si consecratio panis fit non ad eum usum, ad quem instituit Christus nec publice iuxta exemplum Christi et apostolorum, tunc non est eucharistia nec corpus Christi, etsi millies verba exhalentur in panem sub papatu. Nec ita vult se includi Christus, sed huiusmodi adorationes prohibuit.

Wassenburgicus: Hoc est, quod volebam. Verum heus, numquid Judas sumpsit?

Hamelmannus: Augustinus dicit alicubi eum sumpsisse, aliquando non sumpsisse Judam. Ut autem istae sententiae Augustinae concilientur: sumpsit sacramentum corporis, imo ipsum corpus, sed non effective nec salutariter.

Wassenburgicus: Ergo Judas sumpsit. Si sumpsit, quomodo evanuit?

Hamelmannus: Quid si sumpsisset, tunc dixi effectum respiciendum esse. Tamen ille ad condemnationem et iudicium sumpsit teste Paulo. Is sine fide sumpsit et seipsum non probavit, itaque intravit in illum Satanas. De evanescentia ego nihil dicam, quia illa secreta meum sensum sunt excedentia. Ego credo verbis Domini. Et hic possem quoque quaestiones similes proferre, quomodo Christus natus esset ex virgine, item quomodo obsonia edisset resuscitatus in glorificato corpore et quomodo is cibus iterum ab illo depositus esset.

Wassenburgicus: Si sub pane et vino sumitur corpus, cur non verba coenae sic sumis, ut „hoc est corpus meum“ sit „hic panis significat corpus meum“. Tales figuratae locutiones sunt multae. Sic dixit: „Ego sum vitis, vos palmites.“ Ille revera non fuit vitis, sic nec panis debet dici corpus esse.

Hamelmannus: Recte. Neque panis est mutatus in corpus, ut per se corpus simpliciter sit, sed vere corpus Christi sumitur cum pane a credentibus. Vel ita potest dici: panis est corpus Christi, ut illa propositio in Johanne: „Verbum caro factum est.“ Quod autem Christus dicit se esse vitem, est similitudo pulchra neque ita intelligi potest: „Ego sum vitis“, id est ego significo vitem. Rectius dicerem: „Vitis significat Christum.“ Sed sic similitudo, quam Christus ibi adducit, fit manifesta: „Veluti palmites“, ait, „manent in vite, ita et vos in me.“ Et ibi seipsum declarat Christus, quod per similitudinem loquatur. In coena autem non ex similitudine aliqua quicquam probare voluit, sed simpliciter nobis hanc coenam commendavit celebrandam absque omni tropo et similitudine absque omni ambiguitate verborum dicens accepto pane: „Hoc est corpus meum.“ Si vero placet de tropis disputare, id potero tecum ad saturitatem usque.

Wassenburgicus: Eodem modone est in baptismo spiritus sanctus ut in coena dominica corpus et sanguis Domini?

Hamelmannus: Ego in coena habeo institutionem Christi, videlicet panem esse corpus Christi, calicem sanguinem Domini. Nihil tale habeo in baptismo, quod aqua sit spiritus sanctus. Est spiritus sanctus quidem in baptismo, sed non praedicatur de aqua.

Wassenburgicus: Est etiam Christus tam in iis, qui non sumunt eucharistiam, quam in iis, qui sumunt?

Hamelmannus: De Juda dictum est, an sumpserit vel non sumpserit. Qui fide se non probant, condemnationem habent. Igitur in illis non est salutariter Christus.

Cancellarius Vlattenius interloquitur ita: Pastor Wassenburgicus dicit de sumente et non sumente simpliciter (ut omnia recte intelligas), non autem de Juda verba modo facit.

Hamelmannus: Nunc intelligo. Scio Christum in nobis per dilectionem esse virtualiter et per gratiam. Tamen[a]) qui manere

a) *Leuckf.:* tanquam.

in dilectione Christi et eius discipuli esse volunt, hi non negligunt suam institutionem et mandatum, quo etiam vere et substantialiter ei incorporentur. Nam cum hi contempserint tanta dona, quomodo in illis vere Christus manere poterit? Iussit enim id saepe fieri in sui memoriam.

Wassenburgicus: Quid sentis de missa? Est etiam sacrificium?

Hamelmannus: De nulla missa mentionem facit scriptura. Scio eucharisticon sacrificium esse in ecclesia, cuius ubique recordantur patres. Offerre etiam plerumque apud patres gratias agere significat. De alio externo sacrificio scriptura non dicit nisi de uno, per quod perfecte remissionem et reconciliationem habemus [a]).

Wassenburgicus: Igitur et canonem reicis et eius verba?

Hamelmannus: Sunt quaedam canonis precationes piae et [b]) admittendae, verum illa verba, quae de externo sacrificio in eodem exstant, plane scripturae sacrae et primitivae ecclesiae sunt contraria. Ubi enim [c]) legitur: „Quae tibi offerimus pro redemptione animarum nostrarum accepta habeas“ et alia quaedam [d]). Illa verba expresse contra scripturam leguntur. Epistola ad Hebraeos habet de uno sacrificio. Nam „Semel“, dicit ibi spiritus sanctus, „intravit in sanctum sanctorum aeterna redemptione inventa“. Si aeterna redemptio inventa est per semel factam oblationem, quid igitur nova sacrificia facimus pro redemptione animarum nostrarum? Similia sunt et in minori canone, quae approbare non possumus. Neque ego haec legam neque unquam autor ero aliis, ut legant.

Wassenburgicus: Ergo in his partibus illustrissimi ducis nostri male faciunt, qui haec legunt.

Hamelmannus: Sint ipsi iudices. Ego non sum constitutus eorum iudex. Si non praetereunt haec nec alias pias orationes substituunt, tunc hos refero ad propriam conscientiam, quae mille solet testis [e]) esse.

Wassenburgicus: Nonne igitur poterit innovari illud sacrificium Christi recordatione pia et memorativo sacrificio, veluti fit in missa?

a) *Leuckf.*: habeamus. b) *fehlt Leuckf.*
c) *Leuckf.*: non. d) quaedam *bis* Epistola ad *fehlt Leuckf.*
e) *Leuckf.*: testes.

Hamelmannus: De nulla innovatione scio, quod scriptura dicat. In ipsa autem coena celebratur memoria passionis, et ubi verus coenae usus est, ibi iuxta Paulum mors Domini eiusque fructus populo clare annuntiatur, non praestigiis adumbratur vel gesticulationibus mutis significatur, ut fit in missa pontificia. Id etiam non obscure testantur patres, qui publicam celebrationem coenae dominicae ad mille annos ab apostolis usque retinuerunt.

Wassenburgicus: Sic quoque reicis intercessionem sanctorum, quae in canone [a]) habetur, ut sancti non orent pro nobis?

Hamelmannus: Concedo sanctos orare pro nobis. Ideo tamen non sequitur, quod nos illos debeamus orare vel invocare, quos a nobis procul remotos nec audire nos scimus.

Wassenburgicus: Habes de hoc testimonium scripturae, quod orent pro nobis?

Hamelmannus: Caritas ad hoc eos cogit. Angeli orant pro nobis, ergo et sancti sine dubio dici poterunt orare pro nobis.

Wassenburgicus: Sancti et angeli non sunt idem.

Hamelmannus: Angeli sunt spiritus atque animae nostrae sunt spiritus iuxta illud Stephani: „Domine, suscipe spiritum meum." Et apud Matthaeum dicitur: „Erunt veluti angeli sancti, quae in coelis sunt."

Wassenburgicus: Unde habes, quod angeli orent?

Hamelmannus: Ex [b]) multis [b]) scripturis [b]), ex Zacharia et apocalypsi.

Wassenburgicus: Habes etiam aliam scripturam, quod sancti orent pro nobis?

Hamelmannus: Librum Machabaeorum, quanquam hunc autoritate Augustini et omnium antiquissimorum patrum pro canonico non habeam, sed tantum pro ecclesiastico libro.

Wassenburgicus: Si sancti orant pro nobis, ergo nos illos orare et interpellare debemus et nunc maxime, cum sint exuti gravamine corporis, postquam hic sanctos appellamus etiam, quando gravamine adhuc corporis onusti exaudiunt nos et pro nobis orant.

Hamelmannus: Hoc videtur esse argumentum Hieronymi. Verum sancti, quos hic appellamus petentes mutuam ab [c]) eis [c])

a) *Leuckf.*: coena. b) *fehlt B.* c) *fehlt Leuckf.*

precationem et vota communia, nos audire possunt et intelligere. Hoc alii, nempe mortui non possunt, veluti Augustinus probat ex illo dicto prophetae: „Abraham nescivit nos et Isaac ignoravit nos." Atque Athanasius in quaestionibus suis idem fatetur expressis verbis: „Neque hic audiendi sunt, qui putant istas orationes ad sanctos deferri per angelos." Sed quia de neutro testimonium habemus, omittamus hanc quaestionem. Nihil enim sine scriptura recipio.

Wassenburgicus: Sed si orant pro nobis, ergo et intercedunt pro nobis, nam idem est.

Hamelmannus: Non est idem, quia qui simpliciter orat, non intercedit. Intercedit enim is, qui inter inimicos se medium praebet, ut hos reconciliet vel ut litem vel controversiam componat. Is verus et unicus intercessor est Christus, qui sese medium inter Deum patrem et nos praebuit reconcilians peccatores ei [a]). Neque hi sunt audiendi, qui Christum redemptionis ponunt intercessorem. Alios nescio, quo nomine appellent. Si enim iam non amplius est intercessor propitiationis et invocationis, sed tantum redemptionis, quae semel facta est in cruce, ergo male dixisset Johannes: „Habemus apud patrem advocatum unicum Jesum Christum."

Wassenburgicus: Quid autem de purgatorio sentis? Nam in canone oratur pro defunctis.

Hamelmannus: Oratio, quae pro defunctis semel atque iterum fit ex libera caritate, ut est Augustini pro matre, approbatur ut voluntaria et ex caritate profecta. Verum illud in canone, quando legitur, ut detur illis locus refrigerii, praeter scripturam dictum est et iure contemnitur, quia purgatorium in ipsa ordinatione principis nostri refutatur.

Wassenburgicus: Quomodo?

Hamelmannus: Quia iubentur refutari hi, qui credunt apparitionibus, ex evangelio, quod de Lazaro et divite legitur. Sed iam inde purgatorium destruitur, quod non potest aliunde probari, quam ex istis apparitionibus teste Augustino, nec aliunde purgatorium Gregorius, Beda et Rabanus probaverunt. Ideo inde quoque refutari debet.

a) *Leuckf.:* etc.

Wassenburgicus: Quid nunc sentis de ecclesia et quid est ecclesia?

Hamelmannus: Scio ecclesiam esse coetum credentium retinentem puram doctrinam evangelii eamque solam cum vero usu sacramentorum iuxta institutionem Christi.

Wassenburgicus: Est illa ecclesia visibilis, pura et immaculata. Ubi igitur est?

Hamelmannus: Est visibilis et est in toto terrarum orbe, ut scriptura dicit et patres testantur, non autem alicui loco alligata, veluti quidam somniant. Est quidem pura, sanguine Christi aspersa. Interim in eo coetu sunt multi hypocritae et mali. Sed quia a nobis non noscuntur isti, sed ab ipso Deo cardiognoste, ideo eius iudicio tales remittimus.

Wassenburgicus: Ubi igitur est talis coetus, qui pure verbum solum et verum sacramentorum usum retinet, an in Helvetia, vel in Saxonia? Et si est pura et immaculata, quomodo igitur ibi potest aliquid vitii esse?

Hamelmannus: Dixi illam non esse uni loco alligatam, ut Romanenses fecerunt, sed in toto terrarum orbe dispersa est ecclesia, veluti sub Turca et aliis tyrannis. Habeo relatum translatos locos communes Philippi Graece iam etiam exstare in urbe Constantinopoli. Igitur et ibi est ecclesia, et nos tutius possemus sub Turca in vera religione esse, quam sub quibusdam christianis principibus quoad religionem. Puram ecclesiam et immaculatam eam vocat Paulus ex[a]) sanguine Christi ad Eph., cap.[b]) 5[b]). Sed veluti in corpore sunt languida membra et in domo diversa vasa, ita et in ecclesia diversa membra et[c]) vasa[c]).

Wassenburgicus: Sufficit. Rogo autem, ut boni consulas, quod sic tecum egerim, quod non fecissem, nisi princeps mandasset.

Hamelmannus: Idem et ego precor, imprimis vero, si quaedam effutiissem non praemeditatus, aut si forte lingua praecurrisset mentem. Nam Deus novit, quod semper gloriam Dei et aedificationem plebis quaeram. Si autem male respondi, clariori scriptura me erudire non cessa, te oro, mi domine. Humanum est errare, sed diabolicum perseverare in delictis.

a) *Leuckf.:* et. b) *In A später eingefügt, fehlt B.*
c) *Desgleichen.*

Hactenus disputatio[a]) vel colloquium est recitatum, prout illud excepi statim chartis, et spero, si erratum esset in tali extemporali responsione, id boni consulturum pium lectorem. Refero enim et ipsius interrogata et meas responsiones simpliciter.

Idem petii, quod a Wassenburgico, mox etiam ego Hamelmannus a cancellario in postremo discessu ex aula[b]) et sic abii ex Dusseldorpio cito de cancellarii iussu, qui dixit se totum negotium delaturum ad principem.

Dimissus ita ex aula propero domum, sed non solum tunc domi reperio agonizantem et mox morientem unicum filiolum Johannem, sed mox et capitulares et senatus accipiunt literas ex aula[c]), quibus ministerio verbi tam in illa urbe, quam alibi in

a) *Die kurze Inhaltsangabe in H und W schließt:* De his locis ad tres horas inter ipsos ventilatum est et interdum interlocutus est cancellarius Vlattenus. Arnoldus Bomgardus papisticam opinionem acriter defendit, contra Hamelmannus evangelicorum sententiam graviter tutatus est absque ullo fuco.

b) *H und W:* Tandem Hamelmanno iubetur, ut se domum recipiat exspectans principis, ad quam acta deferenda essent, sententiam. Ibi demisse protestatur Hamelmannus, etsi forte vel verbo vel mente lapsus esset, tamen ipsum nihil aliud spectare et quaerere quam gloriam Dei et veritatem in vera doctrina, orare igitur ipsum et obtestari praesentes celebres consiliarios, imprimis cancellarium Vlattenum, tamquam nobilem, doctum et controversias intelligentem virum, in Christo, ut cogitent de aeterna salute, de veritatis patrocinio, quo in illis fiat hoc verum, quod dicitur a Christo: „Qui est mecum, colligit mecum." Si vero dispergant contra Christum, quid tandem subsecuturum sit?

c) *Dagegen H und W:* Cum Hamelmannus domum venit 22. Augusti, ibi propagata erant scripta sub nomine principis damnantia Hamelmannum, quasi levius sententiam de sacramento altaris proferentem et male respondentem de sacrosancto missae sacrificio. Ideo eum dimittendum. Talia ex aula venerunt scripta ad satrapam, ad senatum et ad capitulum. Audita hac sua renuntiatione Hamelmannus egit Deo gratias et sicut progymnasmata quaedam de traditionibus apostolicis Bilefeldiae tunc evulgaret typis Brubachii, typographi Francofortiani [1]), sic quoque totam controversiam de eucharistia inter nostrates theologos et pontificios explicat . . . Haec ita contexta Francoforti

[1]) De traditionibus apostolicis veris ac falsis deque patribus ecclesiasticis et eorum scriptis atque erroribus absoluta tractatio ad Episcopum Osnaburgensem. Autore Hermanno Hamelmanno apud Bileveldenses ecclesiasta . . . 1555. *A. E.:* Francoforti excudebat Petrus Brubacchius. Anno Domini 1555. *Vgl. oben S. 242 Anm. 1.*

principis istius dominio arceor et ratio redditur, quod levius de sacramentis sacrosanctis sentiam [1]).

typis in lucem anno Domini 1556. evulgavit [2]). Et cum alibi faceret mentionem examinis sui Dusseldorpiae habiti, tandem subicit Hamelmannus haec verba: Cum haec ita se habeant, facile cognoscet lector, an Vlattenus sit vel amicus vel hostis veritatis etc. [3]).

[1]) *Vgl. auch Hamelmanns Bericht in seinem Briefe an Joachim Westphal (Westphals Briefsammlung hrsg. von C. H. W. Sillem, Hamburg 1903, S. 177 f.) vom 28. Nov. 1555 (nicht 1554):* G. et P. Superiori anno ad tuam pietatem literas dedi, vir doctissime, eisque significaveram me addixisse operam Illyrico in contexenda historia ecclesiastica *(vgl. oben S. 209)*. Quod sane erat verum et ego paratus fueram facere, nisi in papatu contigisset conditio, in qua evangelium docui, nempe in comitatu Ravensbergio, qui est ducis Julii, sed hoc non diu potuit ferre Satan. Nam mox ex illa vocatione sum extrusus per papistas, qui me accusarunt apud principem. Et quamquam ego in aula fuerim et apud consiliarios eiusdem causam meam egerim et doctrinae fideive meae rationem reddiderim atque meam innocentiam testatus sim, tamen in eius comitatu propterea habere locum non potui, quod dicebam me pendere a confessione Augustana, a qua numquam vel latum unguem discedam, ut tunc quoque dicebam. Tandem mihi quoque imponebatur a papistis, postquam eam larvam papistarum de circumlatione panis et inclusione in auro et adoratione illius in muro inclusi reprehendissem, me esse sacramentarium, quasi propterea ego essem ex vesanorum hominum numero, qui tam perperam et crasse verba coenae intelligunt, quod abusum culpassem. Sed cum illis et ejus farinae hominibus ineptis exhiberem tua scripta contra istos Ratisbonae et apud Brubachium excusa, quorum exempla mihi Illyricus noster miserat, dicerenque me tecum in eadem esse sententia et hanc tuam sententiam esse quoque meam, quam ex Augustino et Cyrillo collegeras, tunc quidem illi rubore perfundebantur. Ego interea ejectus a mea ecclesia, quae nunc misere lupis monachis commissa est, hic Lemgoviae vitam dego, donec mihi prospiciat Deus . . . — *Hamelmann kommt auch in der gleich zu nennenden Schrift* „Cum scriptura sacra consensus", *Bl. H 4ᵃ f. auf diese Vorgänge kurz, aber sachlich mit obiger ausführlicher Erzählung übereinstimmend zu sprechen und kündigt dabei an:* Sed aliquando illud examen a me Dusseldorpii reverso ex aula descriptum verbatim prodibit, ut videant pii non solum me levissime, ut isti inquiunt, sensisse, sed omnes mecum doctos viros Germaniae leviter sentire de sacramentis. *Vgl. auch den Brief an Hartmann Beyer in Frankfurt bei Leuckfeld S. 57 ff.*

[2]) *Gemeint ist das Sammelwerk:* Cum scriptura sacra consensus undecim conciliorum, aliquot historiarum et quorundam hymnorum ecclesiae atque omnium fere patrum, qui ante Thomam Aquinatem vixerunt, in perpetuo utriusque speciei eucharistiae cunctis ex aequo fidelibus porrigendae usu contextus ad episcop. Mindens. *(usw., vgl. Knodt, Jahrbuch Jg. 1 (1899) S. 27 Anm. 3). A. E.:* Francoforti excudebat Petrus Brubachius anno 1557 *(nicht* 1556) *(Königsberg UB).*

[3]) *Ebenda Bl. H 4ᵇ. Aber das Zitat ist nicht genau. Es heißt da viel-*

cf. W S. 12f. Me a) ita annoto locus patet monachis: in die Bartholomaei viceguardianus publice praedicat in meo templo et me meamque doctrinam coepit traducere et invocationem sanctorum ut piam et legitimam asserere. Sed turbatur mox interpellatione cuiusdam feminae et mox iuniorum ac plebis cantionibus, qui coeperunt canere: „Ach Godt von himel sich darin Und laß es dich erbarmen“, item: „Wir gleuben,“ „Allein Godt in der Hogede,“ „Eyn feste burch“ und „Erholte unß here“.

Cives et tristes et prae maerore anxii nesciebant, quo se verterent, et cum illi forte vi aliquid etiam tentare decrevissent, tamen interventu consulum sedatur motus ipsorum. Sed iuniores et plebs pergebant in suis cantionibus. Ita tandem e suggestu prosiliens aufugere clam conatur monachus cum Luthardo socio. Sed excipitur a feminis lapidibus et ita fugatur, quos eis suppeditabat sepulchrum mei filioli. Hinc quidam studiosus sic lusit de eo facto:

Vindicat innocuum patrem iam mortuus infans,
Ut turbent monachum, suppeditans lapides.

Excepti ita lapidibus non revertuntur. Ideo illam provinciam suscipit decanus, sed nec illi alioqui battologo succedit pro voto res b). Ideo cum ecclesia misere distraheretur, evocatur quidam Joannes Kirckhovius vir versutus, subdolus et ingeniosus c) ac ava-

a) *H und W:* Post Hamelmannum Bilefeldia eiectum conducunt canonici monachum observantium, ut is in die Bartholomaei doceat, qui statim in hanc vocem prorupit: „Hactenus hic stetit haereticus et docuit sanctos neque honorandos neque invocandos. Sed si id fieri non deberet, cur igitur festa sanctorum sunt instituta?“ Haec audiens plebs repressit eius vocem apertis cantilenis: „Ach Gott . . .“

b) *H und W:* Mox Bilefeldiae loco Hamelmanni, cum non auderent redire monachi, docebat decanus Vehemejerus et plerique alii, qui non audiebantur a plebe.

c) *H und W:* homo mirifice versutus et festivus Joannes Kirchovius Rudensis.

mehr stärker: Vel si hoc (quod pie quaedam annotaverim ex Augustana Confessione, iuxta quae dicebam intelligendam esse ordinationem; *vgl. oben S. 239 ff.*) ita offendit Vlattenum illum, cui ista transmiseram, facile inde colligetur eum manifestum veritatis inimicum esse, quod et hactenus eius acta declararunt; etsi sit cancellarius, verum ut alii, ita et ille notis bestiae praecipuis fulget.

ritiae deditus, qui semper ab eo tempore duabus potuit sedere sellis seque accomodare omnibus. In concione videbatur evangelicus, in choro erat papista [1]). Ideo consequitur ibi canonicatum primo [2]), deinde hoc subornat, ut mortuo decano (ante quem eius socius in me accusando in aula, Jodocus Hanebomius, diu mortuus erat, ut sic viderem interitum meorum adversariorum) ei succederet [3]). Cum vero ille videret principem anno 1567. favere religioni [4]) et serio urgere propagationem verae doctrinae [a]), iam factus decanus ab eo tempore abolere coepit abusus pontificios quosdam et alia exercitia illorum loco reponere. Paulus ait: „Quocumque animo praedicant evangelium, modo praedicent.“ Interim ille est dives abundans opibus [5]).

Ego vero vocabar dimissus a Bileveldensibus a senatu Lemgoviensi ex promotione doctoris Georgii Honderlagii [6]) et Gerhardi Coccii (qui id egit apud fratrem Joannem Coccium [7]), hodie con-

a) *H und W:* Interim circa annum Domini (splendente ex aula Juliaca meliore aura) 1566. se aperte sincerum declaravit evangelicum tam in concione quam in exercitiis ecclesiasticis. Interim strenue in colligenda pecunia occupatus fuit. Et ad huiusmodi institutum habuit commodam occasionem, nam primo obtinuit pastoratum cum vicariatu, postea consequitur canonicatum, quem istis adiunxit, et tandem mortuo decano Vehemeiero eligitur decanus, ut sic undique haberet, quo thesaurizare posset.

[1]) *Am 13. Juli 1558 wurden Dechant und Kapitel von den Räten des Herzogs auch* „ires' Pastors halben befragt“. „Darauff sie zu antwort gaben, derselbe sei gutes lebensweges und reiner lher“ *(Staatsarchiv Münster, Akten der ravensbergischen Landesverwaltung, Msc. VII 3101 Bd. 9 fol. 185).*

[2]) *Am 20. Februar 1557 wurde Joh. Kerckhof vom Herzog präsentiert* cum praebenda ecclesie in Bilveldt per mortem Judoci Hanenboum postremi possessoris vacet *(vgl. oben S. 251 Anm. 1).*

[3]) *Am 25. August 1567 war der Dechant nach dem genannten* Liber praesentationum *tot.*

[4]) *1566 war Herzog Wilhelm nahe daran, die Augsburgische Konfession anzunehmen, als er am 29. Oktober 1566 vom Schlage getroffen wurde. Die neue Kirchenordnung vom 1567 ist wieder bloß ein Kompromißversuch und auch nicht einmal zur Ausführung gelangt. Vgl. Wolters a. a. O. S. 173 ff. und H. Rothert im Jahrbuch Jg. 14 (1912) S. 87 f.*

[5]) *Er starb 1586 (Schlichthaber S. 11).*

[6]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 251.*

[7]) *Ebenda S. 238.*

cf. W 839. sulem Lemgoviensem) [a]. Cum autem meus quidam libellus de sacrificio missae prodiret anno 1557. [1]), in eo obiter conquestus eram de iniuria mihi facta in aula Iuliaca anno 1555. [b]), et cum conditione Vlattenum hostem veritatis appellassem [2]) et paucis Carolum Hastium et Gerhardum Iuliacum notassem [3]), acrius vero meum examinatorem perstrinxissem [4]), hoc aegre tulit Vlattenus et propterea sub nomine principis scripsit ad senatum Francofurtianum quaerens, cur huiusmodi famosos libellos in sua urbe excudi paterentur. Illi responderunt hoc quidem suffragio concionatorum suorum, non autem suo factum. Ideo in posterum se fore cautiores [5]).

a) *H und W:* Interim Hermanno Hamelmanno eodem anno (videlicet 1554. [6])) opera d. Georgii Honderlagii medici et Johannis Coqui vel Coccii, patricii in urbe Lemgovia (qui mox consul eligebatur), ex instantia et monitis fratris sui Gerhardi Coqui Christus Jesus praeparavit locum Lemgoviae.

b) *In A später geändert zu* 1554. *B:* 1555.

[1]) *Gemeint ist ebenfalls die oben S. 273 Anm. 2 genannte Schrift.*

[2]) *Vgl. ebenda Anm. 3.*

[3]) *Er fährt dort fort:* Igitur neque de illo neque de aliis vel Gerardo Juliaco secretario, qui nunc quoque istorum ordinem assumpsit et esca dulci inhamatus, ut sic dixerim, incipit istis insignibus clarere, neque de Carolo Hastio, qui suis filiis magnum cumulum praebendarum atque beneficiorum collegit, ut sic eleemosynae consumantur, sperandum quicquam boni erit.

[4]) verbosus, battologus et suffaenus ille concionator aulicus ducis Juliae, quem pastorem Wassenburgicum vocant . . . ille impius hypocrita suum impium canonem defendere voluit et superstitiones, quas cum aliis magnis praelatis aulicis voluntarie propter notas bestiae, quibus concumulatus est, sustinet, et, ut Paulus ait, non solum ipse has impietates facit, sed aliis facientibus assentitur.

[5]) *Nach freundlicher Mitteilung des Frankfurter Stadtarchivs finden sich über diese Angelegenheiten folgende Notizen:* Martis XXII. Junii. D. Hermannus Hamelmannus: Relatum, es hab verschiener zeit Petrus Brubachius (doch mit zulassung) ein buchlin getruckt, welchs dominus Hermannus Hamelman ausgehn lassen und darin der Clevischen Hofrate etliche angetast haben soll, derwegen d. Carle Harst geclagt *(Ratsprotokoll 1557 fol. 53b) und:* dinstags den 22. Juni 1557. Betreffen das buchlin, so Petrus Brubach verschiener Zeit, doch mit erlaubnus getruckt, darin etliche der Clevischen Hoveräte angetast werden, derhalben dan doctor Carle Harst ansuchung getan, soll man dasselbig so hoflich und pest muglich entschuldigen und verantwurten lassen *(Bürgermeisterbuch 1557 fol. 40).*

[6]) *1555! Vgl. oben S. 255 Anm.*

Postea [a]) cum bellum moveretur Lippiaco comiti [b]) domino *cf. W 839 f.* Bernhardo a Reitbergico comite Joanne [1]) et tunc opem Juliaci principis ut affinis et praesidis in ordine Westphalico imploraret Lippiacus, en iam tum erexit cristas Vlattenus et „Quomodo", inquit ad Lippiacos, „iuvabit vos meus princeps, cum eius hostes, qui ipsius celsitudini et eius consiliariis maledicunt et libellis famosis ipsum et suos traducunt et calumniantur, foveatis?" Hic respondet Christoferus Donopeus satrapa ditionalis sui Domini nomine se non sperare talem in comitatu Lippiaco esse. Imo replicat Vlattenus: „Talis est apud vos, qui ibi fovetur, nomine Hermannus Hamelmannus."

Cum hoc aliquoties repeteret in diversis conventibus vel procerum vel consiliariorum ordinis Westphalici et frigidam interea suffunderet et in me inflammaret Vlattenum Paderbornensis cancellarius Henricus Coloniacus [2]), urgent tandem et instant aulici apud comitem de Lippia, ut me dimittant Lemgovienses [3]). Id quidem senatus et plebs non sine difficultate fecere, sed dimissum honestis testimoniis ac bono viatico donarunt. Nam amplissimo

a) *H und W:* Altero anno oritur bellum inter comites vicinos Lippiensem et Rithbergicum, et cum summa belli transferenda esset ad ordines circuli Westphalici, mox conqueritur Vlattenus id a suo principe probari non posse, quod eum in Lippiaco comitatu detineant, qui ipsum tanquam hostem veritatis proclamaverit. Respondent Lippienses, quis ille sit. Ipse ait hunc esse Hamelmannum. Ita ad tempus cedere ex eo comitatu iubetur Hamelmannus.

b) *In A später eingefügt, fehlt B.*

[1]) *Vgl. O. Preuß, Die Rietberger Fehde, in: Lippisches Magazin Bd. 8 (1843), Nr. 47—51 und A. Falkmann, Hermann Hamelmann in Lemgo, in: Zeitschrift des historischen Vereins für Niedersachsen Jg. 1883 S. 88 ff.*

[2]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 214 f.*

[3]) *Falkmann a. a. O. S. 97 f. wird wohl recht haben, wenn er meint, daß dieser Darstellung, zu der W 821 zu vergleichen ist, zwar „Wahrheit zu Grunde liegt, aber gefärbt von Eitelkeit und Wichtigtuerei". Die Beteiligung am Kriege gegen Rietberg, der schon 1556, also ehe man Hamelmanns Buch in Händen hatte (am 1. September 1556 hatte der Druck noch nicht angefangen; vgl. den Brief Hamelmanns an Beyer bei Leuckfeld S. 67 ff.), begann, kann der Herzog nicht von Hamelmanns Entlassung abhängig gemacht haben. Anderseits war der Krieg zu Ende, als Hamelmann Lemgo verließ. Dagegen ist der Graf zur Lippe wegen seiner freundschaftlichen Beziehungen zu Kleve sicher geneigt gewesen, als Klagen über Hamelmann einliefen, dessen zeitweise Entfernung zu bewirken.*

me ornarunt scripto et sigillato testimonio tam senatus quam concionatores anno 1558. Interea ego miser proficiscor Brunswigam et Hamburgam. Ibi iubent doctor Joachimus Morlinus [1]) et doctor Paulus ab Eitzen [2]), ut me reciperem in academiam Rostochiensem et ibi publice per certa themata defenderem damnatam in mea responsione sententiam de sacramentis Christi in aula Juliaca, ut deinde accepto testimonio universitatis pudefacerem adversarios. Venientem igitur me de praedictorum doctorum consilio in eam universitatem humaniter quidem excepere doctor Joannes Draconites, d. David Chytraeus et alii et me ad examen et ad publicam disputationem admiserunt, licet quidam id etiam ibi mihi inviderent. Publice igitur primo hae propositiones de sacramentis (quas ex nostra responsione data in aula Juliaca Bomgardo illi Arnoldo Waschenburgico collegeram) et excudebantur et proponebantur.

Propositiones [3]) editae et publice affixae de coena Domini, de quibus pro licentia in theologia disputabit M. [4]) Hermann Hamelmannus exul die primo Junii hora 6. matutina in academia Rostochiana anno 1558.

1. Sacramentum in genere est ceremonia seu actio sacra constans verbo institutionis et administratione elementi integri, ordinata a Christo, ut sit signum promissionis evangelii propriae et medium, per quod remissionem peccatorum et caetera beneficia nobis impertit, et fides, qua sola iusti et haeredes vitae aeternae efficimur, in utentibus confirmatur.

2. Sacramenta autem numero paucissima, ut Augustinus ait, eademque factu facillima et intellectu angustissima et observatione castissima ipse Dominus et apostolica tradidit disciplina, sicut est baptismus Trinitatis nomine consecratus et communicatio corporis et sanguinis Domini.

3. Sacramentum corporis et sanguinis Christi est actio ordinata a filio Dei Domino nostro Jesu Christo, in qua recitatis verbis, quibus coena instituta est, et distributo et sumpto pane et vino

[1]) *Vgl. oben S. 207.* [2]) *Vgl. über ihn ADB Bd. 6 S. 481—485.*

[3]) *Den Originaldruck habe ich nicht ermittelt. Die Thesen sind auch bei Leuckfeld S. 74—82 schon gedruckt.*

[4]) *Daß Hamelmann Magister gewesen sei, ist weder sonst bekannt, noch wahrscheinlich, weil er nur kurze Zeit die Universität besucht hat (vgl. die Einl.).*

sumitur verum corpus et verus sanguis Domini nostri Jesu Christi, ut hac sumptione singuli credentes promissionem remissionis peccatorum sibi applicent, et Christo communione carnis et sanguinis ipsius arctissime copulati fidem suam confirment et Deum ardenti gratiarum actione celebrent.

4. In hac coena, cum administratur, sicut a Christo instituta est, credo et confiteor vere et substantialiter praesens esse verum corpus et verum sanguinem Domini nostri Jesu Christi, nec tantum gratia, spiritu, virtute et efficacia, sed revera adesse et sumentibus sacramentum exhiberi.

5. Cum enim in ecclesia duo sint *κριτήρια*[a]) certitudinis praecipua, videlicet illustria verbi divini testimonia et consensus primae et purioris ecclesiae, quae apostolorum temporibus vicina fuit, confirmant me in hac sententia primum perspicua et clara et saepius iisdem literis et syllabis repetita verba Christi: „Accipite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, hic est sanguis meus.“

6. Deinde accedit veterum ecclesiae doctorum consensus, ut testimonia Cyrilli, Hilarii, Chrysostomi, Augustini et aliorum ostendunt.

7. Et modum praesentiae corporis Christi in coena nominatim hi novem patres: Justinus, Cyprianus, Theodoretus, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Leo, Gelasius et Euthymius exemplo copulationis duarum in Christo naturarum declarant ac docent non mutari in coena substantiam panis, sed simul adesse et vere exhiberi panem et vinum et corpus et sanguinem Christi, hoc est duas res, teste Irenaeo, terrestrem et coelestem, sicut in Christo duae naturae, divina et humana, simul unitae sunt.

8. Neque tamen haec collatio ad personalem et indissolubilem unitatem, quae in sacramento non est, sed ad utriusque substantiae in sacramento veram et non figuratam aut symbolicam praesentiam demonstrandam a patribus adhibetur.

9. Ideo Justinus et alii propositionem „Verbum caro factum est“ conferunt cum verbis coenae „Hoc est corpus meum“ et ostendunt eatenus congruere similitudinem, quia utrobique duae

a) *B*: Cum enim in ecclesia sit *κριτήριον* certitudinis praecipua.

naturae integrae et non mutatae simul coniunctae esse credantur in persona Christi indissolubiliter et perpetuo, in coena Domini vero tantum in usu, cum videlicet accipitur, comeditur et bibitur.

10. Certum est enim ritus sacramentorum extra actionem a Deo institutam et cum transferuntur ad usus alienos ab institutione, nequaquam esse sacramenta.

11. Ex hac patrum collatione liquido demonstrari potest vetustissimos patres non probasse transsubstantiationem, quae postea conficta est, ut ex Irenaei loco antea citato apparet. Et Theodoretus ait: „Sicut panis et vinum post sanctificationem propria natura sua non egrediuntur, sed manent in priori sua substantia, forma et figura, sic nec corpus Christi post assumptionem in divinam substantiam est transmutatum." Sic Paulus expresse nominat panem etiam post consecrationem.

12. Nec tamen sacramentariis haec dicta patrocinantur, qui fingunt panem et vinum tantum symbola esse absentis corporis Christi, quod certo loco coeli affixum non possit, ubicumque coena Domini iuxta Christi institutionem celebratur, coram praesens esse et revera exhiberi.

13. Fines seu usus coenae Domini sunt, ut singuli[a]) hac sumptione et fide remissionem peccatorum et caetera Christi beneficia sibi applicent et hoc sigillo promissionis fidem et spem resurrectionis et vitae aeternae confirment. Item, ut sit exercitium et testimonium gratitudinis nostrae pro beneficiis Christi et confessionis verae doctrinae et commonefactio de dilectione et mutua membrorum ecclesiae concordia.

14. Plurimi autem et horrendi abusus coenae Domini, quos papistae defendunt, consideratis diligenter verbis institutionis coenae et declaratione Pauli 1. *Cor.* 11. et primae ac purioris ecclesiae consuetudine facile diiudicari et revelli possunt.

15. Integrum usum coenae Domini seu utriusque speciei, ut vocant, ab ipso Christi institutum et in ecclesia Corinthiorum et tota ecclesia Christi annis amplius mille usitatum fuisse sole meridiano clarius est. Nec recentiores etiam scriptores Gratianus et Lombardus usquam divisi sacramenti mentionem faciunt.

a) *A:* singula.

16. Ex iisdem fontibus etiam reservationem et circumgestationem panis consecrati adparet impiam et idololatricam esse. Nihil enim habet rationem sacramenti extra usum a Christo ordinatum.

17. Idque viderunt etiam Paschasius et Gabriel Biel, qui scribunt Christum non dixisse „Accipite, reservate", sed „Accipite, comedite".

18. Et adoratio panis in pompa Persica circumgestati horribilis idolomania est, qua colitur creatura supra creatorem, qui est Deus benedictus in saecula.

19. Nec haec eucharistia vel coena dominica potest transferri ad privatam papistarum missam, quia Christus ad discipulos ait: „Accipite et comedite" et Paulus ad Corinthios de publico conventu loquitur vocatque hunc usum communionem. Nec debet etiam lingua peregrina dispensari iuxta Pauli autoritatem et veteris ecclesiae consuetudinem.

20. Est quoque usus privatae missae plane ignotus antiquae ecclesiae et veteribus doctoribus, quibus coena Domini synaxis est dicta.

21. Nec quoque hoc sacramentum transferri potest ad externum sacrificium, ut sit oblatio pro vivis et defunctis, quia Christus ait: „Accipite, manducate", non „sacrificate". Et Paulus ait: „Quando haec facitis, mortem Domini annunciate." Scriptum est autem: „Quae tibi praecipio, haec tantum facito Domino, non addetis aliquid aut detrahetis."

22. Deinde unum habemus sacerdotem, qui unica et semel facta oblatione aeternam invenit redemptionem et est noster sacerdos ac mediator in aeternum teste epistola ad Hebraeos.

23. Nec veteres quoque agnoverunt huiusmodi sacrificium externum in coena, quamquam pro antiqua consuetudine hoc sacramentum sacrificium appellent, quod sit memoria veri illius sacrificii, quam ipsa concione, gratiarum actione, usu coenae et collatione eleemosinarum celebramus.

24. Usi sunt et patres hac phrasi: „Offerimus pro aliis, patriarchis, prophetis", ubi sacrificium laudis et gratiarum actionis, non ceremonialem sacerdotis oblationem significari apparet.

25. Sic, cum purgatorium non sit nec esse ex scriptura probari possit, imo cum et antiquitas plane de eo dubitet, multo magis est absurdum pro animabus in purgatorio detentis sacrificari.

26. Igitur missa pontificia plane pugnat cum institutione Christi et declaratione Pauli ad Corinthios [a]) data et cum antiqua et apostolica ecclesia.

27. Postremo eadem missa stabilit invocationem hominum mortuorum. Igitur et hoc nomine est explodenda, quia ista invocatio palam est idololatrica nec ullum de ea mandatum aut exemplum aut promissio in sacris literis exstat.

28. Cum autem Paulus nos iubeat fugere idola et pronunciet eos anathemata esse, qui idololatricas opiniones et cultus pertinaciter propugnant, manifestum est omnibus piis papistarum idola fugienda et exsecranda esse.

29. Oramus autem filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum, ut semper sibi ex genere humano aeternam ecclesiam colligat, quae veram evangelii doctrinam et pium sacramentorum usum conservet et idola pontificia refutet, ut Dei gloria illustretur et aeternae hominum saluti vere consulatur.

Hactenus propositiones.

Has propositiones quomodo ego coram tota universitate et in celebri doctorum, licentiatorum, magistrorum ac studiosorum auditorio defenderim, non ego dicam, sed de ea re referam d. Davidis Chytraei testimonium ex eius excusa oratione [1]), quam tunc in promotione nostra habuit. Verba eius sunt: „Et in publica disputatione audivimus eum erudite, graviter et expedite veram de coena Domini sententiam tueri et papistarum horrendos abusus refutare“ [b]). Haec ille [2]).

a) *A und B:* in Corinthiis.

b) *In H und W noch ein zweiter Satz daraus:* Ad huiusmodi tantum et ecclesiae necessarium tuendae veritatis certamen ut instructior esset, summa diligentia et assiduitate in sanctorum patrum voluminibus evolvendis versatus est etc.

[1]) Oratiuncula D. Davidis Chytraei, quam habuit anno 1558. feria quarta post pentecosten, quae annis 3067 secuta est primam pentecosten, in qua lex Domini in monte Sinai promulgata est, quando ipse designatus vicecancellarius in schola Rostochiana conferret gradum licentiae in sacra theologia M. Hermanno Hamelmanno. *(Originaldruck nicht ermittelt.) Eine Abschrift gibt J. C. Probst in den Annotationes zu seiner Schrift „Hermanni Hamelmanni natalia legitima“, Handschrift des Haus- und Zentralarchivs zu Oldenburg S. 49–56.*

[2]) *Ferner heißt es da u. a.:* Pietatem vero suam et in confessione constantiam ac zelum declaravit hactenus in acerrimis certaminibus, quae cum

Reversus domum recipior in pristinum ministerium necessitate urgente et potissimis in Lemgovia urbe meam functionem expetentibus.

Interea [1]) pro me intercesserunt apud Wilhelmum Ketlerum [2]), paulo ante episcopum Monasteriensem (quo principatu se tunc ultro abdicaverat religionis causa ipse Ketlerus), d. Joachimus Morlinus, doctor Paulus ab Eitzen et d. Joannes Wigandus, ut eius opera impetraretur mihi audientia in aula Juliaca, in qua ille semper magnus fuit. Verum ille se modeste excusavit.

Interea [a]) anno sequenti evulgata censura Coloniensium theo-

a) *H und W:* Interim dum nondum quiesceret Vlattenus instigatus semper a summo veritatis et verae religionis hoste Henrico Coloniensi, cancellario Paderbornensi, accidit tandem, ut Hamelmannus Vlatteno reconciliaretur per literas Mauritii Pideritii, pastoris veteris oppidi Lemgoviensis.

patronis idolorum pontificiorum suscepit, ut veram evangelii doctrinam tueretur ac latius spargeret et errores ac idola pontificia refutaret et aboleret . . . Cum enim pontificii ecclesiae et sanctorum patrum nomine sua idola apud imperitos ornent, prudenter existimavit se maiori cum fructu et autoritate eos refutaturum esse, si falsas eorum opiniones et cultus idololatricos non modo cum verbo Dei, quae unica et certissima veritatis norma est, verum etiam cum catholicae ecclesiae et sanctorum patrum consensu pugnare manifestis testimoniis convinceret. Eas refutationes errorum et abusuum pontificiorum felicissime instituit non viva voce solum iis in locis, ubi ecclesias pontificiorum tyrannide cinctas docuit, verum etiam scriptis editis, quae clarissimi et vera pietate a nobis colendi domini praeceptoris nostri Philippi et aliorum hominum doctorum praefationibus et honorificis testimoniis ornata sunt . . . Praebent etiam de ipsius vita et moribus honestis et diligentia in omnibus ministerii officiis obeundis praeclarum integritatis testimonium ecclesiae et respublicae, in quibus aliquamdiu hactenus vixit, ut literae publica autoritate iis in locis scriptae ostendunt. Et accesserunt literae clarissimi et reverendi viri doctoris Pauli de Eitzen, Hamburgensis ecclesiae superintendentis *(vgl. oben S. 278)*, quibus huius Hermanni sinceram doctrinam et mores honestos collegio theologico commendavit. *Vgl. auch den Brief Joh Freders an Joachim Westphal (Westphals Briefsammlung hrsg. von Sillem, Hamburg 1903, S. 309):* Cum ad me misisset d. M. David Chytraeus propositiones d. licentiati Hamelmanni, quas M David scribit ipsum magna cum laude defendisse . . .

[1]) *In einem vom dritten Sonntage nach Trinitatis (26. Juni) 1558 datierten Briefe an Hardenberg (bei D. Gerdes, Scrinium antiquarium T. 4, P. 2, Groningae 1755, S. 705) sagt Hamelmann:* . . . „de meo statu si forte certior fieri cuperes, hoc tantum significare possum, nihildum in eo actum esse, tantum quod intercessione Philippi et aliorum excellentissimorum hominum mihi clementem audientiam petam apud principem et reconciliationem cum Vlatteno. Quid sit futurum, exspecto.

[2]) *Er war klevischer Rat. Vgl. Zeitschrift des bergischen Geschichtsvereins Bd. 4 S. 318 und Bd. 7 S. 134 ff. und oben S. 57.*

logorum de Johannis Monhemii catechismo descendo cum ipsis in certamen theologicum et cum talibus theologis certo scriptis ostendens ipsorum falsitatem in citandis patribus [1]). Huius disceptationis partem ego cogitabam Vlatteno dedicare. Ideo ad ipsum amanter scribo et coniungit suas literas nostris meus venerandus collega vir senex et pius Mauritius Pideritius [2]), qui ante annos 50 Coloniae in studiis cum Vlatteno familiariter vixerat, et mea dona is praedicavit Vlatteno et me ei imprimis commendavit. Sic igitur huic respondit Vlattenus:

Viro integerrimo domino Mauritio Pideritio ecclesiae
in Lemgovia pastori vigilantissimo et amico
charissimo.

Salve, vir candidissime. Accepi tuas literas mihi longe gratissimas non ob id solum, quod amici suavissimi memoriam mihi refricarunt, verum quod ex iis intellexerim te firma et bona valetudine frui. Deo sit laus et gratiarum actio. Quod dominum Hamelmannum pro innata tua modestia tanto elogio decoraris atque pro illo intercesseris, plane tuum facis. Illud indubitatum habeas me iniuriam illam mihi illatam christiano et pio affectu ipsi ex animo condonasse, neque ulla odii scintilla aut rancor ullus reliquus est vel futurus erit in illius iacturam vel dispendium. Hoc ingenue fateor me nonnunquam apud amicos questum fuisse, quod citra omnem culpam tam acerbe ut osorem veritatis me perstrinxerit. Quod vero scriptum quoddam offert meo nomini dedicandum, habeo illi gratias dabisque diligentem operam, ne hoc scripto me gravet aut prelo quicquam committat mihi dedicandum, non quod illius laborem perspectum habeam, sed ne ego in hac mea aetate in tam multifarias altercationes invitus ferar, cum alioqui mihi misello satis abunde et laboris et oneris incumbat, modo functioni meae, ut par est, recte et cordate praeesse velim. Quod meum calculum desiderat, scio et agnosco imbecillitatem ingenii mei tantis in rebus diiudicandis. Proinde hoc scriptum

[1]) *Hamelmann veröffentlichte 1563 mehrere Schriften unter dem Titel* „Falsitas“ *oder* „De falsitate Jesuitarum theologorumque Coloniensium“. *Vgl. das Verzeichnis von Hamelmanns Schrift*en *in der Einleitung dieses Bandes. Welche er Vlatten widmen wollte, ist nicht ersichtlich.*

[2]) *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 255.*

remitto et Dominum Deum ex animo precor, ut illi et nobis omnibus salutarem suam gratiam conferre dignetur nunc et in aevum. Dominus, qui est scrutator cordium, novit me nihil magis in votis habere, quam ut haec prohdolor calamitosa altercatio tandem, Christo optimo maximo salvatore propitio, ad sui nominis gloriam totiusque reipublicae christianae concordiam et unitatem sancte sopiat et respublica christiana ab omni impio errore et dogmate, ab omnibus infrugiferis affectibus atque schismate liberari possit. In utrisque castris sunt multa, quae ad frugem sane meliorem desideranda forent. Abusus temporum tractu multos in ecclesiam Dei irrepsisse non ignoro. Tollantur impii abusus, maneant res, auferantur schismata, sectae et haereses, maneat sacrosanctae scripturae autoritas. Tollantur caeremoniae scripturis non conformes. Conformes vero modis omnibus ferendae et pie exercendae. Christus optimus maximus dignetur nos pro immensa sua misericordia in unitate fidei iuxta suam sanctam voluntatem conservare et in viam salutis aeternae dirigere. Bene vale. Dusseldorpii 16. Januarii in ingressu anni 62.

Tuus Joannes a Vlatten cancellarius.

Charta literis inserta:

Ea, quae typis excusa et per Hamelmannum ad me transmissa fuere, ubi per tempus et occupationes licuerit, diligenter perlegere statui.

Cum igitur nec hac ratione mihi concederetur audientia, cogitavi diu, quomodo eam apud ipsum principem consequi possem. Non enim me puduit evangelii. Ideo quaedam testimonia patrum veteris, mediae et postremae ecclesiae de sola fide iustificante a me collecta eidem inscripsit d. Joannes Wigandus [1]) et me eius

[1]) Unanimis omnium patrum ex apostolica ecclesia, ex media aetate et, qui postremis vixerunt saeculis, consensus de vera iustificatione hominis coram Deo . . . autore Lic. Hermanno Hamelmanno. Cum praefatione Johannis Wigandi. Ursellis, excudebat Nicolaus Henricus anno 1562. ‹*Köln StB*›. — *In der Vorrede Wigands an Herzog Wilhelm heißt es Bl. A 7^a f.:* Quod ad Licent. Hermannum attinet, vir bonus, pius, honestus ac doctus est, quem T. Celsitudini carum esse nihil dubito. Multis certe sinceris et doctis viris non tantum in ecclesia Saxonica, verum etiam aliis in locis notus et propter singularem doctrinam, fidem et alia Dei dona gratus amicus est. Nec dubito, quin pluribus ecclesiis recte prodesse queat, si quando Deus eum produxerit ex obscuro loco, in quo nunc haeret.

celsitudini imprimis commendavit, atque alium quendam libellum eidem quoque inscripsi [1]). Iam subitanea morte extincto Vlatteno atque impetratis rectoris, qui tunc d. Chytraeus erat, et academiae Rostochiensis intercessione et commendatione scripta ad principem adiunctis etiam nostris propositionibus olim ibi publice disputatis misi haec omnia ad illustrissimum principem Juliae Gulielmum [a]). Nunc vero intelliget lector, quomodo quidam consiliarii abutantur nomine suorum heroum, praesertim pontificii et impii ad opprimendos innocentes [2]). Mox princeps accepit nostra omnia gratiose et clementer atque lectas propositiones probaverat atque commendatione utraque tam d. Wigandi quam academiae similiter lecta, accedentibus etiam commendationibus duorum doctorum medicorum praestantissimorum d. Joannis Weieri et d. Joannis Lithodii [3]) dixerat tandem sibi nihil constare de mea damnatione, recipere autem in gratiam me, remittere exilium et indignationem, quamquam medici omnem paene culpam in decanum

a) *H und W:* Postea etiam quaedam, partim theologica, quod omnium aetatum patres locuti sint nos sola fide iustificari utentes expresse voce sola, partim politica scripta de rebus Westphaliae evulgata dedicavit Hamelmannus principi et duci Juliacensi . . .

[1]) Simplex et brevis delineatio urbium et oppidorum Westphaliae autore H. Hamelmanno s. l. e. a. (1564) *⟨Hannover KB⟩. Die Schrift ist auch abgedruckt W 63—84. Am Schlusse der Widmung heißt es:* Interim omnium maxime cuperem V. Cels. in rebus sacris aliquod officium gratum praestare, nunc praesertim, cum audiam Tuam Pietatem serio ad evangelii negotium promovendum animum adiecisse et omnes pios evangelii ministros clementer suscipere, promovere et fovere. Et quidem ego pro T. Cels. non semel ad lachrymas usque meos gemitus effudi ad Deum, quo T. Cels. maneret in numero piorum principum et . . . omnia ad gloriam Dei facere pergeret et in die illo ipsis coniungeretur per Christum. *H. bittet endlich den Herzog, der ihm gewidmeten Censura der Jesuiten (über den Monheimschen Katechismus; vgl. Bd. 1 H. 3 S. 101) nicht zu glauben und verweist auf seine Gegenschriften. — Hamelmann preist den Herzog auch in den Widmungsvorreden zu seinen Schriften* „Illustrium comitum de Marcka et Ravensberg res gestae" 1564 *(W 521),* „Illustrissimorum de Berga vel de Monte ducum res gestae" 1565 *(W 193) und später im dritten Buche der* „Genealogiae et familiae" 1582 *(W 473).*

[2]) *Vgl. auch W 1014:* Ideo si qui olim sub patre, si qui sub hoc *(Herzog Wilhelm)* sunt exilia passi ex piis concionatoribus, id potius aut pontificiis consiliariis aut malis praefectis aut delatoribus aulicis imputandum erit, quod in hac historia certis exemplis est probatum.

[3]) *Vgl. über Lithodius und Weyer Wolters a. a. O. S. 149 ff.*

Bileveldensem transtulerunt coram eius celsitudine. Itaque misit mihi honestum munus et suam mihi clementiam exhibuit ille princeps. Hoc ita esse possum ex literis praedictorum doctorum et M. Monhemii et cuiusdam secretarii in aula ibidem commonstrare. Et obtulit mihi d. Weierus eodem tempore conditionem scribens, quomodo ego possem impetrare hoc ab illustrissimo principe, ut mitterer Assendiensibus, si vellem, ad reformationem ecclesiae, quam tunc meditabantur illi. Haec sub initio anni 1564. acta sunt.

Ita res mea, imo ecclesiae et innocentia mea producta est in claram lucem. Si enim probavit meas propositiones testibus medicis illustrissimus princeps, ergo damnavit sententiam Wassenburgici pastoris Arnoldi Bomgardi et eius impiam opinionem, et tamen scribebatur sub nomine principis ex aula Bileveldiam, quasi me propterea damnaret princeps, quod levius sentirem de sacramentis, et demum postea deprehenditur quoque istam levem (ut dicit Wassenburgicus) sententiam ipse illustrissimus princeps amplecti.

Redeo ad ecclesiam Bileveldensem. Cum dubii essent multi pastores in diversis rebus, praesertim Jodocus Hanebomius dictus Wichtius, pastor veteris oppidi, et M. Joannes Mensius, pastor in Dorm[a]), aliique, orarunt me, ut scriberem sub communi pastorum comitatus Ravensburgici nomine ad Philippum Melanchthonem, et quia in istis rebus mediis, quomodo illa omitti vel servari alia possent, praesertim, quae nunquam omissa erant (quia ibi plerumque viguit papatus)[b]). Sic autem respondit Philippus anno 1554.

Philippi Melanchthonis responsio[1]) de quaestionibus Ravensbergensium pastorum.

Immensa[c]) bonitate Deus patefecit se et in genere humano collegit aeternam ecclesiam misso filio, qui est λογος aeterni patris,

a) *H und W:* Quando Jodocus Wichtius, pastor veteris oppidi, et M. Johannes Mensius aliique plures opulenter beneficiati ex pastoribus peterent in multis casibus et causis religionis consilium Philippi Melanchthonis . . .

b) *Der Satz ist nicht zu Ende geführt.*

c) *H und W haben noch den Eingang:* Reverendi viri, ad vestram petitionem nostram vobis perscribimus sententiam in tanta religionis confusione. Vos omnia dextre et candide accipietis.

[1]) *Der Brief, der im Corpus Reformatorum fehlt, ist auch lateinisch und in deutscher Übersetzung mitgeteilt und erläutert von Göbel S. 60–67.*

quia est persona, per quam immediate prolata est ex sinu patris aeterni doctrina evangelii et[a]) per quam inchoatum est et servatur ministerium evangelii. Per hanc incorruptam doctrinam comprehensam in scriptis prophetarum et apostolorum et breviter collectam in symbolis verissime ipse filius Dei est efficax et regenerat credentes et ostendit aeternum patrem, sicut inquit: „Nemo novit patrem nisi filius et cui filius volet revelare.“ De hac vera et unica doctrina ecclesiae Dei nota est vobis nostra confessio, in qua summa doctrinae comprehenditur, et repetita est confessio in editione scripti de ecclesiis Megalburgensibus[1]), cuius exemplum vobis mitto, et de hac confessione consensum inter vos et nos esse non dubito.

1. Prima sit autem cura recte docendi et retinendi consensum in vera doctrina, sicut filius Dei orat: „Sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas“, item „Fac, ut unum sint in nobis“.

2. Postea facile est iudicare, quae doctrinae et qui ritus pugnent cum vera doctrina et vera invocatione, et tenenda est regula: Fugite idola.

3. Quia certissimum est nihil habere rationem sacramenti extra institutum usum, vellem adorationem panis[b]) in reservatione et circumgestatione prorsus omitti. Nec cogitetur inclusio corporis in panem extra verum usum, quia filius Dei est agens liberum et adest et agit, sicut instituit. Id neque Eccius in conventu Ratisponensi refutare potuit. Simul autem docendi sunt homines de vera praesentia filii Dei in manducatione. Ibi vere et substantialiter adest et est efficax in sumente, et manducatio pignus est, quod non tantum tunc adsit, sed habitet in sanctis, sicut inquit: „Ego sum vitis et vos palmites.“ Ergo[c]) in eis, quia λογος, filius Dei, adest verbo vocali et per id immediate movet mentes, ostendit patrem et dicit consolationem et[d]) dat spiritum sanctum.

a) *fehlt H und W.* b) *fehlt H und W.*
c) *A, B, H, W:* ego. d) *H und W:* ac.

Die Anfragen, die, wie aus Melanchthons Antworten hervorgeht, die Abendmahlslehre, Abendmahlsfeier und Stellung zur Messe, die Zeremonien, Gewänder, Kerzen usw. und die Beibehaltung katholischer Pfründen betrafen, sind für die durch das Interim geschaffenen Zustände sehr charakteristisch.

[1]) *Gemeint ist die Mecklenburgische Kirchenordnung von 1552 (bei Richter Bd. 2 S. 115–128).*

De hac praesentia in ecclesia, id est in ipsis sanctis et de regno Dei[a]) et[a]) Christi diligenter docendi sunt homines. Nominatur proprie regnum Christi. Etsi enim et pater aeternus vocat et sanctificat homines, tamen haec fiunt immediate per filium λογον efficacem immediate in ministerio. Postea tradet regnum Deo et patri, id est cum Deus se ostendet palam, non per ministerium.

4. Vellem elevationem panis[b]) et reservationem prorsus omitti.

5. De canone missae[c]). Necesse est omitti papisticum canonem. Quod autem[d]) ante communionem dicitis precationem[e]) et gratiarum actionem, placet. Ego in libro Megalburgensi in ea parte, ubi ritus communicationis, videlicet in agenda, ut nominatur, complexus sum precationem, gratiarum actionem, confessionem peccatorum, absolutionem et verba fidei applicantis promissionem, quia[f]) certe in usu sacramenti vult Dominus fieri recordationem suorum beneficiorum et invocationem et gratiarum actionem. Non vult tantum ritum externum oculis exhiberi, non vult multos gestus esse. Potestis inspicere librum Megalburgensem.

6. De vestitu (sacerdotali)[g]), de lychnis, de circuitu sive invocatione hominum mortuorum nihil pugno. Nec vellem pelli ministros pios propter contentiones de talibus rebus, quarum usum esse liberum manifestum est. Nec dubito vos populo saepe declarare distinctionem rerum necessariarum et rituum humanorum.

7. Reditus sacerdotiorum possideri pie existimo, si non conducitis[h]) inde sacrificulos, qui pro vobis impia sacra faciunt. Nam reditus illi cum sint ecclesiae, recte a vobis possidentur, qui verae ecclesiae servitis[i]), ut Georgius, princeps Anholdinus[1]), iuste possidebat reditus sacerdotii sui, cum interea propagationem evangelii et studia fideliter iuvaret et non conduceret sacrificulos impia sacra facientes.

a) *fehlt A und B.* b) *fehlt A und B.*
c) *fehlt A und B.* d) *H und W:* vero.
e) *H und W:* orationem.
f) *H und W:* quia recte vult fieri Dominus recordationem . . .
g) *fehlt A und B.*
h) *H und W:* conducatis. i) *H und W:* inservitis.

[1]) *Georg von Anhalt, Koadjutor in Merseburg, gestorben 1553. Vgl. Realenzyklopädie Bd. 6 S. 521 f.*

Idem de parte redituum sentio. Illis[a]) enim proprie debentur beneficia ecclesiastica, qui scholis et ecclesiis docendo inserviunt, non otiosis ventribus. Valete.

Philippus Melanthon.

In ea urbe fuere pii et docti ludimagistri Gabriel Mattenklotus[b]), qui postea factus est secretarius principis Juliaci[1]), Georgius Snecampius[2]), M. Georgius Vogelmannus[3]), Joannes

a) *Das Folgende bis zur Unterschrift fehlt A und B.*
b) *B:* Mattenelotius.

[1]) *Als Rektor in Bielefeld ist er nur durch Hamelmann bekannt. Vgl. Herwig in der Festschrift zum 350jährigen Jubiläum des Gymnasiums und Realgymnasiums zu Bielefeld, Bielefeld 1908, S. 2. Vgl. im übrigen über ihn oben S. 190.*

[2]) *Schnekamp (Snekamp) war von 1553 bis Ende 1555 oder Anfang 1556 Rektor und folgte Hamelmann nach Lemgo. Sein Nachfolger war Gerhard Tittmann (Tydtmann oder Timann), der am 6. März 1556 verpflichtet wurde (Herwig S. 2 und 140).*

[3]) *Georg Vogelmann aus Herford hatte, nachdem er vorher schon, wie aus der Widmung und Vorrede seiner ersten Schrift hervorzugehen scheint, Lehrer in Dortmund, vielleicht an der Reinoldischule gewesen war, in Wittenberg studiert, wo er am 27. Februar 1557 immatrikuliert (Album 1, 325) und 1560 (als* Georgius Ornithander Hervordianus) *zum Magister promoviert (Köstlin, Osterprogr., Halle 1891, S. 22) wurde. Am 11. Dezember 1560 wurde er als Rektor in Bielefeld angestellt. (Seine Vorgänger waren Ludwig Kip 1557/1558 [vgl. unter Tecklenburg] und Heinrich Dukenacke 1559; vgl. Herwig S. 140 f.) Er verfaßte folgende Schriften:* 1. Elegantiarum latini sermonis praeceptiones aliquot *(mit Widmung an Bürgermeister und Rat von Hameln, datiert* Tremoniae, mense Julio 1556). *Die Originalausgabe ist unbekannt. Von den zahlreichen späteren Ausgaben, zum Teil unter den Titeln* „Encheridion Ciceronianum“ *und* „Elegantiae latini sermonis“ *seien genannt:* Tremoniae, Sartor 1566 *<Rostock UB>*, Henricopoli, Henricus Corneus 1588 *<Hamburg StB>*, Magdeburgi, Francus 1599 *<Greifswald UB>*, Magdeburgi, Kirchner 1604 *<Hamburg StB>*, Magdeburgi, Neumann 1615 *<Breslau UB>*, Magdeburgi, Francus 1620 *<Dresden KB>*, Noribergae 1649 *<Zittau StB>*, Lipsiae, Scheibe 1654 *<Breslau UB>*, Hildesiae, Stertzius 1660 *<Berlin KB>*, Noribergae, Miltenbergerus 1669 *<Zwickau RB>*, Lipsiae, Scheibe 1671 *<Königsberg UB>*, Francofurti et Lipsiae, Weidmannus 1684 *<Berlin KB>*, Lemgoviae, Meyer 1715 *<Hamburg StB>*, Luneburgi o. J. *<Hamburg StB>*. — 2. Protrepticon de liberalium artium studiis colendis *(mit Widmung an Herzog Wilhelm von Jülich, datiert aus Bielefeld, 20. März 1561).* Tremoniae excudebat Albertus Sartorius 1561 *<Wolfenbüttel HB> und u. d. T.* Libellus protrepticus de liberalium artium studiis colendis, Tremoniae 1564 *<Osnabrück, Ratsgymnasium>. In der letzteren Ausgabe hat V. auch zwei Bücher seiner* Varia poemata *beigegeben.* — 3. Ad clarissimam generosissimamque comitissam Mar-

Bodenius [1]. — Mortuo Antonio Veneiero decano eligitur in istius locum Joannes Kirckhovius [a], pastor et canonicus, qui magnam congerit pecuniam et est dives Euclio. Diu [b] exstitit neutralis, postea aliquo modo se evangelicum praebuit [2].

a) *B:* Kirchovius.
b) *Dieser in A später angefügte Satz fehlt B.*

garitam a Lippia, abbatissam Hervordensem religiosissimam, gratulatorium carmen. Tremoniae, Albertus Sartorius excudebat 1566. *Wolfenbüttel HB.*
In Bielefeld erhielt V. 1568 schon den zweiten Nachfolger (Herwig S. 141). Über seine späteren Schicksale ist mir nichts bekannt.

[1]) *Von Bodenius ist es sonst nicht bekannt, daß er in Bielefeld gewirkt hat (Herwig a. a. O. S. 2 Anm. 2). Später war er in Paderborn und Minden Rektor. Vgl. oben S. 172 ff. und S. 88.*

[2]) *Vgl. schon oben S. 275.*

9. Tecklenburg [1].

Als Jahr der Einführung der Reformation wird meist 1527 angegeben, und dies Jahr ist nach den maßgebenden Quellen [2]) richtig. Bestimmend war sicher, wie auch Hamelmann richtig angibt, der Einfluß des Landgrafen von Hessen, mit dem Graf Konrad verwandt war. Zunächst wurde auch die hessische Kirchenordnung angenommen [3]). Später, am 24. August 1543 publizierte Konrad eine eigene [4]).

1588 führte Graf Arnold von Bentheim-Steinfurt und Tecklenburg das reformierte Bekenntnis ein [5]).

Woher Hamelmann seine Nachrichten hat, ist nicht zu ersehen.

Der Bericht stammt aus dem Ende der sechziger Jahre. Nur der letzte Abschnitt ist später, vielleicht erst vor dem Drucke (1586) hinzugefügt.

[1]) *G. A. Rump, Des heil. Röm. Reichs uhralte hochlöbl. Grafschaft Tecklenburg, Bremen 1672. A. K. Holsche, Historisch-topographisch-statistische Beschreibung der Grafschaft Tecklenburg, Berlin und Frankfurt 1788. Friedr. Müller, Geschichte der alten Grafen von Tecklenburg, Osnabrück 1842. M. F. Essellen, Geschichte der Grafschaft Tecklenburg, Schwerte 1877. (Fr. Smend), Kirchengeschichte der Grafschaft Tecklenburg, für das Volk bearbeitet, Gütersloh 1850. Kampschulte S. 97 f., 236 ff., 428 f. A. Brennecke, Geschichtliche Einleitung zu: Die Bau- und Kunstdenkmäler des Kreises Tecklenburg, Münster 1907. Jacobson S. 404 ff.*

[2]) *Vgl. S. 293 Anm. 4 und 295 Anm. 1.*

[3]) *Jacobson S. 404.*

[4]) *Die Kirchenordnung der Grafschaft Tecklenburg vom 24. August 1543 hrsg. von Ernst Friedländer, Münster 1870.*

[5]) *Jacobson S. 405.*

[Bl. L 6[a]] **Historia[a]) renati evangelii in comitatu Tecklenburgico et dominio Redensi.** *W 849.*

Cum[b]) Conradus, comes Tecklenburgicus et Lingensis ac dominus in Rheden[1]), affinitate esset magnanimo et excellentissimo principi Philippo lantgravio Hassiae iunctus[2]), ille ex consilio ipsius prae reliquis Westphaliae comitibus omnium primo suscepit evangelii doctrinam[3]), nempe circa annum Domini 1525[4]). Curat quoque in suo celebri pago Lengerike, ubi in templo habebatur idolon Margarethae sacrum vel statua Margarethae, quae videbatur edere miracula, ad quam multi homines quotannis statuto tempore ex peregrinis locis magno numero confluebant, tale idolon aboleri, hoc est statuam Margarethae, quae multis erat propitia iuxta papistarum religionem, tolli et deprehendit dolum sacrificorum, quasi coram vulgo statua sudorem emitteret, artificio quo-

a) *Text nach B und W. Die Abweichungen von A und B sind unter dem Strich mitgeteilt.*

b) *A und B:* Omnium primo evangelii doctrinam suscepit ex comitibus Westphaliae Conradus comes Tecklenburgicus, dominus in Linge et Rhede, atque praefecit suis ecclesiis anno 1527.[4]) Johannem Pollium, poetam eximium, atque per eum curavit ecclesias visitari.

[1]) *Bis 6. Oktober 1534 lebte noch sein Vater Otto VIII., aber dieser hatte ihn 1516 zum Mitregenten gemacht und ihm 1524 Rheda überlassen. Vgl. Rump S. 102; C. Stüve, Geschichte des Hochstifts Osnabrück Bd. 2, Jena 1872, S. 42; Brennecke S. 15.*

[2]) *Seine Gemahlin Mechtild, vorher (seit 1500) Nonne des Klosters Weißenstein, war eine hessische Prinzessin, die Tochter Wilhelms I., des Oheims Philipps des Großmütigen, also des letzteren Base, nicht Tochter und auch nicht Schwester, wie in älteren Darstellungen angegeben wird. Vgl. H. Diemar, Stammreihe des Landgrafenhauses, in: Zeitschr. d. Ver. f. hessische Gesch. N. F. Bd. 27 (1903) S. 30 und Küch, Das Politische Archiv des Landgrafen Philipp des Großmütigen Bd. 1 (Publikationen aus den Preuß. Staatsarch. Bd. 78), Leipzig 1904, S. 63f. — Die Bezeichnung „alte hochmütige Nonne", die oft nachgeschrieben ist, stammt von Bruder Göbel von Böddeken (Zeitschrift 19, 1858, S. 197).*

[3]) *Das wird Hamelmann aus den Gedichten des Pollius entnommen haben, wo Graf Konrad deswegen mehrfach gepriesen wird.*

[4]) *„Ao. 1527 is Tecklenburgh und die Graffschap Evangelisch geworden", schreibt dieselbe Hand, die die Kirchenordnung von 1543 aufgezeichnet hat (Friedländer S. 16).*

dam tale quid ad decipiendum vulgus adornantium [1]). Ideo multorum in se invidiam excitavit. Nam ad hoc non aliter quam ad oraculum Delphicum concurrebatur. Ideo Westphalus poeta Joannes Pollius in suis editis epigrammatis sic [a]) ad hunc comitem Conradum de hac re scripsit [2]):

[Bl. L 7b] Dum tua Margaridos [b]) tolli simulachra potestas
Iussit et obscuro condier illa loco,
Ultra divinos illi [c]) ne impendat honores
Vulgus et e ligno flebile poscat opem,
Sed colat immensi praesentia numina patris
Discat et intento corde rogare Deum,
Indoluere homines, quaestum quibus ille colossus
Attulit et gravido dona recepta tholo.
W 850. Et tibi sacrifici maledicunt murmure iuncto,
O comes, o generis nobilis aura tui.
Sed tibi, quam lacerat, quantum furit impia lingua,
E caelis tanto gratia maior adest
Impie, quin igitur mentiri pergis abunde,
Adsit ne [d]) comiti gratia summa pio?
Hunc Deus e supera metuendus protegit arce,
An petulans illi lingua nocere potest?

Carmen hoc Joannis Pollii celebris poetae fuit, cuius opera non solum in reformatione ecclesiarum, sed etiam in legationibus interdum utebatur comes ille [3]).

Hic Joannes Pollius scripsit de tribus monstris ecclesiam vastantibus scriptum aliquod carmine docto exaratum, quod publico elogio Eobanus Hessus commendavit [4]), quod huic Conrado comiti

a) *fehlt W.* b) *H und W:* Margarides. c) *H:* ili.
d) *Im Original:* Ne desit.

[1]) *Man erzählt sich, daß es aus Messing und hohl war und „je nach den Umständen" schwitzen konnte. Mit dem Wasser des Margaretenbrunnens wuschen sich die Pilger, und die Kranken wurden darin gebadet.* **Smend** *S. 12.*

[2]) Pollius, De tribus monstris . . . Marpurgi *(1539)* *<Dresden KB>*, *Bl.* $43^a - 43^b$ *und* Opuscula . . . Tiguri *(1546)* *<Berlin KB>*, *Bl.* $41^a - 41^b$. *Vgl. über diese Drucke Bd. 1 H. 3 S. 303 f.*

[3]) *Vgl. über ihn ebenda S. 88 f.*

[4]) *Ebenda S. 303.*

dedicavit[a]). et hic Pollius, vir certe gravis et doctus, fuit huic comiti Conrado primus ibi evangelista et commoratus est in oppido Rheden et magna cum laude praefuit ecclesiis[1]). Deinde[b]) vixit in hoc comitatu [Bl. L 7[a]] Jacobus Weldigenus, qui eiectus erat propter confessionem evangelii ex urbe Lippia[2]).

Cum[c]) esset Schmalkaldici foederis hic comes, non solum propter piam confessionem a duce Brunswicensi premitur, sed

a) *A und B:* et facit eius honorificam in epigrammatis mentionem aliquoties.

b) *A und B:* Fuit quoque eiectus ex urbe Lippia Jacobus Weldigenus anno 1533.[3]) ab hoc comite susceptus, cui elocavit notham filiam comes.

c) *A und B:* Quod etiam is comes passus sit propter evangelii doctrinam, qui erat Smalcaldici foederis, incursiones ab Henrico duce Brunsvicensi, a Christofero Frisbergo et aliis, annotat Sleidanus. Postremo nomine aulae Burgundicae per Maximilianum Burensem, hominem truculentum et saevum, privatur avito dominio Lingen, quod hodie domus Burgundica obtinet, et aliquot deinceps pagis propter religionem, ut puto.

[1]) *In der Vorrede zu den Gedichten sagt Pollius (1539):* Annus abhinc duodecimus est, generosissime comes, quo tuis auspiciis et vocatione, in ditione tua evangelizandi ministerium suscepi curavique qua potui per Christum diligentia, ut quoad eius fieri posset, evangelion et luculenter et citra tumultum omnem evulgaretur. *Neben Pollius wird gewöhnlich Hermann Keller in Tecklenburg als erster evangelischer Geistlicher genannt (Rump S. 75, Müller S. 242, Smend S. 15). Von ihm heißt es im Lagerbuche der Tecklenburger Pfarrei:* Hermannus Keller Ao. 1527. 11. Julij Bernhardo von Gülich in Dienste gefolget *(nach derselben Aufzeichnung resignierte dieser, offenbar, weil er katholisch bleiben wollte, und zog sich ins „Nordtörper Kloster" in Osnabrück — gemeint ist das Dominikanerkloster am Natruper Tore; vgl. Hoogeweg, Verzeichnis der Stifter und Klöster Niedersachsens, Hannover und Leipzig 1903, S. 105 — zurück),* welcher gern und viel bey Graff Conrad zu Hofe sich finden lassen und mit auff die Jagt gezogen. Ist gestorben Ao. 1561. *Vgl. auch Smend S. 15. — Für die Art, wie Graf Konrad in der Herrschaft Rheda die Reformation betrieb, vgl. den interessanten Bericht aus dem Frauenkloster Hertzebrock, den F. Zurbonsen in der Zeitschrift des bergischen Geschichtsvereins Bd. 19 (1883) S. 31—44 veröffentlicht hat.*

[2]) *Er heißt sonst (vgl. unter Lippstadt, W 1053) Ledigen (Leidigen). Von 1528—1535 war er Prediger in Lippstadt (H. Niemöller, Reformationsgeschichte von Lippstadt, Halle 1906, S. 24, 48). Nach B. A. Goldschmidt, Geschichte der Grafschaft Lingen, Osnabrück 1850, S. 37, J. C. Möller, Geschichte der vormaligen Grafschaft Lingen, Lingen 1874, S. 135 f. und L. Schriever, Geschichte des Kreises Lingen Bd. 1, Lingen 1905, S. 219 und 222 war er von 1541 bis 1558, wo er entlassen wurde und einen katholischen Nachfolger erhielt, Pfarrer in Lingen.*

[3]) *Vielmehr 1535. Vgl. später unter Lippstadt (W 1055).*

postea a Christophoro Vrisbergio impetitur [1], et tandem illi eripitur comitatus Lingensis cum quatuor parochiis pertinentibus ad comitatum Tecklenburgensem [2]) per Maximilianum comitem Burensem [3]).

Moritur hic comes anno Domini 1556. [4]) elocata prius unica filia Anna Benthemico comiti Everwino, quo mortuo cum haec domina Anna esset vidua, erat [a]) ei aulicus concionator Hermannus Machaeropeus, qui conscripsit aliquam ecclesiasticam ordinationem anno Domini 1562. in ecclesiarum Tecklenburgensium usum [5]), sed cum is in peregrinas opiniones incideret, dimittitur et abit in comitatum [b]) Morsensem [6]).

a) *A und B:* haesit apud illam circa annum Domini 1562. quidam Hermannus Machaeropeus, qui ad usum ecclesiarum istius ditiunculae conscripsit reformationem, sed tandem, cum et ipse inclinare videretur ad sacramentariorum opinionem, est ab ea dimissus et abiit in comitatum Morsensem et ita periit istius reformatio.

b) *H und W:* comitum.

[1]) *Hamelmann entnimmt dies aus Sleidan,* De statu religionis et reipublicae Carolo V. Caesare commentarii l. 18. — *Urkunden im Archive der Grafschaft Tecklenburg (Staatsarchiv Münster). Vgl. auch Rump S. 104, Müller S. 249 ff., Smend S. 16, Brennecke S. 7 und 15 und H. Berentelg, Der Schmalkaldische Krieg in Nordwestdeutschland, Diss. Münster 1908, S. 21 ff., 29 ff.*

[2]) *Ibbenbüren, Brochterbeck, Recke, Mettingen.*

[3]) *Vgl. außer den Genannten auch Goldschmidt a. a. O. S. 49 ff. und Schriever a. a. O. S. 220.*

[4]) *Vielmehr 1557, 6. März.*

[5]) *Von dieser Kirchenordnung ist sonst keine Nachricht erhalten.*

[6]) *In dem Tecklenburger Lagerbuche heißt es dagegen:* Hermannus Machaeropaeus oder Meßmacher Trajectinus. Ist Ao. 1561 zum Pastor wieder angenommen, hat die Bilder und Wachs Kersen vor und nach vom Altar hinweggenommen, auch das Gesetz zu Hofe ein wenig zu scharff geprediget, daher Er die gnad daselbst verlohren und als er die Bilder, da man sie wieder auffs Altar gebracht, freventlich abgeworffen, Ao. 1565 umb Fastnacht seines Dienstes plötzlich (wie mihr — *wer das ist, ist nicht zu ersehen* — erzehlet ist) entzet (!) worden, hatt sich von hinnen auf die Gronau begeben und nach Verlauff eines Jahres in Ostfriesland nach Wener, und folgends nach Nordijck in Gröninger Land, da er auch soll gestorben sein. NB. Diesem Hermanno Meßmacher hat die Gräfin Anna nacher der Gronau und in Ostfrießlandt stark nachschreiben lassen umb restitution der Siegel und Briefe an die Pastorey allhir gehörig, berichtet aber wahrhafftig, das Keine Briefe von des Vorigen Pastors Wittiben ihme behandet, daran der Pastorey gelegen, Nuhr etliche Alte Cartabellen, Register und Zettuln, die er teils bey den

Veteri [a]) iure et haereditario subest arx et praefectura Cloppenborch huic comitatui, quam comiti Nicolao ademit Ottho, natus comes Hoyensis et episcopus Monasteriensis [1]). In hanc urbem et praefecturam intulit veram religionem Franciscus, Waldechianus comes et episcopus Monasteriensis, anno Domini 1544. [2]), et illa reformatio duravit ibi usque ad haec tempora [3]). Duos novi pastores [Bl. L 7 [b]] Cloppenbergae, viros doctos et disertos, nempe Henricum Scribam [4]) et Lodovicum Kipium [5]), et pastorem in Lonigen Ptolomaeum Langenhorstium, virum eximie eruditum [6]).

b) *Dieser Abschnitt fehlt in den Hs.*

Drosten Henrich Lüningk verlasen, theils hernach zurucke gesandt . . . — *Bei P. F. Reershemius, Ostfriesländisches Prediger-Denkmahl, neue Aufl., Aurich 1796, heißt es S. 677 unter Wener (heute Weener): „Herman Macheropaeus, ein Utrechter, ist 1568 berufen und 1578 den 16. Oktober gestorben." Zwischen 1565 und 1568 könnte M. immerhin in Mörs, wie Hamelmann angibt, gewesen sein. Sein Nachfolger in Tecklenburg war Johann Blomendaal, vorher Vikar in Meppen (vgl. oben S. 61), der 1574 als Pastor nach Lengerich ging, wo der erste evangelische Prediger, von dem wir wissen, Gröpker (nach Smend S. 15), gestorben war.*

[1]) *Vgl. über die Geschichte von Kloppenburg die Bau- und Kunstdenkmäler des Herzogtums Oldenburg H. 3, Oldenburg 1903, S. 23 ff. und 48 f.*

[2]) *Ebenda S. 55, wo auch das Schreiben Franzens von Waldeck an den Amtmann Wilke Steding und den Rentmeister Hermann Kock zu Kloppenburg vom 1. Juli 1543 abgedruckt ist. Dasselbe Schreiben teilt auch B. Spiegel, Hermann Bonnus, 2. Aufl., Göttingen 1892, S. 188 f. mit.*

[3]) *Über die Gegenreformation zu Anfang des 17. Jahrhunderts ebenda S. 56 ff.*

[4]) *Er kommt als* „Crapendorpensis ecclesiae pastor" *(Crapendorf-Kloppenburg) urkundlich am 23. August 1557 und 19. Oktober 1557 vor. K. Willoh, Geschichte der katholischen Pfarreien im Herzogtum Oldenburg Bd. 4, Köln 1898, S. 221. Nach C. L. Niemann, Geschichte des Amtes Kloppenburg, Münster 1873, S. 91 lebte er noch 1563.*

[5]) „Ludovicus Kipius Hammelensis" *wurde am 26. Mai 1560 in Wittenberg immatrikuliert (Album 2, 4), nachdem er bereits 1557 und 1558 Rektor der Bielefelder Stadtschule gewesen war (Herwig in der Festschrift zum 350 jährigen Jubiläum des Gymnasiums und Realgymnasiums zu Bielefeld, Bielefeld 1908, S. 5 ff. und S. 140 und oben S. 290). Als Pastor in Kloppenburg kommt er urkundlich 5. Juni 1569 vor (Willoh a. a. O. Bd. 4 S. 221 f.).*

[6]) *Ptolemäus Langhorst, Pastor in Löningen seit 1572 oder 1573, vorher wahrscheinlich Kaplan oder Adjunkt (Vizekurat) daselbst, starb vor 10. Februar 1615 (Willoh a. a. O. Bd. 5 S. 175—190).*

10. Wittgenstein[1].

Die Reformation in der Grafschaft Wittgenstein begann unter den Grafen Wilhelm I. zu Wittgenstein und Johann VII. zu Berleburg, den Söhnen des Grafen Eberhard, die das Land unter sich geteilt hatten[2]. Herbers[3] hebt mit Recht hervor, daß von einem Drängen und Wunsche des Volkes nichts bekannt ist und die neue Lehre „von oben herunter dem Volke zugebracht" wurde. Von Einfluß ist wahrscheinlich die Lehnverbindung mit dem benachbarten Hessen gewesen[4]. Dazu kam, wovon Hamelmann nichts weiß, für Berleburg das Wirken der Gräfin Margaretha aus dem Hause der Grafen von Henneberg, mit der sich Graf Johann im Oktober 1534 verheiratete, und die 1547 starb. Ihr schreibt der Berleburger Amtsschultheiß Georg Cornelius[5] in seiner Chronik (1587) das Haupt-

[1]) *Fr. W. Winckel, Aus dem Leben Casimirs, weiland regierenden Grafen zu Sayn-Wittgenstein-Berleburg. Nebst einer einl. Übersicht der Geschichte des Hauses Wittgenstein und der Stadt Berleburg, Frankfurt a. M 1842, S. 38—55. Derselbe, Ludwig der Ältere, Graf von Sayn zu Wittgenstein, in Erzählung, Brief und Verordnung sein Selbstbiograph, Berleburg 1855. Derselbe, Chronik der evangelischen Gemeinde Berleburg, Lüdenscheid 1872, S. 27—47. Herbers, Beiträge zur Geschichte Wittgensteins, Berleburg 1893, S. 79—126. Jacobson S. 572ff. Kampschulte S. 99f., 241f.*

[2]) *Zum Verständnis des Folgenden diene der Stammbaum:*

Eberhard

Wilhelm I. Gem.: Johannette von Isenburg. Er dankt 1558 ab, † 1570.	Georg, Domdechant in Köln † 1558.	Johann VII. † 1551. Gem.: Margaretha v. Henneberg.

Söhne Wilhelms I.:

Wilhelm † 1558.	Georg, Dompropst in Köln † 1588.	Ludwig d. Ä. 1558—1605.

[3]) *S. 90.*

[4]) *Wenck, Hessische Landesgeschichte Bd. 3 S. 130.*

[5]) *Vgl. über ihn Herbers S. 79ff.*

verdienst an der Einführung der Reformation zu. „Mit freundlichen, lieblichen Worten lockte sie ihren Herrn, daß Ihre Gnaden Ihren Herrn mit der Zeit und von Tage zu Tage gewann, daß Ihre Gnaden ein guter Christ ward und Gottes Wort lieb gewann und ließ keine Messe mehr halten, weder lesen noch singen, sondern nach dem Evangelio“ [1]. *Sie gewann auch den seit 1516 in Berleburg angestellten Pastor Hermann Schmalz.* „Derselbe wollte in keinem Wege von der Papisterei abstehn, wollt' Leib und Leben dabei lassen; und meine gnädige Frau, die von Henneberg, wandte großen Fleiß an den Pfaffen mit freundlichem Locken, mit Unterrichtung göttlicher Schrift, legt' ihm die Schrift aus, aber er wußt es alles besser, wie er meinte. Sie sagt' ihm zu, Ihre Gnaden wollten ihn erhalten in seinen alten Tagen, er sollte keinen Mangel haben, weder an Essen, Trinken oder Kleidung. Ihre Gnaden brachten mich auch dazu, ich mußte ab und zu gehn und Herrn Hermann zu wegen sagen, wie Ihre Gnaden mir deß Befehl that. Und wie er sollt' das Ja geben, weinete er wie ein Kind, und ward Herr Hermann noch mit der Zeit ein guter Lehrer in seinen alten Tagen“ [2]. *Er trat 1535 zur evangelischen Kirche über* [3]. *Graf Johann ging wohl nach hessischem Muster vor; denn er stand mit Philipp dem Großmütigen in Beziehungen* [4].

In Wittgenstein folgte Graf Wilhelm seinem Beispiel, nach Hamelmann auf Drängen seiner Gemahlin und seiner Söhne. Er erließ eine Kirchenordnung, die nicht mehr erhalten ist [5]. *Als er nach dem Tode seines Bruders beide Teile der Grafschaft in seiner Hand vereinigte, führte er die Reformation gleichmäßig weiter und erließ am 1. August 1555 eine neue Kirchenordnung* [6], *die erkennen läßt, daß das Reformationswerk noch keine feste Gestalt gewonnen hatte. Am 4. November 1555 wurde sie einer Versammlung von Geistlichen und Lehrern bekannt gemacht und unterschrieben von*

[1] *Bei Winckel, Casimir S. 38.*

[2] *Ebenda S. 38 f. — Schmalz starb 1568, vgl. unten S. 304 Anm. 1.*

[3] *Herbers S. 92.*

[4] *Winckel, Casimir S. 41 f. Herbers S. 91.*

[5] *Die von 1555 weist darauf hin.*

[6] *Inhaltsangabe bei Winckel, Casimir S. 43—48, Winckel, Chronik S. 32—34. Auszug bei Jacobson, Urkundensammlung S. 526—532 und Richter Bd. 2 S. 160—162.*

Nikolaus Cell zu Laasphe, Hermann Schmalz zu Berleburg, Joh. Kuno zu Feudingen, Joh. Con. zu Elsof, Matth. Sartorius zu Arfeld, Joh. Leidensius (?) zu Wingeshausen, Paul Asphe zu Raumland, Joh. Gudanus zu Girkhausen und Joach. Krug zu Ermgartenbrücken [1]).

Wilhelms Sohn Ludwig, der nach dem Tode seines älteren Bruders Wilhelm und der Abdankung seines Vaters 1558 zur Regierung kam, erließ 1563 eine „Repetitio reformationis ecclesiasticae“ [2]), *eine Agende* [3]) *und eine zweite Kirchenordnung* [4]). *In den siebziger Jahren führte er das reformierte Bekenntnis ein.*

Hamelmann hat dagegen seinen ziemlich dürftigen und auf einige Personalnotizen beschränkten Bericht auf dem Standpunkt des Endes der sechziger Jahre gelassen.

Die Quelle ist nicht zu ersehen.

W 856. [Bl. M 5[a]] **Brevis** [a]) **historia renati evangelii in vicino Westphaliae comitatu de Witgestein.**

Erat magnus et perpetuus persecutor verae doctrinae et evangelicorum ministrorum Georgius a Sein [b]), comes in Witgenstein et dominus in Homborg [c]), primo cappellarius [d]), deinde decanus metropolitanus Coloniensis et praepositus ibidem ad s. Gereonem, ad Apostolos et alibi, dives nempe ex beneficiis ecclesiasticis, qui unus pro sua versutia cum septem canonicis, inter quos tunc erat Joannes Gropperus, hoc effecit, ut pius episcopus Hermannus, de Weidda comes natus, cum usque ad senium bene ecclesiae Coloniensi praefuisset per multos annos et electoratum

a) *Text nach H und W. Die Abweichungen von A und B sind unter dem Strich mitgeteilt.*

b) *H und W:* Seen. c) *H:* Homberch, *W:* Homberg.

d) *H und W:* cepelarius.

---

[1]) *Winckel, Casimir S. 49.*

[2]) *v. Kamptz, Die Provinzial- und statutarischen Rechte der preußischen Monarchie Bd. 2 S 584 Nr. 3. Herbers S. 94 ff.*

[3]) *v. Kamptz ebenda Nr. 4. Herbers S. 99 ff.*

[4]) *Übersicht bei v. Kamptz ebenda S. 585. Inhaltsangabe bei Herbers S. 104 ff. nach einer Abschrift „in dem zur Bibliothek des Berleburger Amtsgerichts gehörigen alten Landesgesetzbuche“.*

ibidem semper cum laude administrasset ad annos 32[a]), anno Domini 1547. deponeretur[1]). Tunc magna cura egit apud fratrem Wilhelmum [Bl. M 5[b]], ne quicquam ex Lutheranorum scriptis legeret, tantum abest, ut dogma Lutheranorum suis propagari curaret. Interim praeter et citra huius pontificii hominis opinionem, dum adhuc ipse decanus Georgius superstes esset, ex quotidianis precibus, piis monitis et interpellationibus assiduis sanctae et illustris matronae coniugis suae Joannetae, natae comitissae de Isenborch[2]), quibus accedebant filii doctissimi et inclyti, ut dominus Wilhelmus iunior, dominus Lodovicus et dominus Georgius[b]), ut tandem per coniugem illustrem genere et virtute atque per excellentes prosapia et doctrina dotibusque variis comites iuniores commoveretur pater Wilhelmus et eo dirigeret negotium, ut scriberet ad Adamum Krafftium[3]), praecipuum tunc temporis theologum, senem quidem

a) *In H und W hier noch ein überflüssiges* atque.

b) *Hier fehlt das Prädikat des Hauptsatzes.*

S. D. Nec Luthero nec mihi placent violenta consilia. Ideo cives vestros diligenter a violentia dehortati sumus. Addidimus etiam nobis probari vestros ritus ac doctrinam, quantum ex libello cognovimus, quem huc misistis. Nec ignoramus, quales tribunicios clamores contra nos concitaturi simus. Sed te oro, mi Jacobe, vir optime et conterranee suavissime, pro tua aetate ac prudentia et ingenita moderatione animi des operam, ut civibus moderate respondeatur, si quid praeterea agent. Vides auctoritatem bonorum ac prudentium opprimi ac iacere, quare temporibus aliquantulum cedendum est. Tuum xenium accepi, quod mihi gratissimum fuit, teque rogo, ut Deo commendes precibus tuis ecclesiam universam. Bene vale.

Datum postridie dominicae Jubilate ao. 1532.

Philippus.

Inscriptio: Viro optimo d. Jacobo Montano, amico suo.

(Original in der Großherzoglichen Hofbibliothek in Darmstadt, der ich die Abschrift verdanke. Eine nicht ganz vollständige niederdeutsche Übertragung in der Handschrift der Apologia des Herrn Grevel.) — Bestätigungsurkunde Anna von Limburgs für das Fraterhaus 20. Mai 1532 bei Cornelius Bd. 2 S. 298 f. — Luther an Wiskamp 19. Oktober 1532 Enders Nr. 2038.

ei per fratres oblatum propria manu: „Ich Martin Luther bekenne myt dieser meiner hand, das Ich nichts unchristlichs yn diesem buchlin finde, wolte[a]), das die kloister alle so ernstlich Godts Wort wolten leren und haltenn" [1]). Haec propria Lutheri manu annotata vidi.

Illi interim novem deputati apud fratres de mutanda veste et publica in publicis ecclesiis communione percipienda latius instabant, sed respondit Lutherus manu Philippi satis esse, si pie viverent, quacumque uterentur veste, et non cogendos esse illos ad communionem ecclesiae, postquam[b]) ipsi[c]) locum conventionis et simul doctores et praedicatores habeant in aedibus, ubi commode possent sacramenta percipere et doctrinam evangelii ex concione in suo illo coenobio [2]).

Postea anno 1534. rursum per legatos M. Rodolphum Mollerum, rectorem scholae, et Henricum Potgeter missos Witebergam hoc apud d. Lutherum et Philippum agebant cives, ut ad usum scholae in totum, aut saltem pars domus fratrum transferretur sumpta occasione ex primis illorum epistolis, quas superioribus istis annis ad Hervordienses dederant Lutherus et Philippus, in quibus forte scripserant monasteria in usum scholarum vertenda [3]). Hic nunc ita respondent [4]) et per literas et per legatos priora ista scripta esse intelligenda de coenobiis amplos redditus ex dono

a) *Luther schreibt:* Wollt Gott.
b) *A:* posteaquam. c) *B und W:* illi.

[1]) *An den Rand der Apologia geschrieben. Vgl. Enders Nr. 1971.*

[2]) *Schon am 5. Juni 1533 mußte sich Wiskamp wieder an Luther und Melanchthon wenden (Enders Nr. 2093). Melanchthon antwortete am 4. Juli (abgedruckt bei Baxmann S. 621 und* Melanchthonis Epistolae, iudicia, consilia, *ed. H. E. Bindseil, Suppl. zum Corpus Reformatorum, Halis 1874, Nr. 118 S. 89). Ferner Wiskamp an Luther 10. Oktober 1533 bei Enders Nr. 2122. — Wiskamp an Luther und Melanchthon 6. Januar 1534 Nr. 2144. – Luther und Melanchthon an Anna von Limburg 15. Januar 1534 Nr. 2146.*

[3]) *Die Gegner klammerten sich an Luthers Worte, die Zeit würde Rat finden.*

[4]) *Luther an den Rat zu Herford 24. Oktober 1534 (Erlanger Ausgabe Bd. 55 S. 66 f., Hölscher S. 39 f., Enders Bd. 10 Nr. 2209):* „So ihr wol die rechte Stiffte kontet zu solcher Schule brauchen." *Luther an Wiskamp an demselben Tage (Enders Nr. 2210):* „Et locutus sum de monasteriis illis, quae principum et regum opibus ad hoc sunt fundata et quae censibus donatis voluptuantur otiosi. Vestrum collegium privata domus est . . ."

principum, comitum, nobilium et potentium huius saeculi possidentibus, non de illis, in quibus iuxta morem istorum fratrum sororumque, quae in communibus istis aedibus pie et sancte sub *W 1013.* uno vestitu vivunt contenti communi victu et se sustentantes ex laboribus manuum suarum, quia[a]) sic[a]) recte vivitur.

Postea tandem recruduit ista controversia anno 1537, tum de istis, tum[b]) praesertim de[b]) communibus civitatis oneribus ferendis. Sed tunc fratres prolatis coram domina literis Lutheri et Philippi atque antiquis privilegiis sunt rursum paci restituti. Imo redintegrata est de novo controversia de re eadem inter pastorem novi oppidi Jodocum Deiterdingium circa annum 1539.[1]), quae in annum usque 1542. duravit, quo tempore illos tandem excommunicavit ob hanc causam, quod in publica ecclesia ab ipso non sumerent sacramentum eucharistiae. Sed tandem res est composita per mediatores Albertum Lenicerum, pastorem veteris oppidi, et Arnoldum Wulffhardum, consulem novi oppidi, et Richardum Monechen, qui perlectis literis Lutheri et Philippi facile paci consulere potuere[2]), quo tempore Theodoricus Bredevortius (qui fuit in disputatione Monasteriensi) iam mortuo Gerhardo[c]) Xantio et eius successore, qui Xantio in paternatu, ut sic loquar, successerat, Gerhardo Deckero Rogelio[d]) patrem agebat in domo fratrum[3]).

Circa illa tempora coepit etiam novum quid tentare Johannes Hunschius communicans apud infirmum plures et convocans eccle-

a) *B und W:* etc. b) *fehlt B und W.*
c) *B und W:* Johanne. d) *fehlt B und W.*

[1]) *Am 29. November 1539 stellte Deiterding bei Bürgermeister und Rat den Antrag:* Ick begere dem lesten affscheyde na, dat ghy de fratres willen anspreken laten van kerspels wegen, dat se siek gebörlick holden na Gades worde tho erem gehörlicken kerspell als ander frame lüde. *(Notizbuch S. 46.)*

[2]) *Der Vergleich, der den Fraterherren den Fortbestand ihres Hauses und zwar in Befreiung vom Pfarrnexus verbürgte, datiert vom 28. September 542 (Notizbuch S. 41).*

[3]) *1542 war Decker Pater (vgl. oben S. 309 Anm. 6), Bredefort, der in den dreißiger Jahren Prokurator in Münster war (vgl. oben S. 21 Anm. 8 und Bd. 1 Heft 2 S. 72), war es von 1548—1550; er starb* Augusti tertio, octo dies ante Laurentium *(Notizbuch S. 17 und 31, Hagedorn S. 184). Die Angabe von Cornelius Bd. 2 S. 114, die Fraterherren seien zum katholischen Glauben zurückgekehrt, findet in den Quellen keine Stütze.*

siam etiam in aedibus, ubi erat infirmus. Verum cum hic admoneretur ab aliis, quicquid contingeret infirmo, fieri more veteris ecclesiae ex necessitate propter infirmum, et iam in promptu non posse alios esse praeparatos ad sumptionem apud aegrotum subito, imo hoc indecorum esse extra ecclesiam et deputatum locum facere, itaque postea omisit hoc [a]).

Fuit quoque aliquando inter veteris et novi oppidorum concionatores controversia de psalmo paschali „Christ ist erstanden". Alii volebant in fine canendum „Godt wolte unser trost sein", alii „Christ wil unser trost sein". Sed illa tamen erat controversiuncula.

Male etiam convenit inter Vogelmannum et Lenicerum nescio quibus de causis, tantum quod audiam propter tenuem eruditionem non satisfecisse in concionibus Lenicerum Vogelmanno, qui emunctioris naris vir esset et ardui iudicii.

Anno autem 1563, cum quidam circumforaneus impostor et exorcista venisset (de quo in Osnaburgensis ecclesiae historia [1]) latius diximus) Hervordiam et misere decepisset plebem, quae, ut immobile vulgus solet, contemptis et misere traductis concionatoribus suis [b]) coeperat adhaerere fanatico exorcisanti et eicienti daemones verbis evangelii eo torsis praeter scripturam et Dei verbum, peccans ita in secundum praeceptum, en, cum ei reclamaret Vogelmannus, coepit novus concionator Franciscus Westerkatenus suffragari caeco impostori et suam ei operam in exorcisando per noctes et dies coniungere, quamquam frustra idque forsan in gratiam plebis admodum imprudenter faceret. Itaque honeste hoc nomine a Jodoco nostro Hockero taxatur in scripto pio et erudito „den Ban Theuffell", quod contra istum circumforaneum caecum edidit in nostra ecclesia Hockerus [2]). *W 1014.*

Anno 1565.[3]) mortua Anna Limburgica, domina Hervordiana, substituitur Margaretha, nata comitissa de Lippia [4]), quae antea in coadiutricem electa fuerat ab Anna, in cuius electione et confir-

a) *fehlt B und W.* b) *B und W:* sui.

[1]) *W 1153. Er hieß Simon Möller.*
[2]) *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 191 und 339f.*
[3]) *13. Januar (Zeitschrift Bd. 4, 1841, S. 113).*
[4]) *1565—1578 (ebenda).*

matione, etsi illa semper fuerit generosa et vere pia virgo et domina, tamen aiunt papisticas quasdam ceremonias et papistas adhibitos, inter quos dicitur fuisse magnus ille curtisanus et ecclesiasticorum beneficiorum devorator Antonius Minschius Mindensis, qui etiam postea donatus fertur ab eadem domina pastoratu maioris templi [1], qui [a]) fuit homo impius plane indignus, qui nomen habet a Mynsche, sed non est dignus, ut nominetur homo, potius diceretur [b]) bestia, sed recte dicitur Minsche, quia carnalis homo vere est.

De schola evangelica apud Hervordienses.

Celebris semper inde a patrum saeculo Hervordiae fuit schola. Verum evangelicam ibi primo scholam formavit, rexit et instituit M. Rodolphus Mollerus Mindensis [2], cui eunti Mindam propter metum dominae successit Conradus Understallius [3]) Hervordiensis, qui monachatum in Mollenbeck deseruerat, sed cum ipsi res non feliciter succederet [c]), revocatur Mollerus anno 1532. Sed ipso in Saxoniam eunte [4]) vocatur in ipsius locum [5]) Homerus Butheranus Haselunnensis, qui diu per [d]) annos multos sub Timanno Monasterii lector fuerat quartae classis ac deinde conrector, postea etiam Brunswigae scholas rexerat. Illo vero consenescente vocatur Osnaburga ex schola evangelica, quam turbarunt ibi papistae tempore Interim, Christianus Sleibingius [6]), qui etiam antea Hannoberae et nuper Osnaburgae magna cum laude scholas rexerat. Hic habuit conrectorem Henricum [7]) Olphenium, qui deinde ei, cum revocaretur ad scholam maioris ecclesiae Osnaburgensem Sleibingius, succedit. Et cum ille Sibaeus Olphenius, qui multis scholis diversis in locis per plurimos annos inde a iuventute usque ad

a) *A, B, W:* quo. b) *B und W:* nominaretur.
c) *B und W:* succederent. d) *fehlt B und W.*

[1]) *Vgl. über ihn oben S. 83 und 98f. Gemeint ist wohl die Propstei.*
[2]) *Vgl. oben S. 310 Anm. 2.*
[3]) *Vgl. Hölscher, Progr. 1872, S. 4.* [4]) *1534.*
[5]) *Vorher geht wohl noch ein anderer (Hölscher ebenda S. 4f.). Buteranus, über den Bd. 1 H. 3 S. 172 zu vergleichen ist, war 1537—1548 Rektor.*
[6]) *1548—1552. Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 172.*
[7]) *Sibäus. Vgl. ebenda S. 142 und Hölscher, Progr. 1874, S. 5.*

extremam canitiem inservierat, consenesceret[a]) in ea opera, deponebatur et assumitur suus olim discipulus Albertus Lenicerus *W 1045.* iunior veniens Witeberga magister[1]), qui cum per quinquennium praefuisset scholae, regreditur Witebergam, et in huius locum revocatur Johannes Glandorpius Monasteriensis[2]), de quo in Monasteriensi historia diximus[3]), ubi etiam in sua patria et deinde per Saxoniam Hamelungae, Brunswigae, Hannoberae et Goslariae celebriter scholas rexerat, ut erat homo doctissimus et multae lectionis. Sed cum et ille in regimine deficeret propter senium, deponitur rursum iste et revocatur Lenicerus, qui etsi a multis commendatus sit propter eruditionem et suavem venam in carmine scribendo et[b]) eloquentiam puram, tamen ab aliis hoc nomine reprehenditur, quod permiserit duos istos senes tam bene meritos de iuventute et scholis ita de ponte deici et se in istorum locum substitui fecerit. Mox post privationem moritur Glandorpius Hervordiae, cuius vitam et doctrinam descripsit oratione et carmine docto Albertus Lenicerus iunior[4]), qui fuit, ut dixi, in scholae regimine successor Glandorpii profitens artes humaniores magna cum laude. Huic successit Franciscus Luckius[5]) Paderbornensis, vir doctus. Nam Lenicerus ad Luneburgenses proficiscitur anno 1567[6]).

a) *B und W:* consenesceretque.
b) et eloquentiam puram *fehlt B und W.*

[1]) *1555. Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 142 Anm. 7.*
[2]) *Über ihn ebenda S. 122 ff.* [3]) *Oben S. 15 und 21 ff.*
[4]) *Ich habe diese Biographie nicht ermittelt. Vgl. schon Bd. 1 H. 3 S. 125.*
[5]) *Vgl. über ihn ebenda S. 218 und oben S. 130.*
[6]) *Er wurde 1567 Rektor in Lüneburg, wo er eine Schulordnung verfaßte, und starb dort um Weihnachten 1587. Hölscher, Progr. 1874, S. 7 und W. Görges, Geschichte des Johanneums zu Lüneburg, Progr. Lüneburg 1907, S. 19 ff. und 74.*

12. Lippstadt[1].

Wenn man mit den reichlich vorhandenen Akten über die Lippstädter Reformationsgeschichte Hamelmanns Erzählung vergleicht, findet man, daß er ein im großen und ganzen zutreffendes Bild entwirft, in den Einzelheiten aber wenig zuverlässig ist. Wenigstens gilt das für den ersten Abschnitt. Die späteren Angaben, hauptsächlich Personalien, sind genauer. Der Grund ist auch hier der, daß ihm von den Originalquellen offenbar nichts zugänglich gewesen ist. Wahrscheinlich hat ihm ein Lippstädter Prediger, vielleicht sein Freund Heinrich Schröder, das Material geliefert.

Die Abfassungszeit ist, wie der Schluß zeigt, 1568.

W 1045. **De[a]) renato evangelio in urbe Lippiensi brevis enarratio autore Hermanno Hamelmanno.**

Ablegarunt Augustiniani monachi anno 1521. ex urbis Lippiae monasterio suo Witebergam duos studiosos monachos, nempe Johannem Westermannum Monasteriensem[2]) et Hermannum Koite-

a) *Text nach B und W.*

[1]) *J. A. A. Möller, Spezial Geschichte von Lippstadt, Lippstadt 1788, S. 196–211. v. Steinen T. 4 S. 922—980. Kampschulte S. 48—55. R. Chalybäus, Lippstadt, Lippstadt 1876, S. 102—127. E. Knodt, D. Johann Westermann, der Reformator Lippstadts und sein sogenannter Katechismus, Gotha 1895. H. Niemöller, Reformationsgeschichte von Lippstadt, der ersten evangelischen Stadt in Westfalen (= Schriften des Vereins für Reformationsgeschichte Nr. 91), Halle 1906. — Niemöller hat zwar die älteren Darstellungen gut zusammengefaßt und teilweise auch (z. B. für die Einführung des Interims) die Akten genügend herangezogen; dagegen hat er die umfangreichen Akten über die Jahre 1531 bis 1535 so oberflächlich benutzt, daß die Arbeit am besten noch einmal gemacht würde.*

[2]) *Über Westermann vgl. Bd. 1 H. 3 S. 265 f.*

num Beckemensem, ut ibi theologiae operam darent[1]). Inde reversus est promotus doctor Westermannus anno 1524. et alter baccalaureus[a]) theologiae factus est, et iste prior, hic praesidens vel lector in coenobio ordinatus est. Illi iam instructi, illuminati et eruditi a doctore Luthero et aliis coeperunt evangelium pacis annuntiare in urbe Lippia. Ibi ex tota urbe et ex vicinis oppidis et urbibus confluebant ad utriusque conciones magno numero homines.

Cum vero hoc consideraret Westermannus, conscripsit catechismum praecipua capita doctrinae christianae complectentem idiomate Westfalico[2]) et eius exemplaria inter multos distribuit, quem avide et emerunt et legerunt tam oppidani quam exteri vicini[3]). Subdita autem fuit ex veteri papistico more sub dioecesi vel chrismate Coloniensi urbs Lippia. Ideo postquam is catechismus[b]), qui spirabat Lutheranismum, perveniret ad aulam Clivensis et Juliacensis ducis Johannis (qui cum comite de Lippia aequo iure imperium istius civitatis obtinet, quod non ita dudum adepti erant eius ducis maiores a comite Lippiensi, paulo antequam ipsis urbs Susatensis cederet et se eis daret) et ad Colonienses theologos et papistas, ideo mox impetrant veniam in aula Clivensi Colonienses clerici et theologi, ut liceret eis Lippiam ablegare suum haereticae pravitatis inquisitorem. Monachus igitur quidam cum literis et plena potestate episcopi Coloniensis et principis Clivensis atque cleri et universitatis Coloniensis, annuente etiam comite de Lippia

W 1046.

a) *B:* **backalaurus.** b) *B und W:* **catechismum.**

[1]) *Koiten (Kote) kommt in der Wittenberger Matrikel und im Dekanatsbuch der theologischen Fakultät nicht vor.*

[2]) Eyn christlyke vthlegynge der teyn gebodde, des gelovens Vnd vader vnser . . . 1524 <*Münster UB*>. *Neudruck bei Knodt S. 97—170. Über die vermeintliche zweite Schrift von Westermann (vgl. Bd. 1 H. 3 S. 265 Anm. 2) vgl. jetzt meinen Nachweis im Westf. Magazin N. F. Jg 3 (1912) S. 284 f., daß sie bloß die niederdeutsche Übersetzung der Schrift Luthers ist* <*Münster UB*>.

[3]) *Hamelmann wird wohl den Einfluß des Büchleins etwas überschätzen, und Strunck (nicht Schaten!) erhebt (Annales Paderbornenses P. 3, Paderborn 1741, S. 130) nicht, wie Niemöller S. 15 f. meint, „bewegliche Klage", daß Westermann die benachbarten Quellen der Pader infiziert habe, sondern sagt, Westermann habe einen Katechismus veröffentlicht,* qui . . . vicinos Paderae fontes inficeret. *Strunck kommt aber als selbständige Quelle überhaupt nicht in Frage, sondern folgt hier Hamelmann. Daß das Büchlein „von der römischen Seite gefürchtet wurde", ist also nur eine Übertreibung Knodts S. 2.*

Simone venit Lippiam dictus doctor Johannes Host de Romberg Kirspensis, haereticae pravitatis inquisitor [1]. Is propterea ad eam urbem advolavit, ut haereticam inde pravitatem exstirparet. Is igitur primo concionatus est 16. Martii anno 1526. et finita concione hos sequentes articulos pronuntiavit haereticos, quos primo Latine, deinde Germanice proposuit plebi [2].

1. Abstinendum est a lectione librorum Lutheri sub poena excommunicationis et ecclesiae iurisdictione etc.

2. Quicumque dixerit, quod nova Lutheranorum secta seu fides eorum sit recta, errat.

3. Quicumque dixerit, quod tenens istorum sectam non morietur mera morte, errat.

4. Quicumque dixerit, quod Witebergenses Lutherani et eorum vicini sint conversi ab antiquo errore ad veram fidem, errat.

5. Magna fatuitas est, dicere fore [a] necessarium, quod fides et veritas sit intratura in hanc civitatem Lippiam, si hoc intelligatur de doctrina Lutheranorum.

6. Quicumque non credit autoritati ecclesiae Romanae et summi pontificis, errat.

7. Quicumque conciliis generalibus in causa fidei detrahit auctoritatem, errat.

8. Quicumque tenet papam Romanum non esse super alios episcopos, errat.

9. Quicumque non vult admittere alios doctores quam scripturam bibliae, errat.

W 1047. 10. Qui dixerit solam fidem sufficere sine bonis operibus, errat.

11. Quicumque dixerit, quod homo non habeat liberum arbitrium, errat.

a) *B:* quod fore.

[1] *Vgl. N. Paulus, Johann Host von Romberch, in: Katholik Jg. 75 Bd. 2 (1895), S. 482—497 und in: Die deutschen Dominikaner im Kampfe gegen Luther (= Erläuterungen und Ergänzungen zu Janssens Geschichte des deutschen Volkes Bd. 4 H. 1. 2), Freiburg 1903, S. 134 ff. Niemöller S. 74 f. Host war, wie aus dem Folgenden hervorgeht, nicht selbst Inquisitor, sondern nur Kommissar.*

[2] *Nur durch Hamelmann überliefert.*

12. Quicumque dixerit peccata non necessario confitenda sacerdoti esse, errat.

13. Quicumque dixerit non esse opus satisfactione pro peccatis, errat.

14. Quicumque dixerit humanas leges et constitutiones non obligare seu nihil esse, errat.

15. Quicumque dixerit non ieiunandum esse, errat.

16. Quicumque dixerit sanctos non esse colendos, errat.

17. Quicumque dixerit imagines non esse venerandas, errat.

18. Quicumque dixerit purgatorium non esse, errat.

19. Quicumque dixerit excommunicationem nihil esse, errat.

20. Quicumque dixerit indulgentias nihil valere, errat.

21. Quicumque dixerit, quod vellet opinionem vel mores suos contra inquisitorem defendere, errat, quia contra pravos haereticos non est disputandum.

Doctor Westermannus et Hermannus Koitenus et Hermannus Halewalt obtulerunt se ad disputationem, sed hanc detrectavit ille depravator veritatis et monachus. Tunc quoque ex monasterio Dominicano[1]) his coniunxerunt sese Johannes Hunschius[2]) et alii et pater in domo sororum[3]) Telmannus Menzelius. Interim Hostius Rombergius evocat illos Coloniam, ut coram theologis ex universitate disputatio fieret. Illi responderunt: „Quia nostram doctrinam hic coram plebe damnas, cupimus etiam eam hic coram plebe tueri.“ Sed is munitus auctoritate principis Clivensis non curat illos, sed regreditur ad suos et gloriatur, quomodo illos evocaverit Coloniam ad disputationem, sed quod illi comparere non fuerint ausi, de qua re etiam pontificii gloriati fuerant in aula Clivensi. Verum cives hinc contra facti sunt animosiores, cum viderent Coloniensem monachum et doctorem detrectare disputationem in urbe Lippia atque effugia quaesiisse in eo, quod alio ipsos evocaret[4]) [et] magis magisque inflammabant novas evan-

[1]) *Vielmehr Augustiner.*

[2]) *Vgl. oben S. 311 Anm. 4 und Möller S. 268 und Niemöller S. 22 und 48.*

[3]) *St. Annä Rosengarten. Niemöller S. 7 und 22.*

[4]) *Caspar Ulenberg sagt in seiner Schrift:* Erhebliche und wichtige Ursachen, warumb die altgleubige Catholische Christen bey dem alten waren Christenthumb bis in ihren tod bestendiglich verharren . . . Cöln 1589 (*Mün-*

gelistas. Ideo circa annum 1528. et sequentem augebatur numerus evangelicorum doctorum. Nam prioribus additi sunt Wilhelmus Cappellius Burensis et Jacobus Leidigenus [a]) Lippiensis [1]).

a) *B:* Leidegeus.

ster UB; Cap. VII. S. 171 f.: Es waren daselbs (in der Statt Lippe) zwen Augustiner Mönche *(am Rande:* Bruder Hermann Kote Lesemeister vnd Bruder Johan Westerman doctor), die das Lutherthumb zupflantzen anfiengen; wie sie den von Luthero auff seinem schragen zum selbigen werck abgerichtet waren. Da söliches für den Cölnischen Inquisitorn kam, schickte er seinen Commissarien Joannem Rombergium, der H. Schrift doctorn Prediger Ordens, dahin, das er sich vmb den handel erkündigen vnd darauff nach erfindung die notturfft fürnemen sölte. Dis geschahe im Jar nach der geburt Christi 1526. Als nu gemeldte beide Mönche, welche die newerung angefangen hatten, zu rede gestellet würden, da beklagten sie sich, wie sie felschlich bei dem Inquisitorn angetragen vnd belogen weren; theten auch ihre Protestation, bekanten sich für gehorsame Söne der heiligen Römischen Kirchen (wie ihre Protestation im buchstaben lautet) vnd gelobten dem Commissario an die hand, das sie hinforder nichts von des Lutheri verdampten Irthumen leren wölten. Als nu gemeldter Commissarius darauff hinweg zohe in hoffnung, si würden ihren verheissungen wirklich nachkommen, da giengen sie widerumb auff ihre alte wege, vnd hielten glauben, wie Lutherus etwan dem Cajetano vnd Paulus Samosatenus dên Catholischen Bischöven glauben gehalten hat. *Wer mehr Glauben verdient, Hamelmann oder Ulenberg, ist umstritten (vgl. N. Paulus im „Katholik" a. a. O. S. 492, im Historischen Jahrbuche Bd. 17, 1896, S. 180 und Die deutschen Dominikaner S. 148; Niemöller S. 23 und Kawerau bei Niemöller S. 75). Ich bin geneigt, Hamelmanns Erzählung anzunehmen. Niemöllers Berufung auf ein Schreiben der Lippstädter Bürger, das er in das Jahr 1531 setzt und in dem sie erklären, „ihre Prädikanten hätten sich mit dem Bevollmächtigten von Köln in ein öffentliches Gespräch einlassen wollen, solch Erbieten sei aber verworfen worden", schlägt freilich nicht durch; denn die einzige Quelle für dies Schreiben ist eben auch bloß Hamelmann (unten S. 336). Dagegen sei hingewiesen auf ein Schreiben des Erzbischofs Hermann von Köln an Prior und Konvent der Augustiner in Lippstadt:* er könne sein Mandat, das ihnen das Predigen und Terminieren in seinem Lande untersagte, nicht zurücknehmen . . . befehle ihnen vielmehr ernstlich, zuvörderst ihre beiden Prädikanten Johann Westermann und Hermann Koeten als Anhänger der „vordoempten" lutherischen Lehre zu seinen Inquisitoren in der Stadt Köln zu schicken, damit ihre Lehre examinirt werde, indem der bereits von ihm deshalb nach Lippstadt geschickte Kommissarius Ungehorsams wegen nicht zum Zwecke gekommen *(O. Preuß und A. Falkmann, Lippische Regesten Bd. 4, Detmold 1868, S. 361, Nr. 3146). Da ist von Unterwerfung und Heuchelei keine Rede. Auch spricht die Haltung Lippstadts bis 1535 gegen Ulenbergs Darstellung.*

[1]) *In den Akten kommen Hunsche, Menzel, Cappellen und Leidigen nicht vor. Vielmehr ist noch 1531 nur von Westermann, Kote und dem Kaplan an Unserer Lieben Frauen die Rede.*

Circa annum trigesimum, cum iam plèrique monasterium deseruissent, cucullam abiecissent uxoresque duxissent, alii ad alios se conferebant locos. Manserunt autem doctor Westermannus, Hermannus Koitenus, Wilhelmus Cappellius et Jacobus Leidigenus. Evocatur autem M. Gerhardus Omikenius Camensis[1], qui et Buricae in oppidulo circa Rhenum ducatus Cliviae quoque cum Brixio Nordano et post Johannem Cloprisium gubernator doctrinae verae esse coeperat, quo nomine anno 1529. inde eiectus erat. Hic, inquam, quia per Saxoniam iam migraverat et formam Germanicae missae, quae in diversis locis suscepta erat, observaverat[a]), reversus nunc domum in Westphaliam vocatur a civibus anno 1530. de consilio Westermanni (qui hoc propterea fecit, ne ille solus videretur rem agere), ut ipsorum ecclesiae formam in ceremoniis et celebranda missa moderaretur atque integram ordinationem toti ecclesiae praescriberet. Quod cum faceret, non audebat tamen illam propter suos dominos, ducem Clivensem et comitem Lippiae, in lucem[b]) dare[2]). Sed incepit primo Wilhelmus Cappellius anno 1531. primam missam Germanicam ex praescripto Omikenii celebrare dominica sequenti post festum assumptionis Mariae[3]).

W 1048.

Hic aliquoties graviter scripsit Clivensis[4]), ut illos apostatas

a) *B und W:* observarent. b) *B:* ducem.

[1]) *Vgl. über Omeken Bd. 1 H. 3 S. 228 und Niemöller S. 25f. Auch seine Tätigkeit ist in den Akten nicht erwähnt. Doch redet Omeken selbst davon in seiner Schrift* „Ein Christliker Trost" 1551 *(vgl. E. Knodt, Gerdt Omeken, Gütersloh 1898, S. 9f.).* [2]) *Vgl. darüber Niemöller S. 26f.*

[3]) *20. August. Das Datum ist nur von Hamelmann überliefert. Auf dem Tage in Hamm (vgl. weiter unten) wurde den Lippstädtern vorgeworfen, sie hätten den Priester gezwungen, die erste deutsche Messe zu lesen, und als er sich sträubte, gesagt:* „Wair is dy leyde voir? Off du meynst, die kartaulben alreyde vor der porten seynn?" *Von den Lippstädtern wurde das allerdings bestritten. — Bruder Göbel von Böddeken bemerkt in seinen Aufzeichnungen (Handschrift des Paderborner Altertumsvereins) Bd. 2 S. 528:* Item up sant Martin (1531) was ick tho der Lippe, dar sint se ouck ganz vorkert, dar singen se dudesse missen, dar hebben se vorboden den nonnen in dem stift, dat se nicht moeten latins missen doin, heimlick off oppenbar.

[4]) *Von diesen Verhandlungen, die vor 1531 fallen müßten, weiß man nur durch Hamelmann, und was v. Steinen, Möller, Chalybäus, Knodt und Niemöller geben, sind bloße Paraphrasen seiner Erzählung. Es muß also zweifelhaft bleiben, wieviel davon authentisch ist und wieviel etwa Hamelmann oder sein Gewährsmann hinzugetan hat. Wahrscheinlich haben sie aber überhaupt nicht stattgefunden.*

monachos abdicarent, scripsit quoque minaciter se indigne ferre, quod iam ipsum hominem seditiosum, quem nuper eiecerat Burica, ipsi in suam, hoc est sui principis ignominiam susceperint, videlicet Omikenium. Illi interim responderunt se verbum Dei amplexos et ipsos monachos Augustinianos ita edoctos a suis provincialibus et maioribus, nunc primum ex proprio motu concionatos in monasterio, et cum vidissent eos doctores, qui fuerant his praeceptores, foveri a principe electore Saxoniae Johanne, se quoque petere supplices, ut velit eius celsitudo hanc quoque ipsis permittere libertatem, ut hos, qui vera doceant, retinere possint. Quod ad Oemekenium attineret [a]), mox esse discessurum eundem. Ille respondet non esse illorum concionatores eligere et vocare vel constituere per parochias, sed magistratus esse, hoc est ad se et ad comitem de Lippia pertinere. Itaque praecipit eici novos illos apostatas, qui eam doctrinam propagent, quae sit a papa et imperio per Caesarem damnata. Si vero cupiant ordinationem, ut paululum exspectent. Se editurum ordinationem, quae citra controversiam tolerabilis esse debeat. Responderunt cives se illam doctrinam ab Augustinianis illis primo propositam cognoscere esse veram Christi et apostolorum doctrinam et consentaneam scripturis sanctis. Ideo de more veteris ecclesiae se vocasse illos viros, quos ita ad manum habebant, antequam alio vocarentur, ad curam parochiarum et orare nunc supplices, ut hoc eorum institutum conscientiae causa susceptum velit clementer interpretari dux. Nam, addunt, conscientiae causam nullam posse moram vel dilationem ferre. Ideo oportere sese permanere in suscepta doctrina. Hinc magis excandescens Clivensis princeps haec perscripsit ad comitem Lippiae, et ex communi deliberatione illi duo heroes scribunt serio Lippiensibus, ut deposito suo instituto [b]) et amotis apostatis sese subiciant suis dominis et suscipiant veterem religionem atque amotos pontificios ab ipsis eorum dominis de veteri more legitime ibidem ordinatos [c]) suscipiant. Sin minus, se id indigne laturos.

W 1049.

Hic rursum ut antea respondent idem cives. Interim oppidani cum vident quosdam consules et senatores evangelio adver-

a) *B und W:* attinet. b) *B:* institutu.
c) *B und W:* ordinatis.

sari (eosque magis applausum quaerere principis et comitis), ideo ipsos deponunt[1]) et quos putant causae religionis magis favere, in illorum locum adsciscunt. Deinde eligunt triginta[2]) cives, qui causam evangelii promoverent. Imo cum adhuc senatui non fiderent, eligunt adhuc sexaginta[3]), qui una cum senatu rerum potiuntur, in quorum electione tumultus excitatur, ubi senatui quasi suum ius adimitur, turres, aggeres, moenia, portae et aliae munitiones ab eis invaduntur, claves portarum rapiuntur[4]). Haec tumultuosa

[1]) *Gemeint ist die Ratswahl von 1531.*

[2]) *Vielmehr 16. Vgl. A. Overmann, Lippstadt (Westf. Stadtrechte Abt. 1 in den Veröff. d. Hist. Komm. d. Prov. Westfalen), Münster 1901, S. 46* und Nr. 40 S. 26f. Niemöller S. 30.*

[3]) *Vielmehr 6. Ebenda.*

[4]) *Ebenda. — Die Akten über die Lippstädter Bewegung (Staatsarchiv Münster, Kleve-Märk. Landesarchiv 192 Bd. 2) beginnen mit einem Berichte der Amtleute Franz und Jost von Hörde vom 24. März 1531 (fol. 1f.), dem ich Folgendes entnehme:* „Also dat mach syn, alß wy berichtet werden, dat de ghemene man thom dele van dem jungen volcke sych erhaven hefft myt dem gesenge etlyker psalmodien under predeken, dair na der gelyken under den myssen, dat villichte sunder wyder anretzent sich nicht mach erhaven hebben.“ *Die Amtleute haben dann den Bürgermeistern und Ratsherrn Vorhaltungen gemacht.* „So . . . mach sich der predicanten eyn im cloister uppentlich up dem stole beclaget hebben, wy em dat wordt Gots verboden sy myt bewechlyken worden, dair dorch de gemene man unnd borger in eyn uproer erwecket vermiddest dem klockenslage unnd sich des raythuses geneket unnd borgermester unnd rayt to der tydt boden geschicket unnd vorholden, off se sullykeß verbot gedaen hedden, darup se up sodane mathe neyne gestant ghegeven hebben unnd den selven predicanten halen laten, de dann der selven vorrede weß entfallen hefft, dar dorch se wath gestyllet syndt. So hebben se wedderumb angehaven van der munte unnd muntemester dair selvest gans errich. Dannoch hebben de raydt dem ock wathmate gegeven. So mach sich wyder begeven hebben dorch sullich uproer up vorich unnd na gschreven, sych mit nyger hode und wachte der porten, torn und muren dach und nacht bewaren. So mach et sich nu im vastellavende begeven hebben dorch dat gesenge, predeken und anderß de vorgenger syn sullykeß handelß, se enen pawest und keser upgeworpen hebben, myt wideren geistliken unnd werltliken geruste dorch de strathe gebracht, der gelyken myt tucht beistliker gebeente in gestalt reliquien myt schellen ock dorch de stadt gedragen . . . Der geliken mach sick nu ock in dussem selven uproer begeven hebben, dat de gemeynheit, alß men borgemester und rait kesen solde na olden gebruick, hebben se upgeworpen under sich etlyke, de vortdan to sich gekoren hadden welke, de selven mogen enen niggen rait unnd borgermester gekoren hebben, enen van dem olden rade unnd den anderen van der gemeynheit genommen, behalver veer. Sus hebben se, de lange borgemester unnd ock tho rade ge-

actio magis iram et indignationem duobus heroibus inflammavit. Ideo non laturos se istam petulantiam ex communi deliberatione concludunt. Dux vero tam severus in proposito[a]) erat propter vicinos Susatenses, comes vero propter Lemgovienses. Ideo gravissime iterum scribunt duo heroes ad Lippienses cives his verbis[1]). Se nunc cognoscere non solum ipsis subditis satisfuisse in urbe turbasse ex parochiis pontificios et apostatas in illorum locum citra magistratus sui et heroum ac dominorum suorum consensum assumpsisse, sed iam quoque eos veterem morem civitatis invertere conatos esse, atque nunc illos exclusisse et eiecisse consules et senatores, qui fuerunt de principum urbis iussu et suffragio assumpti, imo oppidanos contra magistratum et principes suos primo

a) *B:* propositu.

setten hadden, gans staen laten . . . dair beneven werdt gelyke metich wy voer van dem doctor unnd Leßemester in dem Augustyner kloister geprediket unnd gehandelt kegen olden gebruyck . . . myt sampt enem capellane in unser leven frauwen kercken, der gelyken myt dem gesenge. — *Auf dem Vermittlungstage in Hamm (15. Februar 1532) wurde den Lippstädtern vorgehalten, sie hätten die Glocken geschlagen und so Aufruhr erregt; Tore, Türme und Mauern eingenommen und die Schlüssel* „zu sich gefordert"; *den Rat teils abgesetzt und einen andern gewählt und ihn gezwungen, noch sechzehn zu sich zu nehmen und deren Ratschlägen zu folgen; das Gemeindegut zu ihrem Nutzen verwandt; zwei* „in gestalt des pauwes und keysers upgeworpen und dairmede in hoen und smahe der overicheit dorch die straeten . . . gegangen"; *die Religion verändert und eine andere nach ihrem Wohlgefallen aufgerichtet; den Propst seiner Jurisdiktion beraubt; einen Priester gezwungen, die erste deutsche Messe zu lesen (vgl. oben S. 331 Anm. 3); etliche Lieder auf ihren Fürsten und Herrn gedichtet (Kleve-Märk. Landesarchiv a. a. O. Bd. 2 fol. 9 f., die ersten vier Punkte auch bei Overmann S. 26 f.). — Ein undatiertes Blatt (Landesarchiv ebenda 61) enthält die Namen der Führer und einige Taten, z. B. daß sie U. L. Frauen sente Annen und anderen Heiligen die Nasen abgeschnitten haben. Über die beteiligten Geistlichen ist da gesagt:* Item der capellaen in unser lever frouwen kercken her Wibbolt is oich mede der principaell. Oich doctoir Westerman. Item der Lesemester Katey (?) ist der prädicant in dem cloester ind dar buyten . . . *Zum Schlusse heißt es:* Welche sych aldair enthalden ind niet luterisch syn, sy lyggen und wachten, Helias komen und sy erloessen sall.

[1]) *Auch die folgenden Verhandlungen sind so, wie sie Hamelmann erzählt, nicht überliefert, sondern von ihm oder seinem Gewährsmann redigiert. In manchen Punkten ist der Sinn einigermaßen getroffen, aber es ist doch unmethodisch, diese Darstellung so zu zitieren, als wenn sie aktenmäßig vorhanden wäre. Auch liegen uns nur Schreiben der herzoglichen Regierung, nicht auch des Grafen v. d. Lippe vor.*

triginta, deinde sexaginta viros quasi auctores seditionis elegisse et voluisse ordinationem Dei legitimam, hoc est formam magistratus invertere ita, quod etiam sine dubio facerent in ipsis suis principibus deponendis, si compotes ipsorum fieri possent. Haec igitur cedere primum ad[a]) ignominiam et ad detrimentum urbis. His omnibus adhuc accedere, quod aliquoties tumultum excitassent et violenter egissent, qua ratione declaraverint, quid sub praetextu evangelii quaesierint. Ideo iubent, ut omnibus novitatibus amotis veniant ac petant gratiam et reconciliationem. *W 1050.*

Sed iam eo erant cives progressi, ut aliquoties responderent principibus suis se non posse cognoscere, in qua re inique egissent contra ipsorum celsitudinem, cum hoc unum conentur, ut dent Caesari et suo magistratui, quae sint Caesaris, Deo autem quae sint Dei [1]). Fuisse quoque semper apud Lippienses cives morem receptum, ut ipsi eligerent senatores et alios. Dominos autem et principes mittere quidem suos legatos tempore electionis, ut hi in istorum approbatione audirent tamquam testes, quomodo iuramento sese tales noviter electi obstringerent dominis et reipublicae Lippiensi. Ideo sperare sese, quod nihil inique egerint contra suos heroes, etsi quosdam alios elegerint ad maiorem reipublicae utilitatem. Optare autem et petere se supplices a suis dominis principibus, ut illi dignentur eum ipsis sistere, qui haec ipsis dominis persuaserit. Se fore paratos ad legitimam defensionem. Hic iterum minaciter responderunt heroes, et miserat[b]) iam aliquoties utramque suam ordinationem princeps Clivensis iam tum editam anno 1532.[2]) et deinde anno sequenti secundam ordinationem

a) *B:* ad primum. b) *B und W:* miserant.

[1]) *In einer Erklärung an die herzoglichen Räte sagen die Lippstädter (Kleve-Märk. Landesarchiv a. a. O. Bl. 3f.) z. B.:* Nae dem dit eyn saeke is, die die conscientien und seelen selicheit belangende is, dair Gaitz wordt allein sall oever regieren, want dyt geet dat riek Christi an und nicht dat riek deser werlt, unnd is oich mit alle nicht tegen unsen gnedigen lantfursten ind hern, so moiten wy nae der lere Christi Got geven, wat Got gehoirt, darnaist dem keyser und unserm gnedigen lantfursten und hern, wat oen gehoert.

[2]) *Die klerische Kirchenordnung ist am 11. Januar 1532 erlassen (vgl. oben S. 241 Anm. 1). Niemöllers „Berichtigung", sie sei „offenbar 1531 nach Lippstadt geschickt worden", ist ganz verfehlt. Die Annahme der Kirchenordnung wurde den Lippstädtern durch den Dortmunder Schiedsspruch (3. Mai 1532) aufgegeben (Chalybäus S. 112, Niemöller S. 38).*

evulgatam[1]) et praeceperat is solus saepe, ut illam susciperent mutata religionis suae forma et abiectis apostatis. Verum illi cives submisse respondebant fuisse Coloniacum doctorem ante aliquot annos, qui noluerat se committere cum ipsorum concionatoribus in colloquium[2]). Ideo se non potuisse eos, qui se semper ad amicam collationem et aequam cognitionem obtulerunt, tunc eicere. Et adhuc illos ministros ita animatos esse, ut si convincantur erroris, velint desistere coeptis[3]). Si quoque aperte comprobetur illorum receptas ceremonias esse impias et contrarias verbo Dei, ipsos quidem velle eas abolere et aliam ordinationem suscipere. Nunc vero id facere conscientiae causa, cum tantum illam formam ceremoniarum in administratione sacramentorum et doctrina evangelii propaganda retineant, quae sit doctoribus et ministris usitata in regionibus illustrissimi Saxoniae electoris Johannis et Philippi, landgravii Hassiae[4]).

Hac accepta Lippiensium responsione magis inflammat et excitat contra Lippienses cives dux Clivensis comitem Lippiae, qui adeo tamen infensus non erat civibus et urbi, quae a suis maioribus exstructa et aedificata est ad amnem Lippiam[5]), et metuebat etiam is landgravium Hassiae Philippum, qui dicebatur eis patrocinari, cuius beneficiarius erat comes. Deinde valde pro Lippien-

---

[1]) *Gemeint ist die am 8. April 1532 erlassene Erklärung der Kirchenordnung. Vgl. oben S. 241 Anm. 1.*

[2]) *In den vorliegenden Akten ist hiervon nicht die Rede.*

[3]) *In der bereits (S. 335 Anm. 1) genannten Erklärung heißt es: Die Prediger wollen ihre Lehre* „voir Gott und der Werlt . . . mit heilliger, gotlicher biblischer Schrifft wairhafftig beweisen und hebben also an sich getreckt den gemeynen mann, junck und aldt, dat sy dair so harde anhalden und by blyven willen, idt en sy dan, dat unse gnedige furst und Her uns tho schicken gelierde lüyde, die uith gotlicher wairhafftiger hilligen biblischer schryfft die predicanten wederlegenn und ith anders bewysen kundenn, und soe sy in irrigen wegen gefunden wurden, und oeren yrdomb uth gotlicher heilligen schryfft erkenten, wyllen sy von affstan . . . So aver unse gnedige furst und her durch oire gelerden unnse predicanten kunden wederlegen unnd uith gotlicher heligen schryfft yren irdomb bewysden, wollen wy gern onse gemeynde underwiesen, sy sich aller gebuer solden schicken. So dat aver nicht geschuit, . . . is nicht mogelich, den gemeynen mann dair van tho dryngen.

[4]) *Diese Hinweise finden sich in den Akten nicht und sind sicher Zutat.*

[5]) *Das ist auch bloß ein hamelmannischer Gesichtspunkt.*

sibus oraverat comitissa uxor Simonis, evangelio addicta et nata ex comitibus de Mansfelt[1]). Verum a Clivensi duce persuasus consensit in conditiones Lippiensibus graves. Qui sic nunc demum respondent civibus. Quoniam neque culpam agnoscant, neque desistant coeptis, neque de tumultu excitato verba faciant, vel etiam veniam precentur, imo cum ordinationem principis a tot doctis Europae viris (intelligebatur Erasmus Roterodamus)[2]) comprobatam non suscipiant, se (principes) eis in posterum omnem indignationem indicere. Illi adhuc precantur supplices, ut illis concederetur clementissima audientia[3]), et se excusant de facto tumultu. Verum non amplius respondetur eis, sed anno Domini 1533.[4]) (quamquam[a]) sint, qui putent id anno Domini 1535. factum esse; sed ego multas habeo rationes et probationes, quae declarant et ostendunt haec anno 1533. facta et gesta esse) viae, ne commeatus transferretur in urbem, occluduntur, et omnibus vicinis pagis et oppidis eorumque incolis graviter mandatur, ne quicquam importent obsonii aut aliarum rerum necessariarum in urbem Lippiam. Oppidani aliquamdiu interceptionem viarum et cinctionem oppidi ferunt magno maerore et egestate et interim varia consilia agitant et quidem aliorum dominorum opem implorant, sed serius.

W 1051.

a) *B und W:* quam.

[1]) *Vgl. Lippische Regesten Nr. 3199 (Bd. 4 S. 396), wo die Lippstädter die Gräfin Magdalene bitten, ihnen bei ihrem Gemahl eine gnädige* „Middelersche" *sein zu wollen (20. Januar 1532).*

[2]) *Auch hier läßt Hamelmann seine Weisheit (vgl. oben S. 250 Anm. 1) einfließen.*

[3]) *Eine solche Bitte findet sich in den Akten nicht.*

[4]) *Die Stadt unterwarf sich 1535, nicht 1533. Die erste Sperrung der Straßen verfügte der Herzog dagegen bereits 1531. Vgl. Lippische Regesten a. a. O. und Spormachers Chronik von Lünen bei v. Steinen Bd. 4 S. 1461:* Hoc anno (1531) Lippiensibus per praecones ex commissione principum Coloniens., Osnabrugens., Paderbornens., Monasteriens., Cliviens., Juliacens. et Montens. et Domini domicelli de Lippia publica strata interdicuntur propter ascriptam haeresin Lutheranam. — *Niemöller und die früheren Bearbeiter (mit Ausnahme von Knodt, der S. 85 den Spormacherschen Bericht einfach zum Jahre 1535 bezieht) stellen die Sache so dar, als habe diese Sperrung der Zufuhr bis 1535 gedauert. Niemöller hat die Akten in Händen gehabt, aber nicht gelesen, daß in der Instruktion für die Räte vom 16. August 1533 (a. a. O. fol. 39 ff.) ausdrücklich gesagt ist, der Herzog habe die Straßen wieder öffnen lassen.*

Ita tandem variae actiones[1]) et supplicationes[2]) instituuntur, verum

[1]) *Über die drei Vermittlungstage des Jahres 1532 (zwei in Hamm, einen in Dortmund) vgl.* Chalybäus *S. 110 ff. und* Niemöller *S. 35 ff. Die späteren Verhandlungen hat Niemöller leider übergangen. Sie fallen in den August und September 1533 (Kleve-Märk. Landesarchiv 192 Bd. 2, fol. 39 ff.) und in den Juni und Juli 1534 (fol. 106 ff.). Am 26. August 1533 erklärten die Lippstädter (fol. 44), sie könnten, nachdem sie* „Gotz wordt in eyndracht hebben angefangen . . . gheins weges dair aff wyken . . . Wyders moegen wy waill erlyden, dat e. f. g. . . . visitatores by uns erschynen, alle unchristliche mangel und gebrecke na vermoge gotlicher hilliger bibelscher schrifft tho reformeren. Unnd so wy jegen e. f. g. myßhandelt hedden, hebben wy doch muntlich und schryfftlich gebeden und noch bidden, e. f. g. . . wolden oversien." *Der Herzog möge sie des Glaubens und der Religion halber bis zum Generalkonzil nicht beschweren. Ähnlich am 15. September (fol. 51 f. und 95 f.). An Ritterschaft und Städte, die am 17. September des Herzogs Ansuchen nicht anders, denn göttlich, ehrlich, redlich und billig und dem Evangelium und Wort Gottes gemäß gefunden hatten (fol. 52), schrieben sie am 8. Oktober (fol. 53 f. und 97 f.):* Int erste dat eyn ersame radt der stat Lippe sitte in vullenkomener macht nae alden lovelicken herkomen und gewonheiten inn allem, wat gotlich, erlich, billig und recht ist, gehorsam tho leistenn. Thom andern: Szo jemande boven recht wes genomen wer, de sich des beclagede, willen wy demselvigen mit billicheit wederumme bejegenen unnd so wy etliche vorniggerunge in den kercken, dair men Goitz worth lutter und reyne predigen und die hilligen Sacramente nae dem bevelhe und insathe Christi handeln und tracteren sall, heben angefangen, ist nicht mothwilliger uproirscher wyse, vill wenigher unsern g. f. und hern tho nadeill, sonder tot unser aller salicheit und seylen heill gescheyn, szo doch unse predicanten langhe tydt her dorch dat gotliche wordt mannigerleie mysbruick, de durch lere etzlicher ungeschickter und mysvorstendiger pastoren und prediger vorhen ingeritten, hebben, so vill di lere bedreppen, vorworpen und nedergelacht, unnd so wy wes unchristlichs hedden angefangen, mogen wy waill erlyden, biddenn und begern, dat syner f. g. visitatores und geschickten Rede, wo inn andern syner f. g. steden und flecken, by uns erschynen willen, wy uns nae vermoege gotlicher hilliger bybelscher schrifft waill wysen laeten. So averst die vorniggeringe chrystlich gefunden worde, dat syne f. g. unns alstan dermael nicht wille doin besweren. Wair oick syner f. g. ordeninge dem gotlichen worde und der lere des hilligen Evangelii gemeß were, willen wy die na bevyndinge als die gehoirsamen annemen." *Sie vertrösten sich, s. f. g. werde sie* „des gelovens und religion edder anderer oirsache halver . . . biß tot dem Generale Concilium . . . nicht besweren, beschedigen, overfaren edder enighe ungenade tho wenden". — *1534 vermittelte der Gogreve Walrave Schutte zu Erwitte eine neue Unterhandlung zwischen den Lippstädtern und den herzoglichen Räten (fol. 106 ff.). Es kam der Regierung auf Unterwerfung und Gehorsam an. Die Prädikanten sollten sofort* „von Regierung der Kirchen" *und vom Predigen abgesetzt und nur einer von ihnen zur Amtierung nach der Kirchenordnung zugelassen werden, bis die Räte beider Fürsten die Prädikanten auf ihre Lehre und ihren Wandel geprüft und sie nach Befinden alle oder zum*

nullam gratiam amplius impetrare potuerunt. Tandem egestate et penuria rerum coacti sunt promittere principibus suis ad ipsorum nutum, ut, quando et quomodo vellent ipsorum celsitudines, aperiri deberent eis portae civitatis, et ita sese plane dediderunt et arbitrio dominorum tradiderunt, ut quicquid vellent isti, cum suis agerent, auff gnade und ungnade [1]).

Ita in die ascensionis Mariae [2]) ingrediuntur oppidum Clivensis dux Johannes et comes de Lippia Simon comitati Rethbergico heroe et comite [3]), qui Lippiaco nepos ex sorore erat, et aliis dominis ac comitibus habentes secum multos nobiles et copiosissimam equitum turmam. Postridie conveniunt in curiam. Ibi quaeruntur concionatores et autores tumultus et petulantiores cives, qui iam per indicium proditi erant, ac capiuntur turribusque includuntur, alii domi suae incarcerantur. Cum concionatoribus et quibusdam aliis severius statuerat agere Clivensis ex instinctu consilia-

Teil wieder angestellt oder verwiesen hätten. Erst nachdem auch diese Verhandlungen ergebnislos geblieben waren, also im Herbst 1534 oder gar erst 1535, wird der Herzog die Zwangsmaßregeln angeordnet haben, die zur Unterwerfung der Stadt führten. Der Zeitpunkt ist nicht zu ersehen.

[2]) *(Anm. von der vorhergehenden S.) Von solchen Schreiben sind bekannt: an den Grafen zur Lippe vom 23. Mai 1532 (Bitte um die Erlaubnis, das Abendmahl unter beiden Gestalten empfangen zu dürfen; Chalybäus S. 114, Niemöller S. 39), an den Kurfürsten von Sachsen (Bitte um Fürsprache beim Herzog) vom 2. Juli 1534 (Niemöller S. 43), 18. November 1534 (Ernestin. Gesamtarchiv zu Weimar Reg. N. 779 fol. 114) und 15. Juli 1535 (ebenda fol. 119). Der Kurfürst schrieb auch zweimal, zuletzt am 2. August 1535 an den Herzog (fol. 123). Als dieser am 18. antwortete (fol. 124), hatten sich die Lippstädter bereits ergeben.*

[1]) *Am Margarethentage (13. Juli) 1535. Die Urkunde (Kleve-Märk. Landesarchiv a. a. O. Bd. 2 fol. 167) ist abgedruckt bei Chalybäus S. 115 und Niemöller S. 44.*

[2]) *15. August. Aber das Datum ist nicht richtig. Ursprünglich wollte der Herzog am Dienstag, 17. August, am Baume bei Kappel mit dem Grafen v. d. Lippe zusammentreffen. Dieser schrieb aber, er könne das verlangte Fußvolk noch nicht mitbringen, weil er die Ankündigung zu spät erhalten habe (a. a. O. fol. 176). Der Herzog scheint dann (nach Bl. 172) erst am 23. August eingetroffen zu sein, demnach der Einzug in Lippstadt am 24. stattgefunden zu haben. — Indem Niemöller wie seine Vorgänger den Margarethentag auf den 14. August und den Einzug auf den 15. verlegt, ist es ihm möglich, an der Vorstellung festzuhalten, der Herzog sei mit einem Heere vor Lippstadt gerückt. Davon kann keine Rede sein.*

[3]) *Der Graf von Rietberg und die anderen Grafen und Herren kommen in den Akten nicht vor.*

riorum, quia ipse alioquin lenis erat natura, sed Lippiacus hoc nolebat. Dixit[1]) enim: „Illustrissime princeps, oportet vos[a]) recordari, quae et quanta meus parens Bernhardus vestro avo praestiterit, cum tantum damnum noster comitatus, oppida et pagi, dominium totum Lippiacum a Bohemis acciperet, oportet quoque v. cels. recordari, quam animose per aliquot annos tam grave bellum, incursionem, obsidionem, vexationem et varia damna in gratiam vestri avi a Coloniensibus sustinuerint hi Lippienses cives, quomodo etiam obsessi sint a tanto numero Bohemorum per aliquot septimanas ac quomodo istorum impetum sustinuerint et tamen non sine suo extremo damno et malo se ita fidos praestiterint Lippienses cives vestro avo tunc sustinenti bellum a Coloniensi praesule propter urbem Susatum, quae sese vobis dederat. Decet igitur erga illorum nepotes vos adhuc esse clementes et propterea aliquam gratiam exhibere." Cum similiter etiam manum statuerent concionatoribus iniciendam, „Id si debebat fieri", inquit Retbergicus, „mox cum protestatione exibo urbem. Nam eo animo non sum vobiscum ingressus eam, ut aut vis concionatoribus fieret, aut aliqui etiam de vita periclitarentur, sed ut moderatio fieret." Idem dixerant et alii quidam heroes. Iam igitur mitior factus Clivensis coepit tandem quaerere de modo procedendi in hac causa. Alii ab ipso prius primam sententiam exspectabant. Cum alii aliter proponerent, tandem ita conclusum est, ut eicerentur concionatores et quidam factionum et novitatis autores.

W 1052.

Sic et concionatores quatuor eiciuntur, ut d. Westermannus, qui postea factus est concionator Monasterii, sed cum etiam ibi anabaptismate everteretur urbs[2]), ex commendatione Antonii Corvini per landgravium Hassiae Philippum seniorem constituitur pastor in oppido Geismar, vir profecto Hebraeae linguae doctus

a) *B und W:* nos.

[1]) *Das Folgende ist nur durch Hamelmann überliefert. Die Reden sind natürlich von ihm verfaßt, was schon daraus hervorgeht, daß er in der Reformationsgeschichte von Rietberg (vgl. später) die des Grafen von Rietberg in anderer Fassung bringt. Ob er in der Sache recht hat, muß unentschieden bleiben.*

[2]) *Hamelmann verlegt eben die Unterwerfung Lippstadts auch in das Jahr 1533. Knodt hat also nicht recht, wenn er S. 88 Westermann noch 1535 auf kurze Zeit nach Münster gehen läßt. Vgl. oben S. 42 f.*

et eximius theologus, de quo sic cecinit Johannes Pollius, poeta Westphalus, in suis epigrammatis [1]:

Si quisquam est verus verae pietatis amator,
Sinceroque fidem pectore si quis habet,
Si cuiquam est solido vivax sapientia corde
Non unquam trepidis concutienda malis,
Westermannus is est doctor, quem carmine praestans
Pieris Aonio non satis una canit.
Non tulit hunc nuper sanctissima verba ferentem
Lippia philosophum, non tulit illa pium.
Caeca quidem tanto non fuerat digna magistro,
Abstulit ingratae munera magna Deus.
Nimirum ille pius simul et doctissimus ille
Non illo in populo vivere dignus erat.
Ergo quod invidiae cessit procerumque furori, *W 1053.*
Fortunae auspicium candidioris erat.
Hassica nunc tali Geismaria digna parocho,
Quae petiit, domino dona ferente tulit
Pastoremque suum digno veneratur honore,
Cuius ab eloquio coelica verba canit [a]).

Quid is praestiterit in hoc comitatu Lippiae et in urbe hac Lemgovia, explicatur in eius loci historia ecclesiastica [2]). Vir gravis et doctus atque in Hebraea lingua excellenter versatus mortuus est Geismariae bene senex et optimus doctor ecclesiae.

Hermannum Coitenum diu exulantem tandem mortuo Simone Lippiaco vocant Dithmoldiam deputati ibidem, ubi etiam mortuus est [3]), cuius viduam reduxit Johannes Hoffmeisterus Detmoldiensis, concionator evangelii per diversos locos [4]).

Jacobum Ledigenum suscepit comes Tecklenburgicus Conradus [5]).

a) *Im Original:* capit.

[1]) *Vgl. schon Bd. 1 H. 3 S. 266.*
[2]) *W 815 ff. Vgl. auch Knodt S. 90 ff.*
[3]) *Vgl. W 815 und A. Dreves, Geschichte der Kirchen, Pfarren, geistlichen Stiftungen und Geistlichen des Lippischen Landes, Lemgo 1881, S. 28 f.*
[4]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 258.*
[5]) *Vgl. oben S. 295.*

Quo abierit Johannes Cappellius, ignoro [1]). Telmannus Menzelius postea Susati conditionem consequitur [2]). Quidam etiam nobilis eduxerat Hermannum Halewatum [a]) [3]).

Eiectis iam concionatoribus fit deliberatio de civibus captis et domi suae traditis, et quidam ex iis eiciuntur, inter quos erat [b]) consul Regnerus [4]), alii poena pecuniaria mulctabantur. Interim senatus valde orat principes suos et subornat alios proceres et consiliarios intercessores idem orantes, ut dignentur suis civibus concionatores, qui Augustanae sint confessionis, concedere. Alioquin nullam fore spem de speranda et consequenda concordia et tranquillitate reipublicae impetranda, cum sint in ea doctrina fundati et ita ea confessione imbuti, ut nunquam possint aut velint ab illa sententia discedere cives et haberent multos intercessores comites et nobiles. Hoc quidem principes ita eis concedunt, ut a se tamquam collatoribus huiusmodi concionatores mittantur, imo hoc etiam iterum a suis subditis Lippiensibus, senatu et civibus exigunt, ut tantisper ea religione fruantur, donec aliud suscipiatur, vel in generali vel nationali concilio, aut generaliter per totum imperium ab omnibus statibus, quae quidem tunc sine ulla tergiversatione suscipere deberent, quod ipsis ita placuit [5]). Aliaque

a) *Vorher (S. 329)* Halewalt. b) *B und W:* erant.

[1]) *In der später geschriebenen Reformationsgeschichte der Grafschaft Rietberg (W 844) gibt Hamelmann an, daß er Adjunkt des Pastors in Neuenkirchen wurde. Vgl. unten.*

[2]) *Er war Prediger in Dinker (1543) und an St. Mariä in altis (Hohne) in Soest (W 1101) und, durch das Interim von dort vertrieben, in Rebel in Mecklenburg. Vgl. E. Vogeler, Ältere Nachrichten über Dinker, in: Zeitschrift des Vereins für die Geschichte von Soest und der Börde Bd. 15 (1896 1897) S. 49 und H. Rothert, Zur Kirchengeschichte der ehrenreichen Stadt Soest, Gütersloh 1905, S. 196, 199.*

[3]) *W 844 wird er als Pastor in Rietberg genannt.*

[4]) *Er hieß Hermann Roggener. Am 18. Oktober 1540 und 1. September 1541 legte Erzbischof Hermann von Köln für ihn beim Herzog Fürbitte ein (Kleve-Märk. Landesarchiv 192 Bd. 3 fol. 16 und 33), und am 25. Januar 1541 und dann noch einmal (ebenda fol. 29 und 34) wandte sich Roggener selbst an den Herzog mit der Bitte nach Lippstadt zurückkehren zu dürfen. Er wurde auch begnadigt, dann aber von den Lippstädtern vertrieben und wandte sich deshalb von neuem an die herzogliche Regierung (ebenda fol. 39 und 40).*

[5]) *Vgl. den Rezeß vom 24. Aug 1535 (Original im Staatsarchiv Münster, Urkunden der Grafschaft Mark), abgedruckt bei v. Steinen Bd. 4 S. 1005 bis 1011 und Chalybäus S. 117 ff.*

multa politica in recessibus et literis ratificationis, quibus dirimebatur controversia, sunt scripta, quae huc non pertinent.

Petebant sibi permitti Johannis Costeri vel Scomeri (patris Conradi Schomeri) ministerium, qui fuerat Augustinianus[a]) et familiariter quoque [cum Luthero][b]) convixerat[1]) atque nuper ex oppido Geseke ditionis Coloniensis propterea, quod ibi sub nomine terminarii[c]) coeperat evangelii doctrinam celebriter adhuc cucullatus (ut reor) praedicare, eiectus erat, nunc vero Lippiae privatim exuta cuculla vivebat et iam etiam coniugium iniit. Huic conceditur, ut pomeridianis temporibus pure et sincere doceret ac psalmos caneret cum populo. *W 1054.*

Hoc ille solus aliquamdiu exequitur, donec ab utroque heroe duo mitterentur concionatores evangelici. Mittuntur tandem duo, Marcus Benneus[2]) et Henricus Latefontanus[3]), qui tres pure docuerunt evangelium Christi et concorditer vixerunt, quibus quartus adiungitur ex regimine scholastico M. Johannes Platenus[4]). Et ita in isto evangelii cursu permansit ecclesia et concionatores usque ad tempus Interim, tantum quod quidam Johannes Quackhardus[d])[5])

a) *B und W:* Augustanus. b) *fehlt B und W.*
c) *B und W:* terminari.
d) *So W und später auch B. B hier:* Quackquardus.

[1]) *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 269, wo er als Kollege Luthers bezeichnet wird. Vielleicht ist er der* Johannes Koster de Blomberg, *der am 26. Dezember 1528 in Wittenberg immatrikuliert wurde (Album 1, 134). Vgl. aber auch oben S. 309 Anm. 7. Er wurde durch den Abschied vom 7.—9. August 1536 (Landesarchiv a. a. O. Bd. 2 fol. 222) Pastor zu Nikolai und Nachmittagsprediger in St. Marien. 1548 heißt es von ihm (ebenda Bd. 3 fol. 79), er habe die Kappe ausgezogen, ein Weib genommen und halte die Messe auf deutsch. Vgl. Niemöller S. 24 und 62—64.*

[2]) *Markus Benne wurde 1536 Pfarrer der Marienkirche (Landesarchiv ebenda). Am 21. Oktober 1554 war er tot (ebenda Bd. 3 fol. 115). Vgl. Niemöller S. 56, 62—64 und 68 und zu den falschen Angaben auf S. 68 die Berichtigung oben S. 195 Anm. 2.*

[3]) *Hinrich Poeppe (a. a. O. Bd. 3 fol. 79), auch Hinrich Breidenborn (Bd. 2 fol. 222) genannt. Er wurde 1536 Pastor im Jungfern(Augustinerinnen)-Kloster (ebenda). 1548 war er Kaplan des Markus Benne an der Marienkirche. Vgl. Niemöller S. 64.*

[4]) *Plate. Er war schon 1527 Rektor. Vgl. unten (W 1056). 1548 war er Pastor im Augustinerinnenkloster. Vgl. auch Niemöller S. 61f.*

[5]) *In Lippstädter Urkunden und Landesarchiv a. a. O. Bd. 3 fol. 79 heißt er Quackerde, Quackert, Quackarth (Chalybäus S. 282 Anm. 167, Niemöller S. 51 und 79), sonst auch Marquardt (so Landesarchiv Bd. 3 fol. 64f.).*

Gesekensis[a]), qui olim ab utroque principe in possessionem acceperat pastoratum ad s. Jacobum, semper retineret papistica sacra et pontificiam religionem exerceret usque ad annum 1559. invitis civibus. Interea nemo illum vel turbare in suo malo proposito audebat. Verum is paucos auditores et spectatores suae stultitiae habuit, videlicet aliquot deliras anus similesque pontificios.

Quid acciderit tempore Interim.

Tempore Interim anno 1548. miserunt in urbem suos legatos princeps Juliacus et Clivensis Wilhelmus, Johannis filius, atque Bernhardus, Lippiacus comes, Simonis filius, et per eos mandarunt senatui et civibus, ut reciperent doctrinam Interim. Senatus et cives deprecabantur istam mutationem, sed admoniti suae stipulationis prioris cogebantur cedere iuxta formam recessuum. Ita vocabantur in curiam concionatores evangelici Marcus Benneus, Henricus Latefontanus, Johannes Kosterus et Johannes Platenus et ille papista Johannes Quackhardus atque simul praepositus Gerhardus de Bredenoll[b])[1]). Ibi reliqui tres immoti stabant in evangelii doctrina asserenda et defendenda. Verum Marcus Benneus cum Quackhardo suscepit interimisticam scabiem, et propterea reliqui tres eo ipso die cogebantur discedere ex urbe cum uxoribus et liberis[2]). Benneus ergo iubetur altero die missificare more papistico, sed quia coeperat rabulam forensem agere, ideo in diversis itineribus aliquid incommodi in altero pede acceperat[3]). Hoc igitur malum praetendebat dicens propter cruris imbecillitatem se tam diu stare non posse, ut perficeret missam pontificialem. Ita ille habetur excusatus ea lege, ut crure sanitati restituto missam ipse perageret. Interim nullibi adhuc nisi in Jacobina ecclesia ab illo Johanne Quackhardo[c]) missae et pontificia idola atque sacra perficiebantur, et nemo inveniri potuit, qui se ad missificationes applicaret. Offert tandem se quidam cerevisiae Batavicae coctor Johannes Ret-

W 1055.

a) *B:* Geisekensis. b) *B und W:* Brevevolt.
c) *B hier:* Quachardo.

[1]) *Bredenoll oder Bredenolt (ebenda Bd. 2 fol. 254 und Bd. 3 fol. 115). Er selbst unterschreibt sich von Bredenoill (Bd. 3 fol. 162).*

[2]) *Über die Einführung des Interims vgl. die Angaben bei Niemöller S. 59 ff., die auf den Akten (Kleve-Märk. Landesarchiv 192 Bd. 3 fol. 62 ff.) beruhen.* [3]) *Vgl. Niemöller S. 65.*

bergius [1]. Is abrogata legitima uxore accepit literas (forte a praeposito) alicuius provisionis et cum his se confert [a]) Paderbornam atque ibi suscipit gradus et ordines presbyterii, et reversus Lippiam is primus in aede divae virginis coepit missificare.

Anno 1549. citantur oppidani Lippienses a Caesare Augustam et accusantur tamquam confoederati Smalcaldicae coniunctionis, cuius nomine licet se excusarent, tamen iniungitur eis summa septem millium aureorum Rhenensium solvenda, quam persolvere cogebantur [2].

Praepositus quoque interimisticum concionatorem constituit Lippiae Johannem Mercatorem, qui modo [3] Camae docet pure et est verus pastor. Accessit ei quidam Godfridus, qui duo mediocriter sincere et aliquanto purius docebant. Istis omnibus accessit insulsus papista Johannes Heinikius Cottensis [4], qui cum Quackhardo [b]) vehementer in singulis fere concionibus Lutheri doctrinam damnavit confirmatus a suffraganeo Coloniensi, theologo licentiato Johanne Noppio Lippiensi [5], qui in eo totus erat, ut in sua patria papatus iterum vigeret. Sed Dominus dedit his quoque finem.

Cum vero melior aura spiraret [6] et pontificii aut ultro

a) *B und W:* conferret.
b) *B hier:* Mackquarto, *W:* Marckquarto.

[1] *In den Akten (Bd. 3 fol. 79) ist er dagegen als Konrektor Rithbergh bezeichnet. Man kommt auf die Vermutung, daß Hamelmann in seiner Vorlage* coctor *statt* conrector *gelesen hat.*

[2] *Niemöller S. 67. Nach der daselbst angeführten Urkunde des Stadtarchivs kam die Sache erst 1550 vor dem Reichskammergericht zur Erledigung. — Wirkliches Mitglied des Schmalkaldischen Bundes ist aber Lippstadt kaum gewesen, sondern wird sich sonst verdächtig gemacht haben.*

[3] *Das heißt jetzt (1568), nicht früher (ehe er nach Lippstadt kam), wie Niemöller S. 66 meint. Vgl. oben S. 211.*

[4] Johannes Heinicke de Kothenn *(Westernkotten bei Lippstadt) wurde im Sommersemester 1525 in Wittenberg immatrikuliert (Album 1, 17).*

[5] *Gemeint ist, was Chalybäus S. 123 und Niemöller S. 66 nicht wissen, der Kölner Weihbischof Johann Nopel. Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 266f.*

[6] *Am 17. März 1556 berichtet der Propst Bredenoill an den Herzog (Landesarchiv a. a. O. Bd. 3 fol. 162), daß* „die Predicanten zu unser lieben frauwen und zu S. Niclaus und der schulmeyster solliche ordenung *(Kirchenordnung)* und receß *(von 1535)* nicht gehalten, viel weniger nachgekomen, sondern sich dermaßen gehalten, das sie gantz unnd gar kein lateinisch sondern eitel deutzsch in den zweien kirchen singen, auch die predicanten keine missegewandt antzihen, wan sie das sacrament handeln und dergleichen artickel mehr, welchs alles der ordenung unnd dem receß gantz entkegen und zu-

cederent aut morerentur, ecce Johannes Pungelius Lunensis coepit anno 1554. evangelium docere atque sacramenta sincere administrare, cui mox accessit collega Henricus Schroderus Bilfeldensis loco Johannis Mercatoris [1]). Hi graviter docere evangelium coeperunt, ut profecto Schroderus, licet sit homo levioris doctrinae, miram habet gratiam docendi. His accessit collega quidam Jacobus Kintvaderus Lunensis [2]) atque tandem alii boni viri. Sed cum viderentur Pungelius et ille Jacobus Cinglianismum sapere et ipsi etiam de tenuitate stipendii sui conquererentur, sunt dimissi [3]), et nunc pacifice in ecclesiis docent Henricus Schroderus, M. Conradus Schomerus [4]), vir doctus et in linguis versatus, cuius aliquot libri exstant, Johannes Neopolitanus [5]), Gerhardus Unnensis, Johannes Brinckhusius [6]). Hi anno videlicet 1567. docent et fuerunt semper concordes [7]). In vicinia urbis Lippiae vir sincerus et doctus iam

---

widderst ist, darauff ich dan solliche ordenunge unnd receß denen zweyen predicanten zu unser lieben frauen unnd zu S. Niclaus unnd dem schulmeister beyde richtlich *(schriftlich?)* unnd mundtlich habe ansagen unnd furhalten lassen, welchem sie aber desto mehr nicht nachgekomen, sondern viel mehr auff ihrem vornhemen je lenger je hertter stehen blieben. Aus wes angeben sie solchs haben werden, ist mir aber verborgen unnd unbewust."

[1]) *Dieser war ins Waldecksche gegangen. Vgl. oben S. 211 Anm. 2. Heinrich Schröder (Sartorius, vgl. Bd. 1 H. 3 S. 271) kommt am 17. Mai 1561 als* „Hinrich de Prädicante" *urkundlich vor (Niemöller S. 68).*

[2]) *Vgl. oben S. 214.* [3]) *1558. Möller S. 269.*

[4]) *Der Sohn des oben (S. 334) genannten Coster. Vgl. über ihn auch Bd. 1 H. 3 S. 269f.*

[5]) *Erster lutherischer Prediger an der Großen Marienkirche. Er starb am 13. Aug. 1596. v. Steinen Bd. 4 S. 956f., Möller S. 270, Niemöller S. 69.*

[6]) *Auch Berinkhus, Berninghaus. Er hatte in Wittenberg studiert, wo er am 15. August 1558 immatrikuliert wurde* (Johannes Berninckhusius Lippiensis. *Album 1, 348). Er war erst Konrektor in Lippstadt, später Pastor der Stifts- oder Kleinen Marienkirche und starb 1613. Möller S. 287 und 275, Niemöller S. 69.*

[7]) *Über die weiteren Prediger s. Möller S. 268f. und Niemöller S. 69.*

In der Widmung seines Buches De traditionibus apostolicis et tacitis, Basileae 1568 *<Bonn UB, Göttingen UB, Rostock UB usw.>, datiert* Lemgoviae in die Michaelis anno 1565, *sagt Hamelmann Bl. a 2b:* . . . maiorem consecuti estis gloriam coram Deo et omnibus piis, quando de vestro suffragio ante annos triginta excellens doctor Joannes Westermannus magna cum gratia evangelium de filio Dei vobis vestraeque patriae tradidit et hoc nomine cum fidelissimis collegis non levia exilia passus est. Verum illa ipsa doctrina, quam ille primum ibi plantavit, hactenus sumpsit incrementum et viget apud vos hodie rigante Henrico Schrodero, meo amico veteri, et suis collegis, quibus nuper adiunctus est Conradus Scomerus, vir doctus.

per annos ferme decem docuit evangelium Christi in pago Lippenrade nomine Johannes Walterus Lippiensis [1]). *W 1056.*

Scholae ludimagistri et rectores fuerunt iuventutis inde ab anno 1527., quamdiu ibi sonuit vox evangelii, hi sequentes: M. Johannes Platenus [2]), qui factus concionator locum dedit [3]) M. Georgio Honderlagio [a]), qui postea promotus est doctor medicinae, cui successit Henningius Walterus Hildesimensis, post quem Hermannus Cocleus [4]) gubernacula suscepit scholae, et in eius schola tunc laborarunt Johannes Friccius Hamelensis, vir doctus, et Bernhardus Hokerius Osnaburgensis [5]). Post hos electus est Laurentius Sibelius, qui hodie est iuris consultus et legum licentiatus [6]), cui conrector erat Antonius Hestermannus, qui modo doctor est iuris et professor in academia Marpurgensi [7]), deinde Gerhardus Thitmannus Bilveldanus, qui hodie in pago comitatus Ravensburgici Verssmel est pastor [8]), et huic erat conrector Johannes Walterus [9]). Post

a) *B und W:* Honerlagio.

[1]) *Ehemals Konrektor in Lippstadt. Vgl. über ihn auch Bd. 1 H. 3 S. 268.*

[2]) *Vgl. oben S. 343.*

[3]) *Vor 1535. Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 251. 1536 war Engelbert Scheltinck (?) Schulmeister und Vikar, wurde aber untauglich befunden und sollte in Köln und Löwen* („und nit zu Wittenberg") *studieren (Abschied vom 7.—9. August, Landesarchiv a. a. O. Bd. 2 fol. 222).*

[4]) *Zur Zeit des Interims, bis 1555. Er galt als Gegner der „Lutterei". Vgl. über ihn („Meister Hermann von Recklinghaußen", Cochlaeus, Lepeler, Löffler) Bd. 1 H. 3 S. 268.*

[5]) *Subkonrektor 1550—1560 (Möller S. 289; ob aber Möller andere Quellen hatte als den Hamelmann, ist unsicher). Vgl. im übrigen über Hocker oben S. 61 Anm. 5.*

[6]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 269 und 372. Nachzutragen ist dazu folgende Eintragung der Marburger Matrikel (Caesar, Progr. 1877 S. 65):* celebris disputatio de pactis et promotio boni et docti viri Laurentii Sybelii, qui consecutus fuit prolytarum licentiam Anno 65. Maii 28.

[7]) *Bd. 1 H. 3 S. 269.*

[8]) *Möller S. 282 nennt ihn Gert Thieman oder Tieleman. 1556 1557 war er Rektor in Bielefeld (vgl. oben S. 290). Nach Schlichthaber, Entwurf S. 113f. war seine Amtszeit als Pastor in Versmold 1577—1590. Speckmann, Geschichtliche Nachrichten über die Gemeinde Versmold, Bielefeld 1869, S. 24 sagt, daß das vom Oktober 1590 datierte Namenverzeichnis der Versmolder lutherischen Prediger als ersten Gerhard Tittmann nennt. „Dieser Tittmann, von Geburt ein Bielefelder und Rektor an der Schule zu Lippstadt, wird 1578 zum Prediger der Versmolder Gemeinde berufen und scheint hier die Einführung der Reformation vorbereitet und durchgeführt zu haben." — Den Jahreszahlen nach ist Hamelmanns Angabe ein späterer Nachtrag zu seiner 1568 abgeschlossenen Erzählung.*

[9]) *Vgl. oben Anm. 1.*

hos venit Temhardus Nagelius Hervordiensis[1]) ad iuventutis moderationem et habuit conrectorem Engelbertum Copium[2]), cui is locum reliquit abiens secundo Witebergam (Copio conrector erat Johannes Kirchmannus Selmensis, qui ab eo tempore Lemgoviae, Susati et alibi scholis inservivit[3]). Copio cum fratre Bernhardo Lemgoviam anno 1559. abeunti succedit Sebastianus Grevenstenius, qui ordine conrectores habuit Johannem Berninckhusium, qui concionator fiebat[4]), mox Bernhardum Hakenium[5]) et Adamum Burensem[6]). Tandem vocatur Colonia M. Conradus Scomerus[7]), qui non sine laude praefuit scholae, et plerique aliorum[a]), cui contigit conrector Bernhardus Orestes Horstmarianus[8]), citra controversiam in linguis tribus excellenter versatus multae lectionis et magni ingenii iuvenis, qui dehinc Susati primo conrector, mox rector factus[9]), et licet a doctore Joachime Morlino ad regimen scholae Martinianae Brunsvicensis urbis evocaretur, tamen Brunsvicensibus, apud quos in maxima frequentia auditorum scholae praeest, extorquetur a Susatensibus, quamquam invitis Susatensibus eum detineant Brunsvicenses. Post hunc fit conrector Paulus Aprimontanus, et hodie M. Lubertus Florinus Lemgoviensis[10]), qui per multos annos Wesaliae praefuit scholae, regimini scholastico in hac urbe praeest anno 1568. Sed Lippiensibus eripitur et transfertur ad Lemgovienses.

a) *Die Stelle ist unverständlich; der Abschreiber hat wohl ein paar Worte ausgelassen (vielleicht:* erat doctior quam).

[1]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 245.* [2]) *Ebenda S. 145f.*

[3]) *Er war Konrektor in Hamm und seit 1576 Rektor in Soest, wo er am 19. Januar 1607 starb (E. Vogeler, Geschichte des Soester Archigymnasiums T. 2, Progr. Soest 1885, S. 5—17). W 1079f. ist er unter den Lehrern in Lemgo nicht genannt. — Die Bemerkung über Kirchmann ist späterer Zusatz Hamelmanns.*

[4]) *Vgl. oben S. 346 Anm. 6.* [5]) *Möller S. 287 nennt ihn Hacke.*

[6]) *Nach Möller S. 289 nach 1560 Subkonrektor.*

[7]) *Vgl. oben S. 346 Anm. 4. Er war 1565 Rektor (Bd. 1 H. 3 S. 270).*

[8]) *Vgl. über ihn ebenda.* [9]) *September 1566. Ebenda.*

[10]) *Ebenda S. 252f.*

13. Höxter[1].

Hamelmanns Gewährsmann für dieses Kapitel ist Johannes Siffridus (Segefride), gebürtig aus Höxter und um 1560 Prediger an der Peterskirche daselbst[2]*, gewesen. Hamelmann war mit ihm und seinem Schwiegervater Rudolf Möller in Hameln*[3] *befreundet*[4] *und bat beide mehrfach um reformationsgeschichtliche Mitteilungen. Am 10. Februar 1566 schickte ihm Möller einen Bericht über das untere Herzogtum Braunschweig*[5] *und teilte dabei zugleich mit, daß ihm Siffridus einen solchen über seine Vaterstadt liefern wolle*[6]*. Daß Siffridus seinem Versprechen nachgekommen ist, läßt sich daraus schließen, daß Hamelmann über ihn besonders eingehende Angaben machen kann*[7]*.*

Für den Rest und für etwaige Lücken hat wohl Martin Hoitbandt, der 1567/1568 kurze Zeit in Höxter gewirkt hat, und mit dessen Berufung die Erzählung schließt, Ergänzungen geliefert[8]*.*

Der ausführlichere letzte Teil, der die Zeit seit dem Interim behandelt, ist besonders den Personalien der Pastoren an den drei Kirchen der Stadt gewidmet und macht einen zuverlässigen Eindruck.

[1] *J. F. Falcke, Entwurf einer Historiae Corbeiensis diplomatica, Braunschweig 1738, S. 95—101 (Predigerverzeichnisse). Jacobson S. 537 f. H. Kampschulte, Chronik der Stadt Höxter, Höxter 1872, S. 90—108. Kl. Löffler, Zur Reformationsgeschichte der Stadt Höxter, in der Zeitschrift Bd. 70 (1912), Abt. 1 S. 250—271.*

[2] *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 273 und unten S. 366 ff.*

[3] *Ebenda.* [4] *W 867.*

[5] *Vgl. den Brief Möllers an Hamelmann W 920. Ich bin darauf erst nach dem Drucke meines Aufsatzes in der Zeitschrift aufmerksam geworden.*

[6] Cum autem gener meus de sua patria te certiorem facere velit.

[7] *W 1092 ff.*

[8] *Diese Annahme liegt nahe, weil er Hamelmann wahrscheinlich auch mit Nachrichten über die Paderborner Kirchengeschichte (vgl. oben S. 102) versorgt hat.*

Über die frühere Zeit ist Hamelmann nicht in allen Punkten gut unterrichtet. Zu einer vollständigen Kontrolle seiner Angaben reicht aber leider das Quellenmaterial nicht aus, und wir bleiben deshalb auf sie vielfach allein angewiesen.

W 1082. **Historia[a]) ecclesiastica renati evangelii in urbe Huxariensi sub dominio abbatis Corbiensis autore Hermanno Hamelmanno L.**

Postquam singulari Dei bonitate orbi terrarum lux evangelii ex tenebris papistarum per singulare Spiritus sancti organum, reverendissimum et sanctissimum doctorem Lutherum, eruta prodiret et iam tum per plurimos annos vox evangelii sonuisset per totam Hassiam, quae est confinis Huxariensi urbi, coeperunt multi cives magna esurie et siti evangelici et coelestis cibi potusque vivi in ea urbe premi, quos hoc etiam inflammavit, quod a multis principibus imperii summa verae doctrinae et religionis exhibita esset Carolo V. Caesari Augustae anno 1530., quae deinceps confessio Augustana dicta est. Deinde multi ex civibus mercatores diligenter alibi audiebant conciones, emebant libros Lutheri et aliorum atque incipiebant secum magno numero conferre de religione omniaque piorum doctorum scripta devorare [1]).

Accidit ergo divinitus, ut, cum ipsi nihil in suscipienda vera religione et abolenda papistica possent, Huxariae conscriberetur conventus principum in causa et controversia d. Erici [2]), comitis in Hoya et Broichusen, quam habuit cum nobili Francisco ab Halle, componenda anno 1533. Ad istum conventum venit illustrissimus lantgravius Hassiae Philippus senior [3]) et celebratissimus

a) *Text nach A, B und W.*

[1]) *Über die Anfänge der Bewegung liegen sonstige Nachrichten nicht vor.*

[2]) *Vielmehr Jost II. Vgl. F. Küch, Das politische Archiv des Landgrafen Philipp des Großmütigen von Hessen Bd. 2 (Publikationen aus den Kgl. Preuß. Staatsarchiven Bd. 85), Leipzig 1910, S. 619. Nähere Angaben über die Sache auch bei Chytraeus, Chronicon Saxoniae P. 2, Rostochii 1590, S. 216ff.*

[3]) *Die Anwesenheit des Landgrafen ist für den 6. und 10. Januar 1533 urkundlich nachweisbar. Das Abkommen zwischen Graf Jost von Hoya und Franz von Halle wurde am 10. Januar abgeschlossen (Staatsarchiv Marburg, Pol. Arch. d. Landgrafen Philipp 1994 und Preuß-Falkmann, Lippische Regesten Bd. 4 Nr. 3218).*

dux Luneburgicus Ernestus et comites multi numero 21, nobiles vero ad octoginta. Lantgravius evangelicum concionatorem Conradum natione Suevum[1]) secum adduxit. Is diebus singulis mane, antequam ad[a]) causae examen et controversiarum diremptionem accederent, publice docebat. Ad eam concionem et principes nobilesque atque cives magno numero confluebant et audiebant concionantem quotidie ardenter et diligenter. Istius concionatoris verbis, doctrina et dulcedine capti conveniunt nonnulli eorum et deliberant in aedibus Rolandi Kolwagen, viri pii. Hic suadet[b]) istius Rolandi Kolwagens filius Rolandus, ut consulatur[c]) concionator lantgravii, qui consultus respondit totam rem in manu Dei positam esse itaque nihil illis prius esse debere, quam ut *W' 1083.* ardenter invocent aeternum patrem Domini nostri Jesu Christi, ut is et verbum eiusque lucem atque operarios in suam ibi messem commode largiri dignetur, deinde ut magistratum, suum ordinarium, tamquam ordinationem et ministrum Dei et ut legitimum medium interpellent et de pie constituendis ecclesiis atque evangelii ministris vocandis eum rogent, ut sic explorent, quo animo erga doctrinam affecti sint proceres urbis. Id cum fieret per quosdam delectos, incipiunt consules, qui tunc erant Hans Veltmann, Hans Uden, Adam Siverdes, Hans Remensniders[d]), tergiversari, et respondit primarius consul Veltmannus nomine aliorum: „Etsi ego potissimum et simul plerique ex collegis meis idem vobiscum optaremus, verum videtis, quomodo id fieri commode non[e]) queat propter abbatem et canonicos collegii. Interim oro vos, ut dignemini tantisper exspectare, donec ego ivero Casselham, ubi mihi negotium est expediundum. Ibi ego, quod ex usu ecclesiae nostrae futurum erit, diligenter curabo." Interea etiam concionator voluntatem et ardorem civium suo principi lantgravio exposuerat et rursum audita responsione vel tergiversatione consulis dixit

a) *B und W':* de. b) *B und W':* suadebat.
c) *B und W':* consuleretur. d) *B und W':* Remenschneider.
e) *fehlt A und B.*

[1]) *Über diesen ist nichts weiter festzustellen. Urkundlich ist ein evangelischer Geistlicher in der Begleitung des Landgrafen nicht nachzuweisen, und ebensowenig ist überhaupt ein Prediger aus Schwaben bekannt, der nach Hessen gekommen ist (frdl. Mitteilung von Herrn Archivrat Dr. Küch in Marburg).*

Conradus concionator: „Das heißt in die langen Kasten gelacht.“ Haec cum retulisset principi, misit lantgravius legatos suos ad senatum, inter quos fuit nobilis Hermannus a Malspurck, atque per eos a senatu causas non suscepti evangelii quaerit (est enim tutor istius urbis lantgravius Hassiae) et mandat, ut quam primum vocent pios evangelii ministros. Senatus respondet civitatem esse diversis principibus et heroibus subiectam et nihil non ipsis esse ab omni parte metuendum. Posse enim Brunsvicenses duces et abbatem Corbiensem ut simul principem imperii et collegium canonicorum propter istam mutationem, si fieret, aliquid exitiosum moliri. Itaque exspectare sese concilii generalis decreta. Haec cum retulissent ad lantgravium legati, is intellecta senatus voluntate ab evangelio aliena unum consulem ex istis quatuor (opinor Veltmannum) ipse affatur in eandem sententiam ut antea per legatos, et iterum eius celsitudo idem a consule refert responsum. Ille mox regerit: „Adeone timidi estis, ut Domino causam commendare possitis?“ Et quia ad aures principis pervenerat consulem istum interminatum fuisse civibus mutationem religionis meditantibus, addidit lantgravius: „Audio“, aiens, „quod tu tuis interminatus sis civibus veram doctrinam cupientibus et malis centum aureos insumere ex tuo, quam permittere, ut evangelio suus permitteretur cursus. Verum si ego intellexero te vel minimo civium hoc nomine incommodare, senties fore me huius petulantiae in te ultorem. Effice tandem, praecipio, ut apud vos evangelium doceatur.“

W 108 f.

Post discessum lantgravii nihil aut parum est subsecutum, sed vident pii senatum potius alia moliri. Ideo rursum mittunt supplicationem ad lantgravium pii cives, qua accepta missis legatis serio imperat senatui et priora mandata gravibus verbis renovat de constituendis ecclesiis iuxta Augustanae confessionis normam. Senatus effugia quaerens dubiumque responsum dans post discessum legatorum omnibus istis posthabitis, astu rem agere incipit. Interim meditatur, quomodo tribunos plebis vel curiales ad suas partes verbis et technis protraheret, ut ita accedentibus istorum suffragiis posset commodius reprimere conatus eorum, qui sitiebant puriorem doctrinam. Haec res senatui bene cecidit, et sese tribuni cum senatu et senatus cum tribunis vera fide obstrinxerant. Itaque cogitabant de convocandis civibus, ut eis graviter praeciperent,

ne in posterum de nova doctrina introducenda quicquam tentarent. Constituto iam die, ut ista omnia melius in effectum producerent, clausis portis convocantur ad curiam coram senatu et tribunis cives et omnes plebei in praesentia abbatis Corbiensis, principis ibidem. Sed cum nonnulli inter cives conatum eorum per indicium percepissent, muniunt sese et capientes extemporale consilium clamant pii in hanc sententiam: „Qui cupiunt evangelii negotium, extensis hoc testentur digitis." Astipulatur statim potissima pars civium. Itaque senatus et tribunorum sententiam audire quidem noluerunt, nisi prius ipsorum petitioni, quae per selectos senatui exponebatur, annuerent. Ita accidit in hac urbe, quod Balack regi Moabitarum in evocando Bileam contigit Numeri cap. 23., quoniam putabant hostes evangelii, istum conventum fore impedimentum evangelici cursus, sed fit ibi initium. Sic omnia cooperantur in bonum electis. Senatus et tribuni cum abbate animo perculsi, ne seditio oriri posset, promittunt civibus evangelii ministros. Hoc laeto nuntio accepto placati erant cives. Interim exspectarunt, quid conventus ille novi produceret. Mox deliberatione cum abbate facta fucus et praetextus quaeritur, quo invento nomine senatus refert consul Veltmannus causam conventus esse, quod totius urbis et civium nomine agere decrevissent cum reverendo principe abbate, ut, postquam id privilegii haberent cives, ne sibi propriam coquerent cerevisiam rustici Corbiensi abbati subiecti, sed hoc ex urbe sibi emere deberent atque interim diversum in pagis passim reperiretur, ipsius R. dignaretur permittere, ut rusticis vicinis vasa et ahenae vel cacabi confringerentur in pagis. Annuente abbate id quidem ita factum est. Haec fiunt circa quadragesimam. *W 1085.*

Interea civis Huxarianus Justus Kolwagenus[a]) Embecam peregre abierat et a domino doctore Godscalco Kroppio, ibidem superintendente[1]), interpellatus de statu ecclesiae Huxarianae exponit doctori Justus se suosque concives bona teneri spe de propagatione evangelii Huxariae facienda, modo ministri aliqui fideles ad manus essent. Respondet mox doctor Godescalcus: „Est

a) *B und W:* Kolwag.

[1]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 264.*

hic quidam vir bonus et doctus Johannes Winnistedius [1]) ad istam rem maxime appositus, qui modo caret conditione" [2]). Hic dixit id se renunciaturum suis. Statim hoc cognoscentes Rolandus Kolwagen et Stephanus Brakelman excurrunt usque Embecam et exposito doctori Kroppio et Johanni Winnistedio statu ecclesiae Huxarianae, eo rem transigunt, ut ipsum adducant Huxariam, ubi a multis magna excipitur laetitia. Postquam aliquot conciones publicas habuisset, tandem ad d. Kiliani templum constituitur pastor.

Haec dum in quadragesima fierent, ad festum paschale alius concionator Embeca, Franciscus nomine [3]), vocatur et propter metum periculi [4]) non per silvam dictam Solingam, sed per devia Huxariam deducitur et ad s. Petrum, quod collegium canonici occupant, pastor praeficitur [5]). Verum canonicorum perfidia et

[1]) *Winnistedt war Augustiner im Johanniskloster in Halberstadt und predigte als Pastor an St. Martin daselbst die lutherische Lehre. Von 1526 bis 1529 wirkte er in derselben Weise an St. Johann in Halberstadt, wurde aber im Frühjahr 1529 vertrieben und ging nach Wittenberg, wo er am 27. Mai 1529 immatrikuliert wurde (Album 1, 135:* Johannes Wenigenstede Halberstaden. civit.). *Von dort schickten ihn Luther und Bugenhagen nach Einbeck, wo er drei Jahre Pastor an der Marktkirche (St. Jakobi) war. Vgl. W 883—887 und 916, D. Chytraeus a. a. O. S. 216, Kleinsorgen Bd. 2 S. 366 und K. Kayser, Die hannoverschen Pfarren und Pfarrer seit der Reformation Nr. 27 28 (Einbeck), Braunschweig 1905, S. 23f.*

[2]) *W 916:* Propter huiusmodi calumnias *(der noch katholisch gesinnten Einbecker,* „sonderlich unter den fürnehmsten Geschlechtern, Burgermeistern und Ratsherren") et propter tenue stipendium ipse Winnenstedius cupiit dimitti, et quia ipse vehemens erat et asperior in adversarios stans a civium partibus, dicebatur et levis, et sic dimittitur ipse et abiit tunc Huxariam, ubi factus est primus evangelista.

[3]) *Franz der Widdenen oder Weddenen — so nennt ihn Hamelmann W 916f. (vielleicht müßte es aber Widderen oder Wedderen heißen), während ihn das Lagerbuch der evangelischen Gemeinde in Höxter ohne ersichtlichen Grund als Franz Ahlen aufführt — aus Braunschweig war nach W 887 Franziskaner in Halberstadt, ging dann nach Wittenberg, wo er am 5. Januar 1529 als* Franciscus der Wedeben Brunswicen. Dioc. Halberstaden. *(Album 1, 132) immatrikuliert wurde, und wurde zusammen mit Winnistedt von Luther und Bugenhagen nach Einbeck geschickt, wo er Pastor secundarius unter Gottschalk Kropp an der Neustädter Pfarre zu St. Mariä Magdalenä war (W 916 und Kayser a. a. O. S. 39, der ihn Franciscus N. nennt). Er ging* „eadem de causa" *wie Winnistedt aus Einbeck weg (W 917).*

[4]) *Wohl vor den Amtleuten des Herzogs von Braunschweig.*

[5]) *Seine Einführung in die Peterskirche schildert die noch zu nennende Beschwerdeschrift des Stiftes von 1548 (Löffler S. 266):* Zum irstenn die vonn Hoxer . . . auff einenn morgenn in sancti Petri Kirche gekommen und wie de

molestiis nimium aggravatus vix ibi per tres menses haesit, deinde discedit [1]).

Hic valde renitentibus et sanam doctrinam renuentibus canonicis [2]) cives iterum per senatum fiunt lantgravio supplices, qui statim missis legatis, inter quos fuit M. Adamus a Fulda [3]), vir doctus, graviter canonici admonentur, imo omnia papistica sacra eis interdicuntur [a]) [4]). Cum igitur isti collegiati viderent graviter instare legatos, cesserunt. Interim tamen cogitarunt, quomodo ex suis aliquem potius praeficerent, quam aliunde accersitum

a) *Der Satz ist falsch konstruiert.*

chorus das Te Deum more solito latine gesungen, sein die von Hoxer hervurgetredenn, dasselbige Te Deum germanice more insolito angefangen unnd biß zum ente gesungen, die gutenn ehrlichenn frommen heren in irenn gewonlichenn lange tzeith gehaptenn gotsdienste unnd gesengenn perturbert und ine zu einem groissenn hoenn unnd schma auch derhalben geine underredung mith ine gehapth, nach dem Te Deum einen neuwen predicanten auff die kantzel vurgemelter kirchen sancti Petri aufstigen unnd das Evangelium biß auff leitzt vurgangen Navitatis Domini Anni etc. 48 predicerenn lassenn.

[1]) *Er ging nach Braunschweig (W 917).*

[2]) *Von den Angriffen der Höxterischen auf das Petersstift, die Kirchen und die Kanoniker selbst weiß Hamelmann nichts. Vgl.* Löffler *S. 254 und die von ihm abgedruckte Beschwerdeschrift des Stiftes von 1548 S. 266 ff.*

[3]) *Vgl. über ihn oben S. 301.*

[4]) *Das ist nicht richtig. Der von den hessischen Räten (Georg v. Pappenheim, Adam Krafft, Georg Nußpicker) vermittelte Vertrag zwischen Stadt und Stift vom 8. Juli 1533 (mitgeteilt von* Löffler *S. 265 f.) bestimmt vielmehr:* Erstlich wollen dechant, capittel und vicarien obgemelt geduldden, das die von Hoxer in den beden pharkirchen zu sant Kilian und Niclaus ire predicanten haben und behalten, darin das wort Gots predigen, dem gemeß in der religion ordenung ufrichten und die sacramenta ministriren und reichen lassen. So wollen dechant und capittel im stift zu sanct Peter ein gelerten, frommen man verschaffen und hinfuro haben, der daselbst das wort Gots rein und clar one allen zusatz und fabel, wie er des vor Got und der welt wul bekant sein, predige und sol solch predig im stifft allewege zu einer bestimpten gewissen zeyt, nemlich morgens zu siben uhren geschehen und darzu sonderlich geleuttet werden und wan das volck zu solicher predig zusamenkumpt, mogen sie einen teutschen psalmen oder zwene, eher der prediger anfehet, desgleichen wan die predig geendet als dan widderumb einen oder zwene psalmen in der kirchen singen. — Und wand solich predig volendet ist, alsdan sollen die von Hoxer dechent, canonick und vicarien mit iren kirchen geprauchen und ceremonien zu folnfaren furter ungehindert und unmolestirt, bis solange es der Almechtig anders schicken wirt, gewerden und uf allen seitten einer den andern in predigen, auch sonst schme, schelt, laster und reitzwort erlassen.

sibi dominari paterentur. Ita ab eis proponitur civibus Conradus Muggius[1], et hunc praefici petunt sancteque pollicentur fore, ut is incorrupte verbum Dei doceat et sincere sacramenta administret[2]. Is ita recipitur, et illa conditio adhuc additur, ne unquam in posterum se papisticis sacris immisceat. Si vero contrarium faciat, hunc privatum iri illico ista functione. Cum ergo ille vix per semestre perstitisset in functione, in gratiam quarundam muliercularum et praecipue viduae tunc defuncti consulis Veltmanni

W 1086. missificat. Itaque statim amovetur ab officio[3], et huius in locum substituitur ad festum natalis Christi sub finem anni 1533. Vitus Cotius, vicarius eiusdem collegii, vir bene doctus et ex lectione librorum Lutheri illustratus vera doctrina, qui evangelium pure usque ad annum 1548. tradidit. Templo tertio ad d. Nicolaum constituitur Johannes Polhennius ex monachis minoritarum[4], qui quoque abiecta sua vana religione se suumque animum ad

[1]) *Der Vertrag fährt fort:* So haben dechant und capittel vor einen predicanten in stifft alsbalt ernent und geordent hern Conrat Meigen (Moygen), wilcher auch solichs angnomen und zu predigen wie oblaut vor unserm g. h. von Corvey in beysein der hessischen geschickten, auch dechants und capittels, dergleichen burgemeister und raiths und den verordneten von der gemein sich verpflichtet und zugesagt hait. — *Nach Bd. 1 H. 3 S. 274 war er vorher in Lügde* „concionator".

[2]) *In dem Vertrage heißt es darüber:* Und ob an seiner lere und predig mangel erscheine, sollen die von Hoxer solichs unserm g. h. von Corvey sampt dechant und capittel anzeigen, solichs abzuschaffen und zu andern. Wo aber das nit gepessert wurde, als dan sein (sollen?) furstlich gnad, dechant und capittel ein andern an sein stat, sich dem, wie vorstehet, gemeß zu halten, verordenen. — Ob auch her Conrat Meige seins leibs unvermoglicheit halber dem predigen mit der zeit nit ob sein kundt, sollen dechant und capittel gleicher weise an sein stat ein anderen unverzuglich schaffen.

[3]) *In der Beschwerdeschrift von 1548 heißt es (a. a. O. S. 270):* Oich ennen redlicken manne Her Cordt Mughe genant, zeliger gedechtnisse, eine fromm geleret man, unse vicarius unnd unse predicant gewest, upp dach Stephani *(also 26. Dezember 1533)* tho veir uren uth gekundet unnd rumen moissen, dar se nenne verbot over en hadden.

[4]) *Polhenne ist wahrscheinlich derselbe, der 1532 an der Gaukirche in Paderborn vorkommt und im Oktober 1532 von Hermann v. Wied beseitigt wurde. Vgl. oben S. 105–112. — Jacobson S. 537 gibt an, Polhenne sei an der Heiligegeistkirche angestellt, die Nikolaikirche aber zu einem Rüsthause gemacht worden, und Kampschulte schreibt es ihm nach. Es ist aber eine bloße Verwechslung: die Heiligegeistkirche wurde „Rüstekammer oder Büchsenhaus" (vgl. die Beschwerdeschrift von 1548 bei Löffler S. 268).*

veram religionem serio adiecerat. Is perseverat in ministerio usque ad annum 1557.[1]).

Certamina.

In prima evangelii plantatione multa tulit Winnistedius seminans in lachrymis. Hinc ab exteris, abbate et aliis nobilibus, istinc ab oppidanis, senatu[2]), muliereulis et aliis, odia, minas, ludibria, opprobia, molestias et sarcasmos graves sustinuit. Interim ille fortiter pergebat et coepit conscribere ordinationem ecclesiasticam, quam diligenter conscriptam obtulit senatui. Sed is renuit eam suscipere. Ita tamen fortiter pergit per quinquennium docendo, monendo et adversarios redarguendo. Ideo tandem senatus renunciat isti bono viro functionem anno 1538. levibus de causis[3])

[1]) *Hamelmann weiß nichts von dem zweiten durch die hessischen Räte (v. d. Malsburg, Feige, v. Cramm, Dr. Walter) vermittelten Vertrage zwischen Stadt und Stift vom 15. September 1536 (mitgeteilt von H. Kampschulte in der Zeitschrift Bd. 33, 1875, Abt. 2 S. 27 ff.). Die „Irrungen und Gebrechen", die dadurch beigelegt wurden, bezogen sich zum Teil auf Güter und Einkünfte. Es wurde u. a. vereinbart, daß man die Stiftsherren frei und sicher in der Stadt wohnen lassen und sie vor Verdruß, Hohn, Spott und Schmach schützen, ihnen auch ihre Rechte, Zinsen, Gülten und Güter lassen sollte. Obwohl die „Herren von sankt Peter" weder auf die Peterskirche noch andere Kirchen verzichten und auch in ihren Zeremonien und Gesängen nichts ändern wollten, wurde ihnen doch von den hessischen Räten* „im besten und umb merers friedens und einigkeit willen" *der Bescheid gegeben,* „das sie up ein frei christlich concilium in teutscher Nation zu haben geduldeu sollten, daß die von Hoxar die Pfarr und Schule in und bei gemelter Kirche sancti Petri mit predigern, pfarhern, schulmeistern und anderen versehen mogen nach ihrem pesten verstandtnus und gewissen, auch darin christliche ceremonien reichen lassen". *Was den Kanonikern blieb, war die Verwahrung der Kelche, Monstranzen und sonstigen Kleinodien und der freie Zutritt zur Kirche, um drei oder viermal in der Woche* „ire horas oder ander preces" *zu sprechen und zu lesen, aber ohne öffentiche Gesänge, Weihwasser und dergleichen und ohne Störung der ordentlichen Predigt. Das Messelesen in ihrer Kirche wurde ihnen dagegen nicht mehr gestattet; denn es heißt in der Urkunde:* „Zwingt sie dann ir, den hern von sanct Peter, ir gewissen, zu Corvey Messe zu lesen, darumb sollen sie von den bürgern oder inwonern der stadt Hoxar auch nit verunwilliget oder behindert werden in keine wege." *Damit war das katholische Kirchenwesen bis auf geringe Reste aus den drei Kirchen der Stadt verdrängt.*

[2]) *Vgl. über die katholischen Neigungen einiger Ratsherren Löffler S. 257 f.*

[3]) *Wahrscheinlich, weil er mit der Besoldung nicht zufrieden war. Vgl. das von Löffler S. 259 f mitgeteilte Schreiben der Stadt an den Landgrafen Philipp vom 16. Dezember 1537. In der Osterwoche 1538 geleiteten ihn acht bis zehn höxterische Bürger über den Solling (ebenda S. 260).*

et in eius locum vocant Johannem Molnerum Burensem, qui ex Susatensi ecclesia dimissus [1]) venerat Huxariam, quem cum forte Johannes Fontius, theologus et superattendens in Hassia [2]), alibi ad functionem vocasset, isti substituunt Winnistedio, qui etiam interdum quaedam in Molnero reprehenderat. Amotionem primi evangelistae Johannis Winnistedii, viri boni, pii et fidelis (qui adhuc anno 1568. superstes erat, senex admodum, in urbe Quedlenburgo [3])) consules Theodorus Sluterus, Bartoldus Maschen [4]), Adamus Siverdes et Johannes Remensniderus urgebant, qui in locum istius Molnerum Burensem vocant, virum equidem doctrina et vita sanctum, qui ibi usque ad annum 1548. docuit sine intermissione.

Sed tempore interimistico quid huic et aliis acciderit, breviter subiiciemus.

[1]) *Er wirkte bis 1531 in Paderborn (vgl. oben S. 106 f.), dann in Soest (vgl. unten unter Soest, W 1098—1101).*

[2]) *Fontius war 1537 in Höxter (Löffler S. 259).*

[3]) *Winnistedt ging zunächst nach Goslar, wo er Diakonus an der Marktkirche und Pastor im Großen Heiligen Kreuz wurde (W 872 und H. W. Trumph, Kurtzgefaßte Goßlarische Kirchen-Historie von denen beyden letzt entwichenen Seculis, Goßlar 1704, S. 73). 1540 wurde er Pastor an St. Blasii in Quedlinburg, wo er 1568 starb (W 891; die Angaben von Chytraeus a. a. O. und C. F. Paullini, Chronicon congregationis Badeslebiensis, Stück VIII seines Syntagma rer. Germ., Francofurti 1698, S. 264 sind hiernach zu berichtigen). Der* Zacharias Winested Quedleburgen., *der am 30. August 1555 in Wittenberg immatrikuliert wurde (Album 1, 310), war wohl sein Sohn. Er verfaßte folgende Schriften: 1. Zehn Thesen gegen die Kirchenräuber* (Theses vel propositiones decem contra sacrilegos), *Magdeburg 1541 (W 892; nicht ermittelt). 2. Eine Auslegung des 58. Psalms (W 891; nicht ermittelt). 3.* Ein Sermon oder Predigt auff den dritten Sontag des Advents über das Evangeliom Matthei am eilfften. Bistu der da komen sol, oder sollen wir eines andern werten? etc. Allen, so noch in den Clöstern gefangen sein, zu einer Lere und trost geschrieben . . . Durch Johannem Winistedt, Pfarherr in der alten Stadt Quedlinburgh in der Kirchen zu S. Blasii. M. D. LVIII. *A. E:* Gedruckt zu Eisleben durch Urbanum Kaubisch *<Berlin KB>. 4. Umarbeitung von Nr. 1 u. d. T.:* Kurtze Anzeigung aus der heiligen Schrifft und aus den Büchern der Veter wider die Sacrilegos, das ist wider die Kirchendiebe der jetzigen Zeit 1559 *(nicht ermittelt), abgedruckt bei Hortleder, Der Röm. Kayserl. u. Königl. Majestät usw. Handlungen und Ausschreiben . . . von den Ursachen des teutschen Krieges, Buch 5, Kap. 28. — Eine neue Auflage erschien bei Urban Gaubisch in Eisleben 1566 <Münster UB>. — Paullini erwähnt a. a. O. auch eine Halberstädter Chronik von W. Aber man tut gut, daran zu zweifeln (vgl. J. Backhaus, in: Abhandlungen zur Corveyer Geschichtsschreibung, Münster 1906, S. 24).*

[4]) *Berlt Maßken und Diderick Schluter wurden 1540 bei dem hess. Kanzler Feige als* „dem Evangelio nit gantz gunstig“ *verdächtigt (Löffler S. 258).*

Evulgato Caesaris decreto, ut qui sese a confoederatione cum protestantibus inita [1]) purgare nequiret, intra dies certos Augustae compareret atque cum Caesarea maiestate transigeret [2]), senatus Huxariensis suis rebus mature consulere studens poenamque declinare vel lenire [a]) saltem, primum ecclesiae et scholae regimen capitulo plane resignat et submittit [3]). Post Henricum Hovenerum consulem cum secretario Augustam mittit. Is sex millia aureorum dependit [4]) et in religionis formulam a Caesare propositam et dictam Interim consentit.

Tunc abbas Corbiensis Casparus ab Hersell [b]) [5]), cui negotium eius libri et formulae promovendae datum et commissum erat, ad hoc valde proclivis evocat consules et, quid in mandatis acceperit, enodat, et cum bene illos vino inebriasset, dixit quidam ex consulibus nomine Martinus Wesefelt: „Cives facient, quicquid, domine princeps, vestra gratia voluerit.“ Itaque redeuntes in urbem statim librum illum interimisticum concionatoribus proponunt et serio mandant, ut ad istius praescriptum ecclesias suas instituant. Si vero recusent id facere, ut statim ante solis occasum decedant civitate. *W 1087.*

Johannes Molnerus (qui antea Paderbornae, postea Susati et nunc Huxariae evangelium fidelissime et innocentissime per multos annos docuerat magno cum fructu) improbato libro Interim libenter discedit in exilium. Cotius vero et Polhemnius persuasionibus aliorum eversi et ad hoc pertracti librum amplectuntur, sed propterea valde male audiverunt apud cives [6]).

a) *B und W:* leniare. b) *W:* Herfell.

[1]) *Wirkliches Mitglied des Schmalkaldischen Bundes ist Höxter nicht gewesen.* [2]) *Dies* „decretum“ *ist sonst nicht bekannt.*

[3]) *Vertraglich festgelegt durch den Vergleich zwischen Stadt und Stift vom 31. März 1550 (Löffler S. 263), der u. a. bestimmte:* 3tio hatt Bürgermeister undt Rath dem Capitull eingestanden, die Praedicanten ahn- und abzusetzen.

[4]) *Hamelmanns Angabe wird teilweise bestätigt durch das Tagebuch des Grafen Wolrad von Waldeck während des Augsburger Reichstags (Bibliothek des lit. Ver. in Stuttgart Bd. 59, 1861). Hier heißt es zum Juni 1548 (S. 169):* Hoxeriensis civitas quinque millia florenorum Caesari pendet et centum aureos pro litteris absolutionis et nonaginta in popina cancellariae.

[5]) *1547—1555.*

[6]) *Was Coci betrifft, so stimmt dazu nicht recht, was in Msc. I 165 des Staatsarchivs Münster S. 268 über die Visitation von 1549 gesagt ist:* „Dominica

Per id tempus crescebat numerus canonicorum et vicariorum, quia undique ex scholis et academiis evocantur adolescentes indigenae, ut augeretur collegium, inter quos fuit unus Johannes Grovenius, magister artium postea Erphurdiae promotus, qui per biennium Witebergae[1]) operam literis dederat et hic tamen collegio impio interfuit. Ita aucta magna canonicorum et vicariorum copia abbas Corbiensis coepit primum missificare et papisticam religionem boando et per coemiterium circumeundo introducere in ecclesias (veluti equus Troianus in urbem Troiam invehebatur) in scholasticorum copia, quae tunc regebatur a Paulo Grevenio[2]). Et ab eo tempore inolevit papismus Huxariae, quamquam parochia Kiliana per biennium careret ministro et pastore templumque staret clausum et occlusum.

Pii interim cives ad vicina se recipiebant oppida. Vel ad Gottingam, ubi tunc rexit ecclesiam doctor Joachimus Morlinus[3]), vel Helmershusium, oppidum Hassiae, in quo degebat exul ipsorum fidus pastor Johannes Molnerus Burensis, abibant propter auditum verbi Dei, tum propter verum usum et perceptionem eucharistiae.

Vitus Cotius, concionator in collegio, agnoscens suum lapsum, vulnere conscientiae tangitur et cum Petro deplorat suam ab evangelio defectionem. Itaque ex animi maerore incidit bonus vir in morbum gravem, quo periit. Huic substituitur monachus

post Crucis inventionem *(5. Mai)* iidem DD. Visitatores Capitulo Sti. Petri iniungunt, ut Praedicatorem Vitum Coci a Dnis. Capitularibus in Ecclesia sua dicta praesentatum et a Dnis. Visitatoribus male informatis approbatum ex eo, quod a vera religione deflecteret, et ob alias circumstantias amoveant aliumque cum Decani sui consensu Praedicatorem seu Sacellanum eius loco constituant, damit Unß ahne noht sey, sothanes an Unsern gnedigen Herrn von Paderborn zu pringen." — *Bischof Rembert von Paderborn berichtete über die Einführung des Interims an den Kaiser, Hörter habe es, und er hoffe,* „es soll mit der zeit recht thun, wiewoll das volk noch etwas rohe" *(A. v. Druffel, Briefe und Akten zur Geschichte des 16. Jahrhunderts Bd. 3, München 1882, S. 158). — Auf die Nachricht des von Paullini gefälschten Chron. Hux. (a. a. O. Stück II S. 155), 1550 hätten die meisten Kleriker die Augustana unterschrieben, ist nichts zu geben. Vgl. Löffler S. 262.*

[1]) *In der Matrikel ist er nicht verzeichnet.*

[2]) *D. h. dieser war damals Rektor. Vgl. unten (W 1094).*

[3]) *Vgl. über ihn die Realenzyklopädie. Er wurde aber am 17. Januar 1550 von dort entlassen.*

aliunde vocatus, qui docuit in magna templi vastitate. Illo iterum amoto succedit quispiam sacrificulus, qui quoque concionatur paucis admodum auditoribus.

Adamus Sifridus[1]) circa annum 1550. incipit templo Kiliani, quod caruit pastore, adhibitis aliquot scholasticis recitare evangelia, epistolas dominicales, catechismum Lutheri et canere psalmos Germanicos. Tandem praeficiunt isti templo Henricum Loesen[2]) obsecuturum Caesaris formulae, quo demum remoto succedit Philippus Nagelius, qui antea in Alverdissen, oppido comitatus Lippiae, et alibi ore quidem mediocriter docuerat, sed vita doctrinam turpissime conspurcaverat, quod etiam hic fecit. Sed hoc latius exponetur. *W 1088.*

Revocatur instantibus civibus in pastorem ad s. Petrum ex permissione capituli et collegii Johannes[a]) Molnerus Burensis ex vicino oppido Helmershusio, qui iterum incipit pure docere et etiam semper puram duxit vitam. Cum autem is videret ut vir sedatus et tranquillus Philippum Nagelium pristinam vitam revocare et in effectum producere, hoc est adulterari, scortari, potare et egregie Epicuraeam vitam ducere, graviter hoc turbavit bonum senem Molnerum, et adhibitis diaconis ad s. Kilianum amice, pie et sancte admonuit Philippum sui officii et ad paenitentiam eum hortatus est. Sed Philippus factum negat et diris se devovens exsecrationibus, item peiurationibus prolatis dicit id confictum esse seque esse a tali turpitudine purum. Deinde addit se velle suam testari in hac re innocentiam sumptione eucharistiae. Postea omnem quaerit occasionem bonum senem admonitorem suum (cum Paulus velit eos in pretio habendos, qui nos[b]) monent) perstringendi in publicis concionibus. Itaque saepe et in ipsum et in alios bonos viros debacchatur, calumniis et convitiis multos honestos homines et pios proscindit[c]) et contumeliosa indignaque evomit in istos, ut hac ratione se purgaret et multis hominibus

a) *fehlt W.* b) *B und W:* eos. c) *A, B und W:* proscindi.

[1]) Adamus Sigifridus Hoxeriensis *hatte in Wittenberg studiert, wo er am 13. Mai 1549 immatrikuliert wurde (Album 1, 246), und war, wie Hamelmann nachher (W 1094 f.) angibt, Konrektor.*

[2]) *Bei Falcke S. 96 und im Lagerbuch der evangelischen Gemeinde wird er Lose genannt.*

os obstruere posset. Sed quia loquacitate, concitatione et sonora voce, quibus in concionibus valuit plurimum, sibi multum favoris conciliaverat apud plebem, quibus hoc accessit, quod tempore pestis visitatione infirmorum et laborantium diligenti quoque aliquorum animos conciliaverat, deinde se bibulis, prodigis et hominibus levibus adiunxit et cum illis quotidie vixit, dividitur igitur ecclesia nondum ex interimistica labe eluctata in schismata et partes. Nam etsi evidens et notorium esset Philippi factum, tamen habuit multos, qui eum defendebant. Alii ex odio et malevolentia quorundam cum ipso faciebant.

Cum haec videret senatus, statuit hominem amovere et ad festum paschatis vocat in eius locum virum pium et doctum Henricum Palsterum [a]), senatui a domino Johanne Winnistedio, *W 1089.* primo evangelista Huxariensium, commendatum. Verum dum ille in suo adventu moram traheret, hic lachrymando, peiurando, infitiando et patheticis verbis sese insinuat in amorem et consuetudinem civium et sibi illos tam arcte devincit, ut vi et armis quoque sub vestibus occultatis senatus sententia exautoratum in sua statione et officio retineant, servent et defendant. Hinc factum est, ut dum Palsterus veniret, ferret repulsam. Nam senatus metu gravioris tumultus hominem removere et Palsterum in eius locum substituere non audet. Interim manet ibi per semestre et diebus dominicis hora pomeridiana docet Palsterus. Sed cum ipse multa inordinata videret in ista ecclesia, maluit ipse tandem ultro discedere, quam ibi haerere.

Fretus ita factiosorum et fascinatorum civium patrocinio manet in officio Philippus Nagelius. Et quamquam se paululum ad tempus contineret, tamen ad vomitum rediit cum cane mox pergens scortari omniaque sua obsonia et, quicquid habebat, ad scorta ex aedibus transferre. Nec ipsum puduit Molnerum aliosque bonos et pios ipsius admonitores publice in concionibus perstringere et falsissime haereseos anabaptismi et seditionis accusare. Etsi ille magna devotione saepe communicaret cum plebe, et scortum quoque eius ad communionem similiter accederet saepe, tamen oblitus sui in singulis concionibus ita suos, ut diximus, ad-

a) *B und W:* Plasterum.

monitores depinxit. Aliquando negavit suam uxorem, etsi[a]) cum illa ad annos 25 vixisset in coniugio et ex ea sustulisset octo vel novem liberos. Interdum et ipsa publice de eius sceleribus apud multos saepe conquesta est. Cum autem pergeret in suo malo proposito et scortari et crapulari non desineret aliosque bonos viros diffamare male exercitatus in scripturis, homo omnis literaturae expers, convenerunt boni viri et statuerunt concionatores urbis Francofortianae ad Moenum super hac re consulere et deinde totum negotium quoque per literas Casselianis ministris exponere. Inter hos, qui id in usum ecclesiae tentabant, erant Johannes Molnerus Burensis concionator, Paulus Grevenius rector scholae, Johannes Siffridus conrector, Justus Rolandus civis et plerique alii.

Consulti doctores in urbe Francofortiana hoc subsequens dedere responsum[1]).

Wan[b]) die Sache mit dem predicanten also helt, wie wir davan berichtet sindt, das er ein hurer oder chebrecher, myt seynem leben die gemeyne geergert unnd darzu sich hoch vorschworen hat, das er unschuldich sei, da ers doch nicht leugnen konne, da ime auch umb solcher seyner handlunge willen eyn erbar rath bey Euch urlaub geben hat und man auch[c]) uber das zweiffelt, ob auch die frawe, so er hat, seyne eheliche hausfrauwe sey, und er endlich ungeschickt ist und von Christo dem Heren seyner gotheit und mensceheyt halber, was den zorn und gnad Gottes betrifft, etwas sunderliches und eyn irrige meynunge furgibt, wie uns dan itz newlich dasselbe ist furbracht worden, wolthen wir rathen, so sich eyn sollicher fall by uns begebe, das man in bey den urlaub, denn man im umb seyner hurerey willen eynmahl hat geben, solte bleiben lassen und ob er schon nach gegebenen urlaub weiter gepredigt (welcher doch billicher wer, so man im auch als baldt de cantzel vorbotten hette), das men doch eynen solchen *W 1090.*

a) *B und W:* et. b) *W schiebt hier* sich *ein.* c) *A:* euch.

[1]) *Bei seinen Beziehungen zu Hartmann Beyer und Matthias Ritter (vgl. oben S. 237 Anm. 1 und die bei Leuckfeld (passim) mitgeteilten Briefe) kann Hamelmann aus Frankfurt eine Abschrift bekommen haben oder Siffridus oder Hoitbandt haben sie ihm aus dem Kirchenarchiv geliefert. — Im Stadtarchiv und im Archiv des evangelisch-lutherischen Ministeriums zu Frankfurt ist das Schreiben jetzt nicht mehr vorhanden.*

ergerlichen menschen des predigamts solte entsetzen. Dys duncket uns der negeste unnd beste wegh seyn, damyt der kirchen von anstoß und ergernuß und predichampt van lestern der widersacheren moge geholffen werden. Dan wen er schon offentlich sein schuldt bekente und umb vorzeihung bete (welches er doch, wie wir horen, zuthunde nicht begert, sundern noch allererst, de er geergert hat, ubel als widertheuffer außtregt und andere predicanten verachtet und eyn thumkuner schreyer ist), so were es doch geferlich, einen solchen im ampte zu lassen. Dan allewegen zu besorgen wehre, er wurde bleiben, wie er ist und wurde seyne predicht nichts geltenn, so er selbst dieselbige authoritet zu nichte gemacht hat unnd auch machen wurde, das das predigambt unnd andere prediger wurden vorachtet werden, wie dan gemeynlich geschicht, wo die prediger ergerlich leben. Es kan das predigambt nicht ungetadelt und die prediger nicht unvorachtet bleibenn. Und trachtet das volck nicht viel nach eynen gotsaligen leben, wan die prediger unstrefflich sich haltenn und recht lehren, waß solle allererst bey eynem solchen ergerlichen menschen guts zu vorhoffen seyn, der dazu auch ungeschickte dinge lehret? Die eynen solchen menschen ins predigambt setzen oder, da er umb seiner mißhandelung willen vorurlaubt ist, wider auffnehmen und lehren lassen, die thun Christo, seinem worth, dem predigambt und allen fromen und trewen lehrern eyn grosse unehr an, geben darmyt ursache, das de widersacher ubel vom evangelio unnd evangelischen predigeren reden, das sich viel schwacher und einfaltiger leuth ergeren unnd viel godtsaliger leuth damit geergert und hefftig vorletzet und der heilige Geist in inen betrubet wirdt. Paulus leret eyn rechte form eynes predigers, dar auß leicht abzunhemen, das eyn solch ergerlich mensche in keinen wege im ampte sey zu dulden, und die obricheit sein auch schuldig, fleissig auffsehens zu haben und rechte tuchtige leuthe eynes erlichen *W 1091.* wandels und guten getzeugnuß zu solchen ampt zu forderenn, ungeschickte ergerliche leuthe entsetzen und solches alles myt rathe gotsaliger gelerter leuthe, auff das ere underthanen myt heilsamer lehr unterrichtet werden mugen. Wo man dussem allenthalben also nachkeme, wurde man nicht so veel ungeschickts wesens befinden, wie man an vielen orten spuret. Dyß ist in

dissem vall unser bedencken, dan wir vurnemblich seen auff Christi ehre und aufferbawunge syner gemeyne, welche dorch eynen solchen menschen nicht gefordert werden konnen. Der kirchen Gottes eynige erloßer wolle seine kirchen wider ergernuß der hellenpfortenn beschutzen unnd erhaltenn!

Alle predicanten zu Franckfurth samptlich und sonderlich.

Dussen Radtschlag underschrieben alle prediger zu Cassel.

Caspar Kauffingen.
Dionysius Melander.
Balthasar Reidenhausenn.

Literas autem praedictorum de Philippo Nagelio ad Cassellianos ministros datas exhibuerunt principi Hassiae Philippo isti concionatores Casselliani. Princeps vero mox graviter scripsit ad senatum Huxarianum de dimittendo et abigendo tam impio concionatore [1]). Cum autem haec lantgravii scripta deferrentur ad senatum Huxarianum, is profecto iniquissime hoc fert, quod quidam ex suis citra et extra senatus suffragium et sententiam huiusmodi rem attentassent, et cum cognovissent huius actionis autores fuisse Johannem Molnerum concionatorem, Paulum Grevenium et Johannem Sifridium, gubernatores scholae, et civem Justum Rolandum, illos mox in curiam vocant et tres priores officio deponunt et Rolandum suis aedibus includunt, veniuntque isti in discrimen apud consules Henricum Siverdes, Johannem Groeven, Henricum Kramer, Godscalcum Luleffs et totum senatum. Ideo isti Casseliani mittunt Sifridum, ut ibi causam suam et sociorum agat, ubi et in itinere non fuit in levi periculo. Sed dominus mirabiliter vix post haec acta paucis diebus elapsis confundebat Philippum, quoniam manifestato [a]) ipsius scelere profligatur tandem ex urbe et postea is factus castrensis concionator. Postquam rediisset ex bello, in Artzen [2]) pago pastor factus et ibi et in diversis locis aut idem aut simile tentavit quod Huxariae. Ideo etiam in vitae discrimen et in car-

a) *B und W:* manifesto.

[1]) *Im Staatsarchiv Marburg findet sich kein Material über diese Angelegenheit.*

[2]) *Ärzen bei Hameln.*

W 1092. ceris usque molestias prolapsus est propter maleficia. Tandem in pago Heinesen[1]) ad Visurgim prope arcem Polla moritur. Haec non sine dolore referimus et ita, ut sit citra ullius contumeliam, orantes Dominum Jesum, ut omnes pios servet a malo. Amen.

Illi substituitur Huxariae quidam Thomas N. Mindanus[2]). Et cum paulo[a]) ante morbo correptus vita fungeretur post multos labores utiles in ecclesia Huxariana exantlatos Johannes Molnerus Burensis, pietate et virtute praestans vir, ei succedit Paulus Grevenius ex schola ad munus ecclesiae translatus, qui antea auditis Molneri concionibus et lectis nostratium theologorum scriptis dederat se totum theologiae et ducta Molneri nepte fit quoque haeres bibliothecae Molneri, unde multum eruditionis hausit. Polhemnius, ecclesiastes ad s. Nicolaum, qui quoque circa annum 1553. deposuerat interimisticam scabiem et doctrinam atque sinceram religionem receperat, moritur anno 1557. hydropisi[b]), et vocatur in eius locum Bernhardus Luderus Mindensis[3]).

Grevenius, porro ad s. Petrum pastor, per triennium fideliter docuit, et quia gravibus scandalis ecclesiam premi videbat seque concionibus et admonitionibus ista abolere et talibus mederi non posse cognoscebat, cessit ultro et obtinuit functionem in oppidulo Hassiae prope Casseliam dicto Immenhusen, atque in eius locum vocatur ex academia Jenensi anno 1559. Johannes Siffridus, civis filius, qui in ea academia d. Erhardum[c]) Snepffium, Illyricum, d. Musaeum, d. Wigandum[4]) per biennium audiverat[5]) et a doctore Musaeo examinatus et ordinatus venit in patriam, et cum is videret ista scandala evangelicae doctrinae plurimum nociva esse, propter quae suam stationem deseruerat Paulus Grevenius, coepit is quoque impia magistratus vel senatorii ordinis virorum et ditiorum civium cum Judaeis Christum filium

a) *fehlt B und W.* b) *W:* hydrope.
c) *B und W:* Eberhardum.

[1]) *Heinsen bei Polle.*
[2]) *Das Lagerbuch nennt ihn ebenfalls* Thomas Mindanus.
[3]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 226 und oben S. 85f.*
[4]) *Wigand wurde erst 1560 nach Jena berufen (Realenzyklopädie).*
[5]) *Vorher hatte er in Wittenberg studiert und war in Höxter Rektor gewesen. Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 273 und unten (W 1095).*

Dei blasphemiis extremis exsecrantibus reprehendere commercia, usuras et expilationes et imprimis, quod ibi ferret magistratus paedagogium Judaicum et praeceptorem eorum nostrae doctrinae manifeste maledicentem. Hanc iniquam conniventiam magistratus, qui acceptis ab istis impiis et blasphemis Judaeis muneribus connivebant et tacebant ad omnia, deinde canonicorum in collegio securitatem, impietatem, scortationem, luxum et perversitatem, quod omnia consumerent et nihil aedificationi ruinosi templi fenestris violatis et ministerio evangelii impenderent, manifeste et saepe reprehendit pro concione nec quoque subticuit, quod tres consules et alii cives suos filios rasurae et iuri abbatis propter praebendas ac beneficia submitterent atque ita istos deo Moloch consecrarent.

Hinc fit, ut a canonicis ad consules ipsi parum propitios deferretur et accusaretur. Et quamquam se facile tueri et defendere potuit, tamen de illo amovendo initur consilium. Quaerunt igitur occasionem et tandem tres causas inveniunt, postquam ipsi structae essent insidiae. Cum forte astaret patri propter quosdam agellos litiganti coram senatu, dixerat patrem gravari sententia senatus. Hinc primam arripiunt dicentes illum, qui debebat ex scripturis tueri senatorium ordinem ut ordinationem Dei, iniustitiae insimulasse magistratum et sic dignitatem eius labefactasse. Secundam causam quaerebant ex quadam eius concione pomeridiana habita in festo visitationis Mariae ex cap. 11 [a]. Esaiae super versum „Non iudicabit iuxta auditum aurium nec visu oculorum", quoniam ibi movebat Siffridus quaestionem, quam et d. Brentius in explicatione eiusdem loci movit et tractat, an magistratus ex scripta lege vel ratione tantum ius dicere debeat. Ex ea quidam malevoli surripiunt verba pauca eaque reprobe inversa et intellecta ad consules deferunt clamantes Johannem Siffridum acriter iterum in senatum debacchatum esse. Ideo vix diebus 14 elapsis convocatur senatus, et iussu eorum dimittitur Johannes Siffridus. Postquam vero sui parochiani per deputatos quosdam quaererent causas dimissionis et dicerent, quod et vita et doctrina inculpatus esset, responderunt consules, primo quod iniustitiae in curia accusaverit senatum, secundo quod etiam in

W 1093.

a) *W:* II.

senatum stomachatus sit pro concione, tertio quod utatur Misnica lingua, cuius non est bene capax plebs. Etsi pro illo supplicarent parochiani, et simul eius socer M. Rodolphus Mollerus, superintendens in ecclesia Hamelensi, graviter moneret senatum Huxarianum per scripta sui officii et ipsos non habere iustas deponendi suum generum causas et, si quas praetendant, non esse eas vel tales, quarum se fateatur reum Siffridus, qui dixit se semper suorum verborum interpretem esse commodum, et adderet senatum bona conscientia non posse eripere parochianis expetentibus ministerium Siffridi suum generum; quod si vellent pii esse, cogitarent ministrorum munus hoc ipsis divinitus impositum esse, ut arguerent, monerent et docerent, itaque eum, qui ecclesiae et iuventuti in exercendo catechismo bonam operam fideliter navasset, non levibus causis eici debere, tamen illa omnia frustra tentabantur, quia sic stabat sententia, ut exautoratus esset Siffridus, cui hoc contigit, quod dicitur a Christo „Nemo propheta acceptus *W 1094.* in patria". Vocatur igitur Hameliam a senatu, ut soceri sui collega esset et eum laboribus sublevaret. In istius locum substituitur Jacobus Reitelius, ex gubernaculo scholae Huxarianae exaltatus [1]).

Anno 1563. removetur quoque Thomas Mindanus, nescio, ob quae vitia, et cum Rolandus et Broderus cives proficiscerentur Lipsiam, Northusii in hospitio incidunt in Nicolaum Erbenium Gothanum, pastorem oppidi Sundershausen comitatus Schwartzburgensis, et cum intelligunt ipsum vocationem in Huxariana ecclesia non repudiaturum, si offerretur, ille redeuntibus istis civibus domum vocatur, qui Huxariae scripsit libellum, qui continet confutationem magicae et idololatricae consecrationis creaturarum aliarumque superstitionum horrendarum [2]), qui est editus anno Domini 1564., et is anno 1567. [3]) suscepit gradum magisterii Marpurgi [4]).

[1]) *Nach Paullini, Syntagma Stück IV S. 70 stammte er aus Harzgerode und war vorher in Göttingen und Hardegsen tätig.*

[2]) *Nicht ermittelt.*

[3]) *Bd. 1 H. 3 S. 275 Anm. 2 ist der Druckfehler 1566 in 1567 zu verbessern.*

[4]) *Sein Nachfolger wurde 1569 nach einem Manuskripte des Dechaneiarchivs in Höxter (chronikalische Aufzeichnung eines Kanonikus vom Petersstifte) Bd. 3 S. 280 Johannes Engelhard. Vgl. über Erbenius Bd. 1 H. 3 S. 275.*

Anno 1566. in ipsis feriis natalibus moritur Bernhardus Luderus, homo doctus et poeta, qui Huxariae vertit carmine et edidit Johannis epistolam primam, morbo comitiali, cui successit bonus senex Hermannus Lippiensis [1]), quo statim mortuo quidam Wilhelmus [2]), qui mox alio se contulit. Ita tandem Johannes Stalmeisterus, filius urbis, suscipitur ibidem.

Sed cum Reitelius propter locum suae uxori destinatum in templo magnas moveret tragoedias et in collegio decano vim aliquoties inferret et alia, quae ecclesiastem non decent, agere diceretur, dimittitur [3]), et vocatur Martinus Hoitbanthus Paderbornensis in ipsius locum. Interim dimissus voluit is Jacobus Reitelius multa movere de iure et violenter contra senatum agere. Sed frustra. Diximus de Martino Hoitbantho in historia Paderbornensi [4]).

Dazu kann ich jetzt nachtragen: Eine kurtze Leichpredigt: Über das Sprüchlein Apocalyp. am 14. Capitel. Beati mortui, etc. Bey der Begrebnis des Ehrwirdigen vnd Wolgelarten Ern M. Nicolai Erbenii, Pfarherrs in Erffordt zun Predigern gethan durch Johan. Gallum, heiliger Schrifft Doct. Sampt zweyen Epitaphijs oder Grabschrifften. Gedruckt zu Erffordt durch Johann Beck. Anno M. D. LXXXVII. *(Braunschweig StB.).* *Bl. B 2ª heißt es von Erbenius:* Er ist lange zeit unsers HERRN Gottes Diener gewesen im heiligen Predigampt und Pfarherr. Erstlich zu Taleben bey Franckenhausen in der Graffschafft Schwartzburg ein Jar. Darnach fünff gantzer Jar zu Giechenburg in derselbigen Herrschafft. Denn sechs Jar zu Höxer in Westphalen, durch welcher Furschub er auch Anno 64 (!) in der löblichen Universitet Marburg in Hessen Magister worden. Ferner sechs Jahr zu Alfeld im Lande Braunschweig, da er General Superintendens war. Item, hernacher drittehalb Jar zu Creutzburg, und denn nun hie zu Erffordt ins zehende Jar. Denn Anno 76. ist er herkommen. Das ist eine schöne denckwirdige zeit, machet zusammen gantzer dreißig Jar. Und kan niemands mit Warheit anders sagen, denn das er Gottes Wort rein geprediget und die heiligen hochwirdigen Sacrament nach Christi Einsetzung ausgespendet. Wie feindlichen er sich gegen der Beptischen Abgöttische Gottschendische Irrthumen erzeiget hat, ist uns hier bewust. So war er auch gentzlich zuwider den Sacramentirern und andern unserer Zeit Secten, wie nicht alleine aus seinen öffentlichen Predigten, die er hie und an gedachten Örtern gethan, sondern auch aus seinen Schrifften, die er bey seinem Leben in Druck verfertiget, genugsam erscheinet . . .

[1]) *Nach dem Lagerbuche und Falcke S. 101 Hermann Gebehard aus Lippstadt.*

[2]) *Falcke ebenda nennt ihn Wilhelmi.*

[3]) *1567. Nach Paullini a. a. O. fand er an St. Alexander in Einbeck Anstellung und starb dort am 4. Februar 1593. Vgl. auch Kayser a. a. O. S. 11. Paullini druckt daselbst S. 73–113 ein angeblich von ihm verfaßtes Chronicon Hillesheimense ab.* [4]) *S. oben S. 123–178.*

De schola.

Schola illustris ibi numquam fuit, sed tantum puerilis et trivialis. Primo praefuit scholae evangelicae Conradus quidam, mox Christoferus Wedigenus, qui etiam interdum docuit in ecclesia. Huic succedit Johannes Embecensis, vir doctus, post hunc Bartholdus Frundius [1], cui succedit Bartholdus Alruschius [2] civis, et Frundio et Alruschio conrector erat Jodocus Wordehenkenus, eruditus vir. Postea Bartholdus Richius circa annum 1546. rectorem ibi egit, qui postea promotus in iuris doctorem consiliarius hodie est ducis Brunswicensis [3]. Hi erant ante Interim ibi scholae moderatores.

Post Interim fuit ibi gubernator iuventutis Paulus Grevenius Brunswicensis, qui postea ibi fit ecclesiastes [4]. Huic erat conrector Adamus Siffridus [5]. Deinde etiam ei conrector erat Cyriacus Wolffius vel [a] Lupus [a], civis filius, homo doctus, qui postea magister est promotus Witenbergae [6]. Post hunc fit conrector et tandem rector Johannes Siffridus, cui tunc frater Adam Siffridus erat conrector. Siffridus post regimen et functionem scholasticam traditam docto viro Arnoldo Svidero Hornensi [7] proficiscitur Ienam et post biennium [8] vocatur in pastorem ecclesiae Huxarianae. Svidero fuit collega Justus Pansa, qui etiam Svidero ad Gottingensis scholae gubernationem proficiscenti et vocato succedit in

W 1095.

a) *fehlt B und W.*

[1]) Bartoldus Freundt Westvalus *wurde am 23. April 1545 in Wittenberg immatrikuliert (Album 1, 221).*

[2]) Bartholdus Alruss de Ebeck *(Einbeck)* dioc. Maguntinen. *hatte ebenfalls in Wittenberg studiert, wo er am 14. Oktober 1519 immatrikuliert wurde (Album 1, 85).*

[3]) *Er stammte aus Holzminden, wurde im Sommer 1542 in Leipzig immatrikuliert, 1544 bacc., 1549 magister, 1550 in cons. fac. rec., war 1552 Vizekanzler und 1553 Rektor (Matrikel hrsg. von Erler). Als Kanzler in Hannover wird er 1563 und 1573 genannt (U. F. Ch. Manecke, Biographische Skizzen von den Kanzlern der Herzöge von Braunschweig-Lüneburg, die Rechtsgelehrte gewesen sind, Lüneburg 1823, S. 39).*

[4]) *Vgl. oben S. 360.* [5]) *Vgl. oben S. 361.*

[6]) *Er wurde dort am 6. Mai 1550 als* Cyriacus Wolf Hoxariensis *immatrikuliert (Album 1, 256).*

[7]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 261.*

[8]) *1559. Vgl. oben S. 366.*

rectoratu. Post hunc venit Jacobus Reitelius[a], qui ex schola vocatur in locum Siffridi ecclesiastes[1].

De Corbiensi collegio.

Abbatia Corbiensis, ex qua olim prodierunt viri docti, episcopi varii, quae etiam cum Osnaburgensi collegio fuit totius Westphaliae, imo Saxoniae phrontisterium ante quingentos annos, nunc est saecularis principatus, et ibi viget papistica religio, quamquam, qui hodie ibi abbas est, Reinerus a Buckholt[2], sit studiorum patronus et evangelio clam addictus, vir doctrina et usu rerum praestans, cui[b]) opto, ut tandem cum Nicodemo ad veram lucem et confessionem evangelii accedat. Amen. Et[c]) isto Reinero demortuo eligunt ibi capitulares ex suo ordine Theodoricum a Borninckhausen[3], qui nunc principatui isti et veteri Saxoniae phrontisterio laudabiliter praeest.

a) *A, B, W:* Rittelius.
b) *Von hier ab bis zum Ende des Satzes später in A gestrichen.*
c) *Dieser Satz ist in A vom Verf. hinzugefügt, fehlt B und W.*

1) *Vgl. oben S. 368.* 2) *1555—1585. Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 274.*
3) *Dietrich v. Beringhausen 1585—1616.*

14. Soest[1].

Cornelius[2] *fällt über dieses Kapitel ein sehr scharfes Urteil, und es ist, wenigstens was den Abschnitt über die Jahre 1530—1533 angeht, berechtigt. Aber wir haben seither durch einen von Jostes*[3]) *ans Licht gezogenen Brief erfahren, daß Hamelmann seine Aufgabe ernst genug genommen hat. Er ersuchte den Soester Rat um urkundliches Material, bekam aber am 31. Januar 1565 die sonderbare*[4]) *Antwort:* „Was nun sunst E. W. in Irem ersten Schreiben gethanes Begeren betrifft, ist allhie nicht von Antiquiteten, Acten und anderen Gescheftten, welches E. W. zu Irem Vorhaben etwas vortreglich sein mocht, vorhanden."

So war Hamelmann auf weniger zuverlässige Quellen angewiesen.

Für den ersten Teil bis 1533 einschließlich lassen sie sich bis auf einige Reste genau nachweisen; es sind, wie Jostes[5]) *bereits bemerkt hat, die „Denkschrift über die Soester Reformation" und die „Soester Geschichten des Jahres 1533", beide veröffentlicht von*

---

[1]) *J. L. F. Sybel, Beyträge zur westphälischen Kirchen- und Litteraturgeschichte, erstes Heft von Soest, Osnabrück 1793, S. 29—58 und die Prediger-listen S. 66 ff. und S. 72 ff. Jacobson S. 55—60. F. W. Barthold, Soest die Stadt der Engern, Soest 1855, S. 300—317. Cornelius Bd. 1 S. 96—121, Bd. 2 S. 119—140. Kampschulte S. 57—70, 210—214. Daniel von Soest hrsg. von Fr. Jostes (Quellen und Untersuchungen zur Geschichte, Kultur und Litteratur Westfalens Bd. 1), Paderborn 1888 (mit geschichtlicher Einleitung). H. Rothert, Zur Kirchengeschichte der „ehrenreichen" Stadt Soest, Gütersloh 1905, S. 74—119. Derselbe, Kirchengeschichte der Grafschaft Mark T. 2 im Jahrbuch Jg. 14 (1912), S. 48—51, 64—67. (Bei den folgenden Zitaten ist die erstgenannte Arbeit gemeint.) — Eine wirklich quellenmäßige Darstellung der Soester Reformationsgeschichte in der Art, wie Cornelius und Jostes sie begonnen haben, ist immer noch ein Bedürfnis.*

[2]) *Bd. 1 S. 97 Anm.* [3]) *S. IX f.*

[4]) *Denn das Soester Archiv ist besonders reich an Akten über die Reformationszeit.* [5]) *S. IX.*

Cornelius[1]). *Aus ihnen stammt die Erzählung der Vorgänge. Die Personalien dagegen gehen, wie ebenfalls deutlich ersichtlich ist, auf die Schriften des Daniel von Soest zurück. Die Frage, ob ihm diese drei Quellen direkt vorlagen oder ob er eine auf ihnen beruhende Ausarbeitung benutzte, muß allerdings offen bleiben. Mir ist aber das letztere wahrscheinlicher. Die Kirchenordnung Omekens scheint er in der Hand gehabt zu haben.*

Am zuverlässigsten von den drei übrigen Quellen ist noch der Daniel. Die „Denkschrift" ist mehr ein Stimmungsbild, als eine treue Darstellung der Ereignisse, und der Verfasser der „Geschichten" ist wahrscheinlich nicht Augenzeuge der von ihm erzählten Vorgänge gewesen. So konnte Hamelmanns Bericht über diese Zeit nur mangelhaft ausfallen.

Von 1534 an hat er dagegen einige erwünschte und brauchbare Nachrichten, so über die Erwiderung des Pollius auf die Satiren Daniels von Soest und über Johann Groppers Auftreten in Soest zur Zeit des Interims. Der Rest endlich bringt bloß noch Personalien.

Hamelmanns Gewährsmann für diese Einzelheiten, vielleicht aber für das Ganze überhaupt, ist wahrscheinlich ein Soester Prädikant gewesen. Ich glaube als solchen den Erasmus Wegenhorst namhaft machen zu können. Er war mit Hamelmann bekannt und versuchte 1555 und später noch einmal, ihn nach Soest zu ziehen[2]).

Die Abfassungszeit ist 1568[3]).

De[a]) **renato evangelio in ecclesia urbis Susatensis, quae dicitur in antiquis annalibus metropolis Angrivariorum autore H. Hamelmanno L.** *W 1095.*

Etsi essent cives multi, qui in urbe Susatensi zelo et verbi Dei cognitione flagrabant (ex quibus hi praecipui erant[4]): Johannes

a) *Text nach A, B und W.*

[1]) *Bd. 1 S. 272—278 und Bd. 2 S. 304—308.*

[2]) *Vgl. oben S. 250 und unten W 1121.*

[3]) *Der Antritt des Pastors Sprenger (1567) und der des Rektors Hummersbach (1568) sind noch erwähnt (W 1121 f.).*

[4]) *Die „Capteners" (Hauptleute der Schützengesellschaft) nach Daniel von Soest S. 118 f., wo man sie zusammen findet, und S. 254 f. Es ist von*

Frensius[1]), Johannes Affelenius[2]), Johannes Schachtorpius, Georgius Collius[3]), Antonius Mollerus[4]), Gottfridus Bentinchusius[5]), Johannes Glasemakerus, Antonius Remensniderus[6]), Johannes Sanderus[7]) et Johannes Arnsbergius[8]), imprimis vero Johannes Kubeckius, qui fugientibus consulibus creatus est consul[9]), et Johannes Holtius[10]), qui deinde iudex creatus et electus est) et circa annum Domini 1526., 1527., 1528., 1529. et amare incipiebant evangelium[11]) et inter se de eo commentari et simul diligenter promovere, tamen nihil aperte ab eis tentatum est.

W 1096. Sed anno Domini 1530. coeperunt pueri et adolescentes publice canere psalmos Germanicos in plateis ex psalmorum libris ad ianuas civium quaerentes ostiatim victum, item vesperi quilibet et nonnulli etiam in domibus clara die[12]). Hoc valde male[a]) habuit canonicos illos collegiatos, minoritas et totam fecem pontificiorum. Ideo et illi, qui docebant, pontificii publice pro concione et deinde alii ventres papales in conviviis domesticis et colloquiis hinc inde in foro et alibi habitis cum civibus vehementer stomachabantur in Lutherum et alios pios ecclesiae doctores eosque et totam evangelii doctrinam diris convitiis damnare et devovere psalmosque illos, qui ita canebantur, diabolicos appellare saepe solebant. Ista impia et frequenti exsecratione quotidianaque damnatione atque ferocitate et arrogantia inflammantur cives et iuniores et fremitu quodam incipiunt magis contemnere pontificios magisque canere psalmos Germanicos ex Lutheri psalmodiis et de doctrina vera ardentius quaerere, imo suas meditationes contra pontificios

a) *fehlt B und W.*

Interesse, daß die klerische Regierung aus Daniels Schriften einen Auszug hat machen lassen, in dem diese Leute mit ihrer Charakteristik, besonders ihren sexuellen Sünden aufgeführt werden (Staatsarchiv Münster, Kleve-Märk. Landesarchiv 129 I, fol. 1f.).

[1]) *Frensis.* [2]) *van Affeln.* [3]) *Koel.* [4]) *Thonis Molner.*

[5]) *Gort (Godehard) Bettinchus.* [6]) *Thonis Reimensnider.*

[7]) *Johan Zander.* [8]) *Johann van Arnsberg.*

[9]) *1534 oder 1535.* [10]) *Johann van Holtum. Vgl. Daniel S. 253.*

[11]) *Vgl. Rothert S. 78.*

[12]) *Dies und das Folgende nach der „Denkschrift" S. 275. Das Singen deutscher Psalmen wird aber wohl erst ins Jahr 1531 fallen. Vgl. Jostes S. 11 Anm. 2 und S. 15. Auch sonst ist die Quelle mangelhaft unterrichtet.*

non obscure prodebant. Itaque admonitus decanus collegii per senatum, ut suos capitulares et vicarios compescat et refrenando cohibeat admoneatque, ne se ita opponant civibus et irritationibus, maledictionibus et calumniis eis dent occasionem aliquid vi tentandi. Sed frustra ea admonitio fiebat. Nam fortiter in proposito pergebant.

Ut tamen [1]) magis retineret senatus et tribunitia potestas cives in officio et usu antiquae religionis, de consilio paucorum in collegio evocare Colonia cogitant quendam doctum aut monachum aut alium, qui cum terminariis et aliis sacellanis posset docere et propagare pontificiam religionem et oppugnare doctrinam evangelii. Ita vocatur monachus dictus Kensbeckius [2]), quem constituebant concionatorem in templo antiquo [3]), et ipsi senatores frequenter ad eius concionem accedebant. Interim contra huiusmodi astum meditabantur iterum cives pii, et iam Johannes Kelbergius coeperat in aede d. Pauli [4]) (ubi erat concionator) purius docere et evangelii lucem pedetentim accendere. Scribunt pii cives etiam ad doctorem Gerhardum Heckerum [5]) (cuius tunc per Westphaliam magna erat autoritas in promovendo evangelio, quem saepe ut praeceptorem coluerat et commendaverat d. Martinus Lutherus [6]), quod multis erat apertum), ut aliquem idoneum et doctum virum, qui posset Kensbeckio opponi, mitteret clam Susatum. Ita mittitur Osnaburga ab ipso doctore Heckero Johannes Campius [7]), qui quoque secum attulit Thomam Broickwium [8]), et similiter aderat Johannes Liberius vel Friius ibidem [9]).

[1]) *Für das Folgende ist eine Quelle nicht nachweisbar.*

[2]) *Gemeint ist, was Hamelmann nicht gemerkt hat, der Dominikaner Johann Host von Romberg; Gensebeck = Gänseschnabel ist sein Spottname. Vgl. über ihn die oben S. 328 Anm. 1 genannte Literatur. Der Konvent des Dominikanerklosters erbat ihn vom Kölner Prior (Jostes S. 12).*

[3]) *Petri.* [4]) *Wo er Kaplan war.*

[5]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 204 f.*

[6]) *Das ist nicht richtig.*

[7]) *Johann von Kampen kam erst kurz vor dem Thomastage (21. Dezember) 1531 nach Soest. Vgl. Jostes S. 16 f. und Rothert S. 80. Daniel sagt S. 161, Dr. Hecker habe ihn in Osnabrück „logenhaftich" gefunden. Hamelmanns Angabe ist also nicht glaubhaft.*

[8]) *Der Dominikaner Thomas Borchwede war längst in Soest* „ut Horsam" *seines Provinzials* „dorch ein recht versammelt Kapitel to Halle geschehn mit

W 1097. Cum autem illi quatuor adessent, fit consultatio inter cives, quomodo prudenter rem instituere et breviter istud negotium exordiri possent. Tandem ex communi deliberatione id videbatur consultum, ut, cum iturus esset ad concionem Kensbeckius, interciperet ei iter et eum anteverteret atque ita pie doceret Johannes Campius in die Thomae[1]). Sed cum ea res, quae inter multos tractabatur, non posset esse diu occulta, negotium defertur ad consules, qui tunc erant Johannes Gropperus et Albertus Grevenus[2]). Illi in ipso die Thomae, cum totus conatus civium esset eo die mane ipsis relatus, se ad templum conferunt et statuto concionis tempore ac hora cum paucis senatoribus adsunt et ministris iubent in ipsa actione, ut euntem Campium ad suggestum apprehenderent et carceri includerent. Hoc[a]) statim cum fieret in templo, ad quod cives et feminae magno numero confluxerant, oritur tumultus, omnesque clamant ibi in templo vim fieri concionatori isti praeter et contra morem antiquum reipublicae Susatensis, ubi plebiscitum est, ne quis vinculis tradatur nisi de suffragio eorum, qui ibi iudicii potestatem habent, id est

a) *A, B, W:* Hic.

segeleden Breven ingesat ... vor einen Prädikanten und Kursoren der hilligen godeliken Schrifft". *So sagt er selbst in einem Briefe an den Rat (bei* Rothert *S. 78f.). Host sollte an seine Stelle treten, weil Borchwede im Sommer 1531 des Luthertums verdächtig wurde. Es kann also keine Rede davon sein, daß ihn der Augustiner Hecker geschickt habe (vgl.* Jostes *S. 11 Anm. 3).*

[3]) *(Zur vor. Seite.) Vrye (Vrie) kommt erst 1532 in Soest vor und wurde damals Prädikant an St. Thomä (*Jostes *S. 22,* Rothert *S. 82).* J. G. Bertram, *Das Evangelische Lüneburg, Braunschweig 1729, S. 710 will aus alten Urkunden ersehen haben, daß er in Münster geboren und (wie auch Hamelmann später W 1118 sowie W 902 angibt)* „des Erasmi Roterodami auditor et convictor" *war. Auch Daniel nennt ihn S. 119* van Munster. *Bestätigt wird das durch ein Schreiben der Stadt Soest an Bischof Franz von Münster von Samstag nach Timoth. Apost. (26. Januar) 1544, in dem sie ihn bittet, er möchte Meister Johann Frigge, Prädikanten zu Soest, sein väterliches Erbe in Münster, das er in der Zeit der Wiedertäuferunruhen verloren habe, wiederverschaffen (Stadtarchiv, Protokollbuch LI, 11).* Rothert *S. 192 hat also unrecht, wenn er ihn für einen Soester hält. 1532 kommt Vrie als* „excucullatus Vrigerius" *in Münster vor (*Cornelius *Bd. 2 S. 336).*

[1]) *Romberg hatte schon am 17. Oktober 1531 Soest verlassen (*Jostes *S. 15,* Rothert *S. 80).*

[2]) *Greve.*

praesidum iudicii. Ideo accurentes simul tumultuatim cives eripuerunt ex manibus ministrorum et lictorum Johannem Campium atque simul serio quaerentes ex lictoribus, quorum iussu manus in hunc coniecissent. Illi dixerunt consulum tantum autoritate fieri et factum esse. Itaque mox senatum adeunt, imo in arctum cogunt. Conveniente senatu utroque et tribunitia potestate fassi sunt duo consules id tantum suo ipsorum iussu factum esse et quidem praeter communem consuetudinem. Sed rumor et seditio civium non cessavit (quia in tertium motus ille diem duravit, et erant in magno periculo senatus uterque), nisi dedissent locum evangelio. Coacti igitur necessitate quadam, et certe inviti consules ac uterque senatus tribunitiaque potestas propter communem tranquillitatem retinendam consenserunt tandem in suscipiendis aliquot concionatoribus Lutheranis [1]).

Sed [2]) cives vehementer petunt et instant, ut ipsis ista religio libera concederetur, quam in certa confessione Augustae exhibuissent Johannes elector Saxoniae et Philippus landgravius Hassiae cum aliis piis principibus Carolo V. Caesari, quaeque sonaret in ecclesiis per istorum principum ditiones et dominia reformatis atque in ecclesiis urbium Lubecae, Hamburgi, Luneburgi, Brunsvigae. Deinde offerunt se velle mox sistere viros quosdam doctos et evangelii concionatores in curiam coram illorum conspectu, qui debeant et possint illam doctrinam ex verbo Dei tueri et defendere. Petere igitur, ut vocentur monachi et canonici et se cum his committant in publicam disputationem. Tertio igitur die citati canonici et reliqui pontificii in curiam et praesentes iubentur proferre, si quid habeant, quod possint opponere novis his concionatoribus, qui Lutherani sint et profiteantur doctrinam Augustanae confessionis, nuncque reipsa demonstrent istud dogma et cantiones illas Germanicas esse diabolicas, quas antea saepius istis titulis traduxe-

W 1098.

[1]) *Vgl. über den Thomastag 1531, der nicht ganz so verlaufen ist, wie* ***Hamelmann erzählt, und seine Folgen Jostes S. 17f. und Rothert S. 80f.*** *sowie den Bericht des Ratsprotokollbuches bei Jostes S. 85ff.*

[2]) *Das Folgende wieder im Anschluß an die „Denkschrift" S. 275, deren Erzählung etwas ausgeschmückt wird. Die anderen Quellen wissen von solchen Verhandlungen mit dem katholischen Klerus in dieser Zeit und seinem schwächlichen Verhalten nichts.*

rant. Adesse illos, ut disputent contra eos et tueantur ex verbo Dei veram evangelii sententiam. Hic pontificii conqueruntur id sibi difficile esse et se imparatos venisse in curiam. Etsi eis offeratur spatium aliquot dierum, ut interea se ad disputationem praepararent, tamen detrectant disputationem. Quaeritur igitur ab eis, an quoque tum adhuc habeant, quod in novorum concionatorum doctrina et ceremoniis reprehendere queant. Ingenue respondent se in eis nihil reprehendere. Itaque cum senatus uterque et tribunitia potestas audirent pontificios desiderare nihil in doctrina evangelii, ideo iam inviti plerique eorum spe omni abiecta evangelicis concionatoribus locum relinquunt et deinde iubent collegiatis et reliquis pontificiis, ut abolitis horis canonicis, missis, vigiliis, invocatione sanctorum et reliquis impiis ceremoniis pergant in posterum pios tantum Davidis psalmos canere.

Cum autem illi anno tum instante 1531.[1]) nondum cessarent maledicere concionatoribus piis et doctrinam evangelii tamquam haeresin damnare[2]), offerunt se multoties ad disputationem concionatores, quibus tunc accesserat Johannes Molnerus Burensis, qui Paderborna evocatus erat[3]). Et deinde iam praesentes erant Johannes[4]) et Jacobus Iserlonii fratres, Johannes Synckhusius[5]), Henricus Velthusius[a])[6]), Stephanus Hutinchusius[b])[7]). Hi inquam affixis publice propositionibus de rebus fidei citant et evocant ad disputationem concionatores pontificios, monachos minoritas, terminarios

a) *B und W:* Welthusius. b) *B und W:* Huntinchusius.

[1]) *Es soll doch wohl 1532 gemeint sein.*

[2]) *Ebenfalls nach der „Denkschrift" S. 275f.*

[3]) *Johannes Molners van Buren (vgl. auch oben S. 106) unterzeichnet bereits mit Borchwede und Kelberg das „Glaubensbekenntnis der Soester Prädikanten" vom 20. November 1531 (bei Cornelius Bd. 1 S. 281). In der Antwort des Kapitels bei Jostes S. 334 heißt er* Johan Molitoris van Buren.

[4]) *Johann hatte den Beinamen „Stuntzelvoet" (Daniel S. 115), weil er hinkte. Er und sein Bruder waren Franziskaner, wahrscheinlich Soester (Jostes ebenda).*

[5]) *1532 Pastor an St. Mariä in altis (Hohne), bald wieder entlassen (Jostes S. 47, Rothert S. 196). Vgl. unten.*

[6]) *Pastor in Welver (Daniel S. 168).*

[7]) *Huttinkhus, 1532—1548 Pastor in Borgelen (Jostes S. 28ff., Rothert S. 203). — Die hier genannten Namen stammen wahrscheinlich wieder aus dem Daniel.*

et collegiatos, sed statuta ac ad disputationem hora ordinata nemo ex istis omnibus comparuit [1]). Itaque multi cives, qui erant alterius sententiae, iam accessere evangelicis, et cogebatur ita senatus uterque cum tribunitia potestate locum dare evangelio atque ad plenum usque suscipere formam doctrinae, quae propagabatur sub electore Saxoniae Johanne et Philippo Hassiae et finitimarum regionum principe in Hassia, Saxonia et civitatibus maritimis.

Cum autem appareret quaedam diversitas in usu ceremoniarum, atque alius aliter sacramenta administraret et suum in docendo et aliis exercitiis ecclesiasticis sequeretur morem [2]), ex communi deliberatione evocatur M. Gerhardus Oemikenius Camensis ex urbe Lippia (ubi iam ei et munus docendi et oppidi commoratio interdicta erat per Clivensem ducem [3])), ut conscriberet in usum Susatensis ecclesiae certam ordinationem, quod fecit et ibi aliquamdiu haesit. Finitam et absolutam ordinationem misit ad doctorem Urbanum Rhegium, qui eam publico elogio commendavit. Misit autem eandem ad M. Hermannum Bonnum petens a Lubecensibus concionatoribus quoque calculum [a]) et, si eis probaretur, editionem istius per praelum [4]). Itaque editum Lubecae per Johannem Balhornen anno 1532 [5]). *W 1099.*

Ordinationis summam recitabimus.

Primo docet in ea Oemikenius, ut procul arceantur ab urbe et pagis Susatensium sectae et haereses sacramentariorum, ana-

a) *B und W*: clanculum.

[1]) *Nach der „Denkschrift" S. 276* („ader er is gen gekomen"). *Zu Grunde liegt der Erzählung wohl das schon erwähnte Glaubensbekenntnis der Prediger und die Antwort des Kapitels vom 20. November.*

[2]) *Das entnimmt Hamelmann vielleicht der Kirchenordnung Omekens.*

[3]) *Vgl. oben S. 322.*

[4]) *Dies ist schwerlich mehr als bloße Kombination Hamelmanns, lediglich darauf beruhend, daß Bonnus in Lübeck lebte.*

[5]) Der Erbaren Erenriker Stadt Soest Christlike Ordenunge tho denste dem hilgen Evangelio, Gemenem vreede und eindracht, overgesen *(nicht* ofergeven, *wie Jostes S. 27 schreibt)* dorch D. Urbanum Regium und mit ener des sülfftigen latinschen Commendation. Dorch Gerdt Omeken van Kamen beschreven . . . Lübeck, J. Balhorn 1532. *<Berlin KB>. Auszüge bei Jacobson, Urkundensammlung S. 9ff., Richter Bd. 1 S. 165ff., E. Knodt, Gerdt Omeken, Gütersloh 1898, S. 22ff.*

baptistarum et aliarum haeresium pugnantium cum Augustana confessione.

Secundo de piis concionatoribus vocandis et pontificiis procul amovendis et seditiosis, quales plerumque sunt pontificii. Ibi dicitur Romanum papam esse antichristum. Tractat et de dignitate et honore magistratus civilis, quam papistae mancipii loco habent.

Tertio tribuit concionatoribus praesentibus doctrinam et pietatem atque de paedobaptismis et baptismi usu prolixe tractando et explicando coram plebe docet prolatis etiam argumentis contra anabaptistas, ubi similiter refert ex scripturis non prius baptizandos infantes nisi ad plenum natos contra sententiam pontificiam. Provocat quoque ad ordinationem Brunswicensem aliquando a d. doctore Johanne Bugenhagio editam. Ostendit praeterea Germanice baptizandos pueros, ubi acriter abusum pontificium perstringit. Deridet quoque chrisma, sal, caeram et alia ut notas antichristi et idoli athei Romani signa et ita baptisma tractandum praecipit, ut ordinavit doctor Lutherus, et prolixe progrediens in abusum pontificium et circa baptismum et in aliis ceremoniis atque impietatibus receptum debacchatur. Deinde de idoneis obstetricibus ordinandis verba quoque ibidem facit.

Quarto asserit de schola aliqua frequenti aperiunda, in qua ad bonas literas Latinas et Graecas discendas adolescentes missi instrui commode possent, cui et magister artium et cantores aliique praeficiantur docti et idonei, et quid eis debeat numerari addit [a]) atque de aliis quibusdam extraordinariis scholis, in quibus puellae et alii instituantur et ad veram pietatem erudiantur, ubi iterum abusum pontificiorum in collegiis reprehendit.

W 1100. Quinto de ordinando superattendente [b]) et eius coadiutore ac utriusque stipendio officioque disserit atque de reliquis concionatoribus ordinandis.

Sexto de ordinandis ceremoniis, festis, concionibus tam hebdomadariis quam dominicalibus loquitur.

Septimo de causis matrimonialibus, quomodo in copulatione matrimoniali sit procedendum, docet.

Octavo de banno vel excommunicatione disseritur, et quid sit agendum cum blasphemis, cum ebriosis, adulteris, fornicatoribus

a) *B und W:* addidit. b) *B und W:* superintendente.

et iis[a]) similibusque puniendis, item quomodo astringantur matrimonio omnes in genere sine ulla exceptione, et quod impie faciant, qui personis ecclesiasticis matrimonium interdicant[b]).

Nono dicitur de coenobiis eorumque votis, et an sint a piis Christianis tradendi liberi collegiis et coenobiis post agnitam veritatem.

Decimo disserit contra invocationem sanctorum.

Undecimo contra consecrationes creaturarum disputat.

Duodecimo, quid sit agendum cum reis, de quibus sumet supplicium capitale magistratus, contra veterem papistarum morem.

Decimotertio de pulsu campanae pro pace, de bibliotheca Christiana instituenda, de ieiunio eiusque usu vero disserit.

Decimoquarto de usu imaginum, quatenus illae[c]) ferri possint, aliisque utilibus exercitiis et ordinationibus isti ecclesiae accommodatis prolixe refert.

Haec est summa ordinationis.

Haec ordinatio ex communi senatus utriusque et tribunitiae potestatis deliberatione ita urgentibus civibus suscipitur, approbatur et publicatur die Jovis a paschate anno 1532.[1]), cum iam adesset superattendens novus[2]), quem literis et nuntiis legatis petiverant a principe electore duce Saxoniae Johanne et ipso d. Luthero[3]), qui tum Witeberga miserant Johannem de Bruen Gandaviensem, quondam monachum observantem et doctorem, qui ea septimana, quae sequitur dominicam a Laetare, Susatum appulit. Cum autem istam functionem superattendentis non susciperet ibidem ipse M. Gerhardus Oemiken, haec erat causa, quod iam bis eiectus esset sub nomine principis Clivensis Johannis ex diversis locis propter doctrinam evangelii, videlicet ex oppido Buricensi in Clivia et

a) *B und W:* aliis. b) *B und W:* interdicunt.
c) *B und W:* illi.

[1]) *Das wäre der 4. April. Woher Hamelmann das Datum hat, ist nicht ersichtlich. In Wirklichkeit wurde die Ordinanz am 22. März und endgültig am 16. April (Dienstag nach Misericordias Domini) angenommen. Vgl. Cornelius Bd. 1 S. 118 und 120, Jostes S. 25, Jacobson, Urkundensammlung S. 8.*

[2]) *Brune kam erst am 17. Juni (Jostes S. 31 Anm. 2).*

[3]) *Vgl. Luthers Briefe vom 30 April und 17. Juni 1532 (Luthers Briefwechsel hrsg. von Enders Bd. 9 S. 182 und S. 197, Nr. 2000 und 2009; die Drucke sind dort verzeichnet). Der letztere ist faksimiliert in der Festschrift „Die Grafschaft Mark“ Bd. 1, Dortmund 1909, hinter S. 246.*

deinde ex urbe Lippia, tum quoque hoc nomine scripserat princeps ille ad senatum, quod illum profugum in sui ignominiam iam suscepissent Susatenses, quem ille aliquoties fugasset propter haeresim [1]).

W 1101. Superattendenti propter lippos oculos pontificii indiderunt nomen Simonis [2]). Huic datus est coadiutor Johannes Campius. Quomodo autem deinceps disposita sint ministeria, non exacte et distincte cognoscere potui [3]). Interim scio, quod Kilbergius docuerit semper in aede divi Pauli usque ad eiectionem interimisticam, Johannes Synckhusius in templo dicto „thor hoen" [4]), Johannes Molnerus in aede Georgii, Thomas Broickwius in templo divae virginis dicta „thor wese", Johannes Liberius vel Friius in parochia Thomae. Alii praedicti parochianis rusticanis praeficiebantur.

Johannes Campius, cum is inciperet cinglianizare (hoc enim de illo dicebatur), est dimissus [5]), et vocatus est in eius locum Johannes Pollius, qui evangelista eousque fuerat in comitatu Tecklenburgico, homo doctus et celebris poeta [6]), quem mox revocavit comes Tecklenburgicus Conradus ex ministerio Susatensi in initio anni 1535. [7]), et tunc vocatur in eius locum Brictius Nordanus, qui antequam veniret Monasterium, quoque Burici docuerat et inde eiectus erat, superiori anno ex urbe Monasteriensi per anabaptistas eiectus [8]). Hic etiam factus coadiutor doctori Johanni de Bruen Gandaviensi, sed statim is quoque dimittitur [9]), et assumitur in

[1]) *Nur von Hamelmann erzählt.*

[2]) *Vielmehr* „blinde Simon", *weil er stets mit niedergeschlagenen Augen ging (Daniel S. 145).*

[3]) *Die folgenden Angaben stammen wahrscheinlich größtenteils aus dem Daniel.* [4]) *Vgl. oben S. 378 Anm. 5.*

[5]) *Hauptsächlich aber, als man erkannte, was für ein Lotterbube er war. Vgl. Cornelius Bd. 2 S. 300ff., Jostes S. 16 und 32 und K. Rembert, Die Wiedertäufer im Herzogtum Jülich, Berlin 1899, S. 285—294. Bei Rembert auch Vermutungen über seine späteren Schicksale. Hamelmann nennt einen Grund, der ihm von späteren Beispielen anderer Orte her nahelag.*

[6]) *Er kam im Februar 1533 (Jostes S. 35 Anm. 1).*

[7]) *Pollius verließ Soest gegen Ostern 1534 (Jostes S. 35 und 47).*

[8]) *Vgl. über ihn Cornelius Bd. 2 S. 330ff., J. Holtmanns in der Zeitschrift des bergischen Geschichtsvereins Bd. 11 (1876) S. 202—230, Jostes S. 49f.*

[9]) *Am Samstag nach Lamberti (19. September) 1534 stellte ihm der Rat sein Abschiedszeugnis aus (abgedruckt von G. Legerlotz in Picks Monatschrift für rheinisch-westfälische Geschichtsforschung Bd. 2 (1876) S. 388).*

superattendentem Brictius. Qua de causa sit dimissus doctor ille, ignoro [1]). Sunt enim faciles in dimittendis concionatoribus etiam hodie Susatenses proceres [2]). Brictio tunc contigit coadiutor Hermannus Svavenus [3]). Dimittitur quoque et Johannes Synckhusius, cuius dimissionis quoque causam ignoro [4]), et in locum eius suscipitur Rotermuntus (Guntherus [a]) [5]). Eidem etiam aut mortuo aut dimisso succedit aliquando Telmannus Menzelius [b]) [6]), qui Lippiae evangelium docuerat et pater fuerat in domo sororum. Johannes Molnerus Burensis dimittitur anno 1538. [7]), vir certe bonus et doctus, puto ob hoc, quod liberius vitia reprehendisset, et credo ei successisse Antonium Kolthoffium [8]). Mortuo autem Thoma Broickwio successit Johannes Lemekenus [9]).

a) *fehlt B und W.*

b) *A, B und W:* Neuzelius *(wohl Schreibfehler).*

[1]) *Er ging wahrscheinlich freiwillig (Jostes S. 49).*

[2]) *Damit tut Hamelmann den Soestern nach Jostes' Meinung (S. 47) unrecht.*

[3]) *Hermann Hake aus Arnsberg, ehemals katholischer Kaplan an St. Petri, dann evangelisch. Vgl. Jostes S. 184 Anm. 1 und Rothert S. 92f.*

[4]) *Nach Daniel S. 171 und 183 wurde er von Simon (Brune; vgl. oben S. 382 Anm. 3) verjagt.*

[5]) *Rotermund Gunter, ein früherer Augustiner (Daniel S. 187), wurde von Brune zum Pastor in Weslarn gemacht (ebenda). Hamelmanns Angabe, er sei Nachfolger des Synkhus an der Hohne gewesen, beruht vielleicht bloß auf Daniel S. 183, wo aber steht, daß ers werden wollte, aber Simon dagegen war.*

[6]) *Vgl. über ihn oben S. 342 Anm. 2, Jostes S. 252 Anm. 1 und Rothert S. 196.*

[7]) *Ende 1537 war er schon in Höxter, wo er 1538 der Nachfolger Winnistets wurde. Vgl. oben S. 358 und den dort genannten Aufsatz von Löffler S. 259 f.*

[8]) *Kalthof wird vielmehr (nach Rothert S. 196 Anm. 1) in einem Schreiben des Rates zum Jahre 1539 als Prädikant an der Hohne (nicht St. Georg) genannt.*

[9]) *Diese Angabe geht, wie es scheint, zurück auf Daniel S. 274f. Rothert S. 93 stellt dagegen fest, daß Borchwede Stadtschreiber wurde und als solcher bis in die Zeit des Interims vorkommt. Daniel wird sich also geirrt haben. Johann von Lemeke (Lemgo) war nach Sybel S. 66 und Rothert S. 207 vorher Prediger in Sassendorf.*

De certaminibus in ecclesia Susatensi ante Interim ortis.

Cum cognovisset princeps Clivensis et simul eius celsitudini oblata esset [1]) ordinatio Susatensium iam edita et publice superiori semestri per totam urbem ab omnibus suscepta, serio scribit dux Clivensis Johannes circa festum Michaelis anno 1532. ad senatum Susatensem et mandat, ut illam novam ordinationem nuper sus- *W 1102.* ceptam eamque editam abolerent et eam deinde, quam ipse ut princeps patriae conscribi et fieri in usum ecclesiarum in suis ditionibus curasset, placide susciperent [2]). Quamquam istius principis ordinatio numquam mitteretur ad Susatenses [3]), tamen illi tunc principi responderunt se susceptam ordinationem deponere non posse, postquam illa sit fundata in sacris literis, et religio, quam semel susceperint, sit conformis ei, quam constanter defendant et tueantur Johannes elector Saxoniae et Philippus lantgravius Hassiae [4]). Se quidem [5]), ingenue scribunt deinceps, agnoscere ducem Clivensem pro suo domino suosque maiores et se ita olim repudiato tyrannico dominatu archiepiscopi Coloniensis Theodorici assumptos in principes et dominos suae urbis et simul bonorum et corporum atque in eis libenter ipsius celsitudinis dominium et potestatem agnoscere, interim eandem nullam habere potestatem animarum suarum. Quare suppliciter petunt, ut ipsius celsitudo permittat et concedat propter Christum ipsis illa reddere Deo, quae

[1]) *Die Soester Kirchenordnung finde ich in den Verhandlungen mit Herzog Johann von Kleve nirgends erwähnt.*

[2]) *Eine solche Aufforderung übersandte der Herzog am 26. August 1533 (Staatsarchiv Münster, Kleve-Märk. Landesarchiv 129 II, fol. 2. Ernestinisches Gesamtarchiv in Weimar, Reg. N. 779, fol. 154 f.). Hamelmann verlegt sie wohl ins Jahr 1532, weil in diesem Jahre die Kirchenordnung erlassen ist.*

[3]) *Die Kirchenordnung bzw. die Erklärung vom 8. April 1533 (vgl. oben S. 241 Anm. 1) wurde zugleich mit dem genannten Schreiben übersandt.*

[4]) *In der Antwort der Stadt vom 21. August 1533 (ebenda fol. 3 f. bzw. 156) heißt es u. a.:* . . . unnd believen i. f. g. gnedigliehen dair up tho vernemen, wie dat wy uyt gotlicher gnaden und verheneknyß Gotz wort angenomen, dair wy ock dencken by tho blyven, winth tho der tyt umandes van gelerten doctoren hie in geschickt worden, die sulx mit gotlicher hilliger schrifft wedder leggen konden. So dan worde bygebracht, wy dairinne nicht recht befunden, willen dair aff stain unnd uns underwysen laeten unnd sulx up unnse kost affdregenn, hoppen oick i. f. g. uns dairby laeten und gotlichs wairdes willen nicht besweren.

[5]) *Was jetzt folgt, ist der übliche Stil solcher Briefe bei Hamelmann.*

Dei sunt et Caesari ipsiusque celsitudini, quae et Caesaris et principis sint, atque ne velit quicquam novi contra rempublicam et urbem Susatensem tentare, sed ut clementer iuxta obligationem iam olim a suis maioribus et similiter a sua celsitudine ratificatam servet. Interim hoc eius celsitudini libere permittunt, si per suos possit erroris convincere concionatores evangelicos ex verbo Dei aut talem ordinationem mittat, quae magis verbo Dei sit conformis quam illa eorum[a]) nuper scripta et suscepta, se quidem paratos esse ad omnia et velle abolere concionatores cum doctrina et suscipere aliam ordinationem.

In eandem quoque sententiam scribunt ad Johannem electorem (cuius filius Johannes Fridericus duxerat in uxorem Clivensis principis Johannis filiam Sybillam ante triennium[1])) et per legatos petunt in causa evangelii ipsius intercessionem, quam cum impetrarent, miserunt eandem in aulam Clivensem, et ita aliquamdiu in pace salvam[b]) eis reliquit religionem veram aula[2]).

a) *A, B, W:* earum. b) *B und W:* sanam.

[1]) *Schon 1527.*

[2]) *Kurfürst Johann der Beständige von Sachsen starb schon am 16. August 1532, nachdem er noch geholfen hatte, der Stadt Soest einen Superintendenten zu verschaffen (vgl.* G. Legerlotz *a. a. O. S. 379 ff. und oben S. 381). Die Erzählung Hamelmanns ist also in dieser Form falsch. Zu Grunde liegen ihr wohl die wiederholten Vermittlungsversuche Johann Friedrichs des Großmütigen in den Jahren 1534—1536. Während eines Besuches bei seinem Schwiegervater ließ er mit den Soestern am 6. November 1534 auf einem Tage in Essen verhandeln. In der nächsten Woche (am 13. und 14. November) war er selbst in Soest, überzeugte sich,* „daß daselbst in den Kirchen Gotes Wort unser und unser mitvorwanter fur der Romischen Kaiserlichen Majestat unserm allergnedigstem hern, auch Churfursten, Fursten und Stenden des Reichs auff negst zu Augsburg gehaltenem Reichstag getanen Confession und Apologien gleichformig und nit zuwider, sondern rein, lautter und cristlich . . . geprediget, gelert unndt Ceremonien dem Wort gemes und wie bey uns beschit, gehalten werdtenn“ *und ließ am 14. November das Ergebnis seiner Vermittlung in einem Abschiede zusammenfassen. Am 15. machte er seinem Schwiegervater von Lippstadt aus entsprechende Vorschläge, die den Soestern sehr weit entgegen kamen. Der Herzog antwortete aber auf seine Mahnung vom 3. August 1535 am 18. August:* „Dwyl aver dieselbige Underhandlong unseren E. L. zugesteltenn Articulen, auch unser uffgerichter christlicher unnd bestendiger Ordnong nit allenthalber glychformich, so haben E. L. freuntlich abzunemen, das Wir in dem Fall die unsere van Sost van anderen unseren gemeynen Landenn unnd Underthanen unnd uffgerichtenn Ordnongen nit sonderen mogenn.“ *Der Kur-*

In dominica Laetare Anno 1533. postquam superattendenti concionanti in ecclesia collegiata deponeretur charta repleta pulvere bombardico [1]), conqueritur de ea re publice addens, quam segniter agatur cum pontificiis. Ita excitatur tumultus, et ibi de novo compellatur a civibus senatus, cur frena laxet pontificiis et ipsis tot mala ac scelera indulgeat. Sed senatus uterque, ut plebem sedarent, promiserunt quidem omnem diligentiam atque simul permiserunt superattendenti et concionatoribus, quoniam non cessabant pontificii turpiter loqui de vera doctrina, ut tertio post illam dominicam die [2]), hoc est 24. Martii, coram senatu utroque citatos canonicos et vicarios examinarent coram utroque senatu et tribunitia potestate.

W 1103.

Ibi alter post alterum interrogatur, quid habeant reprehensione dignum in doctrina evangelii et nuper suscepta ordinatione atque ceremoniis pie circa sacramenta in ecclesiis institutis ac assumptis, et omnes fatentur se nihil in eis reprehendere. Quare ex communi deliberatione sic pronunciat consul Johannes Esbeckius: „Postquam nemo vestrum reprehendat vel etiam calumniari possit doctrinam evangelii et ceremonias publice superiori anno susceptas, merito vos decet ex suffragio utriusque senatus et tribunitiae potestatis suscipere illam doctrinam et formam rituum susceptorum. Ideo proponet vobis d. superattendens formam vivendi eamque de scripto praeleget, quam vos et diligenter audire atque reverenter suscipere debetis.“ Istius reformationis summa

fürst erwiderte ziemlich ärgerlich am 1. Mai 1536, und bat schließlich den Herzog, „bis auff ein gemein frei cristlich Concilium, welichs die Romische Key. Majestät . . . zu furderenn itzt inn gnediger Bemuhung sein soll, die Sachenn . . . beruhen und sich gegen den von Sost zu Ungnaden nit bewegenn zu lassenn“. *Gleichzeitig legte er den Soestern, die sich wiederholt an ihn gewandt hatten, nahe, in ihrem Widerstande zu verharren. Akten im Stadtarchiv Soest und im Ernestinischen Gesamtarchiv a. a. O. Vgl. auch Rothert S. 96. — Bei den Weimarer Akten liegt auch eine Kritik der klevischen Erklärung zur Kirchenordnung von den Soester Prädikanten, die Stellen über die Erwählung der Prediger, die Messe, die Kommunion unter beiden Gestalten, die Beichte, die Fasten und das Klosterleben betreffend, und ein Gutachten von Spalatin und Myconius über dieselbe Erklärung.*

[1]) *Vielmehr ein Beutel, der einen Brand, zwei Steine und ein faules Ei enthielt. Vgl. Jostes S. 36 f.*

[2]) *Im Folgenden liegt wieder, zum Teil fast wörtlich, die „Denkschrift“ S. 276 zu Grunde.*

haec erat [1]), ut pie, sancte et honeste viverent, item abolita superstitione tantum aliquot psalmos Davidis canerent, veluti in ordinatione praescriptum esset, deinde abrogata fornicatione et vita concubinaria matrimonium inirent vel caste in coelibatu viverent absque offendiculo, tertio, ne quisquam monachorum, canonicorum, vicariorum vel nonnarum ordinationi susceptae reclamaret.

Hanc [2]) a superattendente propositam reformationem an velint suscipere, quaerit a pontificiis praedictus consul, et simul iurare in audita et praelecta scripta cum ipsis, ut ita tandem pax, concordia et tranquillitas possit restitui urbi et reipublicae et omnes, hoc est senatus uterque, tribuni, cives, concionatores et collegiati simul concorditer, commode et honeste vitam in urbe Susatensi transigerent. Hic illi omnia illa proposita cum certa obligatione et promissione susceperunt observanda et ita dimissi sunt.

Postridie [3]) revocatos a senatu orat eos superattendens, quoniam consenserint in unam religionem, ut igitur dignentur venire in templum, quo possint confirmari in pio proposito et ita quoque innotescat toti ecclesiae collegiatorum consensus cum concionatoribus et omnibus piis in vera doctrina initus. Sed cum id fieri debebat, isti canonici plerumque omnes et praecipui vicarii aufugerunt et aliqui Coloniam, aliqui in vicinas se receperunt urbes.

Sed mirum in modum literis et verbis traduxerunt Susatenses tam in aula archiepiscopi Coloniensis quam ducis Clivensis Johannis et contra proprium iuramentum blasphema et varia mendacia de ipsis commentati sunt. Pro [4]) his igitur minaciter recipiendis et suae religioni restituendis scripsit Johannes dux Clivensis et Juliacensis. Mox responderunt suo principi demisse senatus, cives et tribunitia potestas ipsos quidem canonicos et monachos iam antea confessos esse, quod nihil in doctrina evan- *W 1104.*

[1]) *Die „Artikel des Superattendenten" vom 24. März 1533 sind abgedruckt bei* ***Jacobson****, Urkundensammlung S. 17 und* ***Jostes*** *S. 320 ff. Hamelmann gibt aber den Inhalt sehr mangelhaft wieder, vielleicht weil ihm der wirkliche Wortlaut nicht bekannt war.*

[2]) *Das Folgende ebenfalls nach der „Denkschrift". Vgl.* ***Jostes*** *S. 37 ff.*

[3]) *Desgleichen.*

[4]) *Das Folgende nicht mehr nach der „Denkschrift", sondern wie es scheint, von Hamelmann oder seinem Gewährsmann nach dem Voraufgehenden selbst komponiert. Ein neuer Gedanke ist wenigstens nicht zu finden.*

gelii reprehenderent, sed eam veram esse confiterentur, nihil quoque eis impositum aut iniunctum esse, quam ut de propria ipsorum confessione viverent [a]) evangelico more hac solum de causa, ut concordia retineretur in urbe Susatensi. Ipsos igitur non aliter aut alia conditione recipi posse, quam ea, in quam ipsi consenserant antea, ut [b]) videlicet cum omnibus incolis receptam ordinationem et confessionem Augustae Caesari exhibitam a quibusdam imperii principibus comprobarent.

Eodem anno [1]) die Mercurii post festum paschatis [2]) excitatus est tumultus in oenopolio, quo die solent elocare libras civitatis (de wage), a quinque civibus propterea, quod olim illo tempore fuissent cives liberi a solutione et immunes convivae, nunc vero a singulis solutio exigeretur vini praeter morem. Nomina illorum haec erant: Joh. Schachtorpius fullo, Johannes Armersterus, Johannes Jacobus [3]) sartor, Georgius Petrus [4]) et Johannes Dyricius [5]) sartor, quorum posterior fuit praecipuus autor istius motus, qui primo morosius austeris verbis adoritur urbis et aerarii quaestorem Johannem Cubeckium [c]). Post illum coeperunt alii quatuor quoque iam vino calefacti paululum immoderate agere.

Quamquam nemo ex omnibus convivis in illa confusiuncula laederetur aut vulneraretur praeter Johannem Dyricium, qui nonnihil incommodi sensit in uno digito, tamen clam hoc agunt capita urbis imprimis atque urgent, ut nunc animadvertant in Schachtorpium, cui imprimis infensi erant propter evangelii promotionem ab ipso valde adiutam, et quod crederent eum prioribus ob religionem tumultibus aut interfuisse aut consiliis et occasione clam praefuisse.

a) *B und W:* venirent. b) *fehlt B und W.*
c) *B und W:* Cabeckenum.

[1]) *Die folgende Erzählung des Wirtshausstreites und des „Maitages" beruht durchweg, stellenweise sogar fast wörtlich auf den „Soester Geschichten des Jahres 1533" bei Cornelius Bd. 2 S. 304 ff., nur ist sie noch mit Reden und Betrachtungen ausgeschmückt, und die Auffassung, daß Schachtorp ein Opfer des Evangeliums gewesen sei, wird noch stärker betont als in der Vorlage. Vgl. über die Vorgänge selbst Jostes S. 41 ff. und Rothert S. 88 ff., die sie verschieden beurteilen.*
[2]) *16. April.* [3]) *Joan Jacobs.* [4]) *Jorgen Peters.*
[5]) *Johan Dirikes.*

Ideo tandem die Martis post dominicam Misericordias Domini [1]) vocatur senatus uterque [et] tribunitia potestas utriusque lateris. In illorum congregatione graviter exaggeratur ille tumultus. „Quid iam inde futurum sit, cogitate," inquiunt consules, „si haec ita feramus deinceps: nullum amplius posthac licebit celebrare convivium aut conventum. Vidistis, quoties iam huiusmodi tumultus sint excitati." Jam enim putabant iustam causam consecutos, ut tumultuatores punirent, postquam isti [a]) quinque non religionis, sed exiguae pecuniae causa talem motum excitassent, quoniam propter priores tumultus propter religionem [b]) excitatos neminem punire audebant propter plebem. Ita demum communi suffragio statuitur illos omnes gravius plectendos caeteris civibus in terrorem. *W 1105.*

Et cum iam huic decreto interfuisset ut unus ex ordine tribunitio Schachtorpius, ingressus domum suam mox promptam pecuniam tradidit marsupio et exire urbem cogitavit, verum interim aliud mox mente solvit consilium, videlicet tale: „Quodsi semel exieris urbem, nunquam forte in eam redeundi potestas concederetur. Si igitur maxime capiaris, poteris te aliqua summa pecuniae redimere." Nam nihil minus cogitavit quam supplicium fore capitale. Ita bonus vir sua opinione et simul aliorum, quos super hac re consuluerat, persuasione seducitur.

Die enim sequenti, qui fuit Mercurii [2]), capiuntur praedicti quatuor cives, sed Schachtorpius primum die Jovis. Die autem Veneris [3]) fit frequens senatus et colliguntur tribunitiae cohortes summo mane. Ibi post longam deliberationem tandem concluditur ipsos illo die capite plectendos. Erant multi etenim ex procerum ordinibus valde infensi doctrinae evangelii et eius promotoribus, ex quibus praecipui hi quinque erant, inprimis vero Johannes Schachtorpius reliquis ditior et celebrior, et sane illi ipsi inter ordines praedictos pontificii, qui cupiissent omnes evangelii promo-

a) *B und W:* illis. b) *B und W:* propter religionis causa.

[1]) *29. April. Die den „Geschichten" entnommenen Daten stimmen übrigens nicht ganz. Es war vielmehr der 24.*

[2]) *30. April. In Wirklichkeit wurden die Schuldigen am Montag, 28. April verhaftet, aber gegen Bürgschaft wieder entlassen und erst am 1. Mai wieder vorgeführt.*

[3]) *2. Mai (ist richtig).*

tores ita potuisse e medio tolli. Sed cum in omnes se ita vindicare non possent, nunc saltem suum rancorem et acerbitatem in hos arrepta vel oblata occasione declarare videbantur.

Mox illud decretum indicatur captivis, ut si quid vellent adhuc in conscientiae causa aut in rebus oeconomicis constitutum, id breviter perficerent, mox enim se iudicio capitali sistendos et forsan capite plectendos. Haec sententia et illos et concionatores et totam urbem valde terruit. Captivi igitur celeriter curant advocari duos evangelii doctores Johannem Molnerum Burensem et Johannem Kelbergium et cum his contulerunt de conscientiae rebus et quae in oeconomia de uxoribus fieri petebant, a quibus laeti etiam consolationem de vera in Christum fiducia et de ea morte patienter ferenda accipiebant, dehinc confessi delicta accepta iam absolutione reverenter accipiunt eucharistiam et ita sese patienter in Christo ad mortem praeparant.

Tandem vincti producuntur coram tribunali, quod senatus et tribunitia potestas (quoniam et isti in ordinibus plerique omnes erant pontificii) civibus armatis cinxerant, sed iis tantum, quos sciebant papales esse et valde inimicos evangelii doctrinae. Hic petiverunt vincti prostrati et supplices a iudice et senatu veniam *W 1106.* sui delicti et vini calorem conquesti fatentur a se quidem tumultuose acta, quae deberent vino et ebrietati assignari; horum se nunc valde poenitere. Praetendunt quoque tunc in illa turbatione nullum hominem fuisse laesum. Tum etiam multi pii viri et honestae feminae iam aliquoties tentaverant pro eis intercedere. Sed illi nihil aliud responsi tulerant, quam ipsis moriendum esse. Ibi coram iudicio exaggeratur [a]) motus in magistratum excitatus ab illis quinque, qui ibi ita accusantur, quasi obliti [b]) evangelicae doctrinae „Qui magistratui resistit, Dei ordinationi resistit; non frustra gerit gladium", etsi titulotenus hactenus evangelicos se nominaverant, reos ita sese fecissent capitalis sententiae atque crimen laesae maiestatis commisissent. Ipsi iterum deprecantur supplices veniam. Verum Schachtorpius cum videret se cum sociis frustra orare pro delicti venia, prorupit in haec verba: „Scio multos esse Susati, qui saepe plus deliquerunt et sane nonnulli forte inter eos, qui

a) *B und W:* exaggeratus. b) *B und W:* oblitae.

nunc de nostro sanguine pronunciant in magistratu, quam nos, et tamen tam severa nec in eos nec in quemquam, qui nihil de ipso facto tentavit nec violenter cuiquam nocuit nisi forte verbis, lata est sententia. Et quia [a]) vos evangelicam, quae vobis inservit, contra nos sententiam profertis, cogitate quoque evangelicum esse dictum ‚Estote misericordes sicut et pater vester. Remittite et remittetur vobis. Omni petenti remittite'." Imo omnes illi quinque cum cognoscerent se morti adiudicari, expostulant cum iudice et de iniquo iudicio conqueruntur palam. Ideo illorum querimoniis lacrymae multorum oculis excutiuntur, et magnus auditur fletus, sed contra magnus pontificiorum civium armatorum et senatorum et tribunorum fremitus.

Ut tamen viderentur recte in iudicio procedere pontificii, legitur ibi palam confessio, quam emiserant in tortura hi vincti, ubi inter alia profertur, quomodo confessi essent, quod ex privata confoederatione et malo proposito et studio atque de consilio prius inito ita tumultum excitaverint. Itaque nunc frustra eos effugia quaerere, quasi id ebrii fecissent calore vini permoti. Sed hic omnes illi quinque unanimiter conqueruntur misere, id sibi multis propositis quaestionibus et magnis cruciatibus extortum esse. Alioquin id fatentur ex nulla praecedente praesumptione factum fuisse nec ullo studio ipsos ita tumultuose egisse, si tamen huiusmodi strepitus certis de causis prolatus et tantum voce et clamore peractus dici deberet tumultus, sed ebrios aliquantulum ex non usitata et immodica vini potatione, ad quam non fuerant assuefacti, imprudentius et importunius sive incivilius aliquid egisse, quod ipsos etiamnum hodie male haberet. Ideo tertio orare supplices per Christum veniam. Si vero ea non posset impetrari, quia viderent omnia ad supplicium ornata et nullam invenire posse gratiam aut misericordiam, se [b]) patienter laturos mortem, cum Christus piissimus et purissimus pro ipsis sit passus. Interim admonent iudicem et assessores et reliquos ex senatu et tribunos hinc inde stantes vel equites, ut ipsi videant, an recte iudicent. „Dominus autem", ait Schachtorpius, „vobis [c]) ignoscat, si quid ex privata invidia in hac causa contra nos ex vobis proficiscitur."

W 1107.

a) *B und W:* qui. b) *B und W:* sed.
c) *B und W:* nobis.

Lata mortis sententia in forum producuntur. Ibi conversus Schachtorpius ad plebem, ad cives, ad pias matronas multis profusis lacrymis et ploratu eorum casum deplorantes „Etsi", inquit, „optimi fratres et sorores, saepius peccavimus et mortem tam temporalem quam aeternam promeriti sumus, tamen in Christum credentes ab aeterna redimuntur. Verum de temporali sic loquitur scriptura: ‚Quacumque morte praeoccupatus fuerit iustus, tamen est in manu Dei et quiete fruitur.' Item ‚Beati mortui, qui in Domino moriuntur amodo'. Interim nos vincti non scimus tam grave delictum nos commisisse, ut propterea a magistratu mortem commeriti essemus, sed propter doctrinam evangelii ita potissimum nobis et imprimis mihi infensi plerique, qui rerum potiuntur, fuere et quaesivere causam. Jam illam adepti, ut ita me et hos socios morti tradant, volumus alacriter in Christo mori. Ideo etiam lubenti animo audiemus in hoc nostro agone consolationem a veris Christi ministris et evangelii doctoribus, quos hoc exitu ita appellamus et vocamus testamurque. Ut vero nunc videant adversarii, qualem adferat morituris consolationem doctrina evangelii, quae hic sonat, et nos esse in Christo bene animatos, quod in nullo papista morituro consideratur, atque ut quoque videatis, vos pii fratres et sorores, nos ita nostra morte et pacata conscientia discedere ex hac vita, vobiscum alacres iam canemus suavissimum Simeonis cantum ‚Myt freden unnd frouwden Ich fahr daher'." Hic breviter ad plebem valde plorantem et ad illos morituros habuere uterque concionator gravem orationem eamque brevem, sed consolationem suavem, qua finita praecinunt concionatores et omnes canunt praedictam cantionem „Myt freden unnd frouwden", quam etiam alta voce unanimiter necandi comprobant.

Et iam cum carnifices, quorum ibi duo erant, dicerent „Quis vestrum vult primo collum feriendum exhibere?", ibi omnes quidem *W 110 s.* aeque prompti erant et alius alio paratior. Tandem Schachtorpius inquit: „Ego primus fui productus ad iudicium, merito quoque ego primus supplicium subeo. Valete igitur omnes in Christo, cui me commendo." Detracto igitur indusio cum sederet, carnifex properat ad mactationem, et cum vellet ei amputare caput ex decreto iudicii, ferit eius dorsum, ex quo vulnere cadit Schachtorpius in terram graviter quidem laesus, sed non ei caput aufertur ictu.

Itaque alter carnifex apprehendit caput Schachtorpii, ut ovis, quae mactatur, corripi solet, quod ipsi et alter volebat ita abscindere. Ibi mox ita ab altero carnifice erectus, ut feriretur iterum, Schachtorpius vinctis quidem manibus mirabiliter apprehendit gladium acutissimum eumque tenet tanta fortitudine, ut uterque carnifex coniuncta opera hoc ei ex manibus eripere nequiret. Illi vero pessundando vinctum et vulneratum atque ipsum verberando et trahendo multum laborarunt, interim is apprehensum semel gladium noluit dimittere. Ideo desistere coeptis isti cogebantur carnifices. Is mox dentes ligaturae adhibuit et funem manibus circumdatam dentibus contrivit. Solutis manibus, quia iam alter alium gladium evaginatum, quo Schachtorpium adhuc ferire iterum praesumebat, proferebat [a]), interim is vibrando et movendo gladium carnificibus ereptum adeo movit circa caput et ita sese defendit, ut ictum facere non auderet alter veritus tertiam ignominiam. Postremo voluit prior carnifex evaginato pugione cor eius pungere, sed ibi strepere coeperunt cives hoc impedientes, et quod ille subinde lamentabiliter protulerat rauca voce et repetierat se iam tertio quidem iudicio capitali satisfecisse et tamen adhuc nondum liberari, iam magno clamore idem quoque saepius asserunt astantes. Inter istam tamen luctam et pugnam mole sua et pedibus misere ita pectus et intestina ac pudenda Schachtorpii laeserant carnifices spectantibus senatoribus et civibus pontificiis, qui in armis erant, ut postridie non tam ex illo vulnere, quam ex coagulato sanguine periret.

Verum cum viderent iustum Dei iudicium et audirent fremitum civium astantium, etsi multi eorum in armis essent, tamen omnes terrentur. Ita iam) quoque territi quaestores urbis mandant carnificibus, ut desistant. Satis enim esse, quia aiunt ipsum Caesari iurique Caesareo satisfecisse, ipsumque liberum pronunciant. Alii vero quatuor iam quoque morti adiudicati reducuntur ad carcerem.

Schachtorpius tamen dimittere, licet interpellatus, ereptum carnificibus gladium noluit, sed retinens eum in manibus ab aliis piis domum suam defertur, ubi mox adhibuit vulneribus dorsi [a])

a) *fehlt B und W*

W 1109. et manuum digitorumque medicum chirurgum speravitque se posse sanitati restitui. Restitutum vero dixit se aliquando coram civitatis principe acturum contra Susatenses et simul allaturum gladium ita legitima victoria partum, quod profecto bonus vir, quia vulnera nulla letalia habuit, fecisset, nisi ita pressus fuisset et pessundatus, qua violentia pectus, pudenda et intestina ei omnino lacerata et rupta erant adeo, ut alterius diei mane ex sanguine coagulato extingueretur moriens in Domino. Is fuit dies Sabbati [1]).

Profecto constantia et animositas est maximopere praedicanda in eo homine, quod etiam in mediis mortis periculis et ultima hora eum induisset animum. Sancti autem martyris corpus defertur hora 5. pomeridiana ad coemiterium, et funeri vel loculo sive feretro, cui inclusum erat corpus Schachtorpii, ut iusserat adhuc vivus, imponi gladium, quem carnificibus ipsis ademerat et quo verberatus erat, curat uxor. Ibi omnes pii tam viri quam feminae, non minus iuvenes, pueri et adolescentes, quam senes, anus et decrepiti viri, imo etiam homines, qui hastae inhaerebant claudi et simul multi ex pontificiis, qui hoc facto non leviter perculsi erant et animo suo turbati, deducunt ad sepulturam funus, atque ibi talis hominum luctus, tot facies tristes et tot oculi madentes lacrymis visi sunt, tot lamentationes, gemitus, suspiria [a]) et querimoniae auditae, ut nunquam Susati antea talis et tam frequens fuerit peracta sepultura. Omnes tam pontificii quam evangelici etenim cupiebant victum et arreptum carnificibus gladium videre, adde quod plurimi iustum in eo casu Dei iudicium in adversarios invidia contra Schachtorpium ardentes et sanguinem piorum sitientes mirarentur et aperte dicerent frustaneos esse impiorum conatus ac [b]) irritos [b]); hominem quidem proponere, sed Deum disponere. Alii lamentabantur propter duritiem et tyrannidem magistratus et impiorum, qui tam diu spectatores esse potuerant ad tot luctas et tam multas pessundationes et oppressiones, quibus erat miser ille suffocatus. Alii de ipsius constantia commentabantur. Nonnulli segnitiem plebis spectantis illam luctam, quod videlicet per dimidiam horam ita opprimeretur et debilitaretur martyr, et non prius carnificum conatus impedientis detesta-

a) *W:* suspicia. b) *fehlt B und W.*

[1]) *3. Mai.*

bantur. Quidam de pontificiorum tyrannide, nonnulli de iniqua sententia iudicum inter se communicabant. Sed omnes casum et mortem viri deplorabant.

Eo ipso die post horam primam convenerant trecentae virgines et matronae virtute et forma praestantes cum concionatoribus atque simul ducenti cives morte et facto Schachtorpii commoti. *W 1110.* Hi omnes pro reliquis captivis fiebant senatui supplices verba faciente superattendente. In gratiam quidem illorum sunt quatuor illi vita donati, sed ea lege, ut urbis commercio in perpetuum privarentur, quod etiam ipsi cogebantur iuramento promittere sequenti die Lunae proxima a dominica Jubilate[1]) coram iudice Theodoro Eslingo et sigillo iudicii comprobare et obsignare[2]).

Postquam vero hic casus valde turbaret pontificios et confirmaret evangelicos, quoniam impiorum cruentum institutum non ita successerat, diu meditati sunt consules et senatores pontificii, quomodo aufugerent clam, quod etiam forte illorum mala conscientia dictavit, quia praesumpserant cives novo onerare iuramento. Id cum non ita succederet eis, ut speraverant, et interim plebs urgeret, ut cohiberetur petulantia sacrificulorum, quo nomine etiam iterum in oenopolio oriebatur tumultus in festis pentecostes[3]), ideo ipsi aliud capiunt consilium, tunc praesertim, postquam viderent a suo principe Clivensi et Juliaco Johanne et simul comite Lippiensi Simone civitati vicinae Lippiae propter evangelii doctrinam itinera intercepta esse, ut nihil adferri posset commeatus in eam urbem[4]). Id quoque existimabant futurum urbi Susatensi, in qua re cogitabant forte operam suam duci et principi suo navare.

Exeunt igitur[5]) urbem die Iovis post diem Panthaleonis, hoc est, sexto[6]) Iulii consules et quidam alii senatores deserentes suam

[1]) *5. Mai.*

[2]) *Bis hierher nach den „Geschichten". Das Folgende ist wohl nach den Angaben derselben Quelle S. 308 von Hamelmann oder seinem Gewährsmann ausgestaltet.*

[3]) *Gemeint ist wohl die Versammlung bei dem Bierwirt Bernt, nach einem bei Jostes S. 44 Anm. 1 mitgeteilten Berichte am 15. Juli.*

[4]) *Hier macht Hamelmann von seiner falschen Ansicht Gebrauch, der Herzog sei 1533 gegen Lippstadt vorgegangen (vgl. oben S. 337 Anm. 4).*

[5]) *Das Folgende wieder nach den „Geschichten" S. 308.*

[6]) *Vielmehr 31. Dem Versehen liegt offenbar ein Schreib- oder Lesefehler (sesten statt lesten; in dem Abdruck bei Cornelius steht richtig lesten) zu Grunde.*

stationem, qui equites profecti sunt in vicinam urbem Hammonem. Hic erant nomine tales: ex iurato senatu Johannes Esbeckius, Antonius Mengius consules, quorum posteriorem duo filii Detmarus et Albertus comitati sunt, Georgius Sluterus iudex, ex veteri autem senatu Johannes Gropperus (pater [1]) Johannis Gropperi, iureconsulti et theologi, magni illius papistae, et trium fratrum doctorum Godefridi et Patroculi, iureconsultorum laicorum et coniugatorum, atque Casparis beneficiarii), evocatus a filio Johanne Groppero, et Albertus Grevenius cum filio Johanne, in iurato senatu pensionario et senatore, item Patroculus Bastwinderus, quaestor et senator urbis, Johannes Gresmunthius praefectus et Anthonius Dolphius senator. Illi, inquam, etsi triplici iuramento se obstrinxissent, videlicet et principi et reipublicae ac evangelii negotio atque causae, tamen deserentes officium fugiunt ad urbem Hammonensem.

Cum vero reliqui senatores utriusque senatus et tribuni plebis ab utraque ala permanentes in urbe olefacerent ita illos aufugisse, ne in posterum redirent in suum officium, scripserunt eis *W 1111.* primo petentes causam fugae, deinde admonentes eos sui officii et gravissimi iuramenti, tertio etiam obnixe petentes, ut ad suam stationem et gradum redire dignarentur. Ipsi iterum per literas respondent non fore eis tutum redire, quia iam dudum sibi insidias structas et quidem in eos conspiratum esse a multis asserunt. Sed oppidani petunt id probari et rotunde significant, si nominentur tales, in eos animadvertendum esse. Profugi ergo quendam assignant nomine Bernhardum Copum [2]) pincernam, qui verba talia effuderat. His literis acceptis citatur coram oppidanis adhuc permanentibus senatoribus et tribunis is Bernhardus, qui comparebat et se de istis criminibus honeste excusabat petebatque, ut certus dies et sibi et suis accusatoribus assignaretur, in quo se eis sistere posset, fore enim se paratum et ad defensionem et sui simul sufficientem defensorem. Ideo ei petenti aut absolutionem aut, si convinceretur criminis alicuius, damnationem, certus denunciatur dies, et quid in responsis dederit et quis dies ei assignatus sit, significatur profugis addita petitione, ut dignentur redire et suam ibi prae-

[1]) *Die folgende Bemerkung hat Hamelmann eingeschoben.*

[2]) *Der Name fehlt in den Quellen. Vgl. zum Folgenden die Briefe bei Jostes S. 377 ff.*

sentes causam agere statuto tempore. Sed ad statutum diem etsi aliquoties vocati et tandem citati venire recusant profugi. Ideo Bernhardus ille ab intentato crimine absolvitur et innocens pronunciatur. Tertio profugis iterum perscribitur, cum nemo ex ipsis advenerit, ut institutam accusationem contra Bernhardum Copum persequeretur, se coactos esse ratione iuris illum absolvere. Cum igitur eos (profugos) forsan vel falsus rumor vel varia quorundam relatio terruerit, se quidem (oppidanos) amanter adhuc petere, ut dignarentur redire omnes, etenim promittere ipsos debitum honorem et oboedientiam.

Sed quia [1]) detinuit suum patrem Johannes Gropperus doctor Coloniae, qui etiam ibi permansit ad finem vitae [2]) et decreverat uxore mortua adhuc presbyterii gradum suscipere, sed impediebatur a filiis, qui nolebant appellari pfaffenkynder [3]), unde lector cognoscit, quod ipsos pontificios pudeat sui nominis et actionis [4]), ideo, cum Johannes Gropperus consul non rediret, puduit etiam alios redire. Ita omnes in exilio mansere voluntario.

Interim gravissimae accusationes per d. Gropperum et alios contra urbem et rempublicam Susatensem in aula Clivensi quotidie et diu multumque fiebant, quasi profugi essent vi eiecti et aliquoties seditione commota ad hoc coacti fuissent, ut discederent, nec quoque propter tumultuantem plebem et disturbatam confusionem fore eis tutum redire ad urbem; sese similiter abhorrere ab illa secta et haeresi Lutheranorum. Cum in aula etiam antea *W 1112.* suffudissent frigidum canonici et nunc profugi consules et senatores de eodem iam conquererentur, graviter succenset urbi Susatensi dux Clivensis Johannes et mittit ad oppidanos unum ex suis secretariis, qui diligenter causam eiectionis inquireret et Susatensibus indicaret principem inclementer et graviter admodum illorum ferre conatum [5]). Sed aliter instructus et de tota actione edoctus redit secretarius ad principem.

[1]) *Die Quelle des Folgenden ist nicht mehr nachweisbar. Vielleicht sind die „Geschichten" noch länger gewesen (Cornelius Bd. 2 S. 308 Anm.).*

[2]) *Er starb am 9. Januar 1543 im 63. Lebensjahre. Vgl. W. van Gulik, Johannes Gropper, Freiburg 1906, S. 2 und 98.*

[3]) *Nur von Hamelmann erzählt.*

[4]) *Hamelmann war selbst ein Pfaffenkind.*

[5]) *1533 wurde der herzogliche Sekretär Heinrich von Essen zweimal nach Soest geschickt (Instruktionen vom 25. August und 3. September u. a. im*

Istius secretarii relatione vehementi et deinde malo, quo[a]) circumdati erant Lippienses oppidani[1]), cognito, terrentur et ad fugam adornandam excitantur adhuc tres senatores, qui quoque aufugiunt ex urbe Susatensi. Interim illi, qui permanebant, cum viderent de profugis reversuris nullam esse spem ipsosque nihil magis quam urbis interitum conari et spirare, sese collegerunt et novo iuramento sese mutuo obstrinxerunt[2]) atque interim, cum similiter discerent variis calumniis et mendaciis diffamari et traduci a profugis oppidanos, non incommodum censebant, si istorum quoque vitia et maleficia colligerent et in unum conferrent[3]), ubi inter alia politica multa et haec annotata erant, quod multos pios ignominiose tractassent propter doctrinam evangelii eosque immeritos, deinde quod quendam collegiatum Georgium Eppinckium propter susceptam doctrinam evangelii sua opera et suffragio iussissent privari sua praebenda et postea eundem persecuti essent[4]), tertio, quod permisissent satrapae arcis Marckae prope

a) *B und W:* quod.

Ernestinischen Gesamtarchiv a. a. O., fol. 157 f. und 160 f. Die Soester antworteten am 8. September, jene hätten sich heimlich entfernt und wären zweimal bei ihren Eiden aufgefordert worden, zurückzukehren, hätten es aber nicht getan. „Dat wy dat woll moeten gedulden.“ — *Vgl. auch den Bericht des Ratsprotokollbuches über den Tag zu Dinker (3. Juli 1534) bei Jostes S. 107 ff.*

[1]) *Vgl. oben S. 395 Anm. 4.*

[2]) *Vgl. den Bericht des Ratsprotokollbuches bei Jostes S. 106.*

[3]) *Diese Schrift ist mir nicht bekannt geworden.*

[4]) *Georg Eppinck war Inhaber einer* praebenda minor *am Patroklusstift. Als er sich am 11. April 1527 als* senior inter quatuor minores *um die durch den Tod Eberhards von Coestfelt erledigte* praebenda maior *bewarb, wurde er zurückgewiesen, weil er* „in publica processione deportationis reliquiarum sancti Patrocli nostri se violenta manu contra personas ecclesie opposuit cum gladio extracto ex fagina et iterum saepius se opposuit intra ecclesiam et personas“ *und deshalb mit der größeren Exkommunikation belegt war. Das Kapitel wollte sich erst in Köln erkundigen, ob es ihn zulassen könnte. Die Pfründe bekam nachher ein anderer (Staatsarchiv Münster Msc. VII, 6001; ich verdanke die Kenntnis des Aktenstückes Herrn Prof. Dr. Schmitz-Kallenberg, der es in seiner Arbeit über „Gropper und Soest“ mitteilen wird). Der Bürgermeister Gropper erscheint bei der Bewerbung noch als Freund Eppincks. Noch in demselben Jahre aber warfen ihm und seinem Sohne, dem Dr. Johann Gropper, Eppinck und sein Vater vor, sie wären diejenigen,* „dey en dachten umb syn proven *(Präbende)* in dem munster tho brengen“. *Es kam deshalb zum Streit. Eppinck versprach, sich dem Gericht des Offizials zu stellen (Stadtarchiv Soest LII, 15 Bl. 276a und 279a). Er starb am 21. August 1530 (Jahrbuch Bd. 14 (1912) S. 48 Anm. 2; Rothert beanstandet die Datierung* altera Bernhardi *mit Unrecht).*

Hammonem contra ius et privilegia civitatis et dominii Susatensium armatam turbam adducere in pagum urbi addictum, ut inde evangelicum turbaret pastorem. Haec multaque alia, quae in hanc historiam non spectant, eo studio collegerant contra profugorum mendacia, ut defensionis capita ad manum haberent.

Interim manentes in urbe et novos consules et alios senatores in profugorum locum assumpserunt et inter illos Johannem Kubeckium ad officium consulatus, Johannem vero Holtium ad iudicii officium, viros evangelio addictissimos. Interim multis minis, literis, mandatis et scriptis contra illos egit princeps Clivensis et alii. Verum illi persistiterunt in sua sententia haerentes in spe et metu.

Anno 1534. prodiit et per plateas dispersum et valvis templorum et portis affixum [1]) est [a]) acerbissimum scriptum sub nomine pasquilli vel Danielis a Soist rythmis Germanicis exaratum [2]), quod erat et in praecipuos evangelii promotores cives et concionatores, qui omnes ibi ordine recensentur, congestum, plenum omnibus convitiis et extremis calumniis, virulentia et blasphemia refertissimum. Simile scriptum eisdem formis et rythmis scriptum sub eodem titulo prodiit quoque postea anno 1537. [3]), et publicabantur haec scripta per typos [4]), quod tunc putabatur Gropperorum opera factum esse [5]). Summa istius scripti erat, quod *W 1115.*

a) *W:* et.

[1]) *Das bezieht sich wohl nur auf einzelne Stellen, besonders die eingestreuten Lieder.*

[2]) Ein gemeine bicht oder bekennung der predicanten to Soest *hrsg. von* ***Jostes*** *S. 111—230.*

[3]) Dialogon, *ebenda 231—284.*

[4]) *Über die Ausgaben vgl.* ***Jostes*** *S. 77 ff.*

[5]) *Hamelmann beschränkt also die Patenschaft der Gropper (****Jostes*** *S. 60,* ***Rothert*** *S. 97) auf die Drucklegung!* ***Jostes*** *hat es in seiner Ausgabe wahrscheinlich zu machen versucht, daß Johann Gropper auch der Verfasser gewesen sei, hat aber in der ADB Bd. 34 S. 539 seine Hypothese wieder fallen gelassen.* ***van Gulik*** *a. a. O. S. 35 ff. nimmt sie wieder auf. Irgendwelche äußere Beglaubigung ist nicht vorhanden, und das Dunkel scheint sich nicht lichten zu lassen. — Wenn* ***K. Eubel****, Geschichte der Kölnischen Minoriten-Ordensprovinz (Veröffentlichungen d. hist. Ver. f. d. Niederrhein 1), Köln 1906, S. 183, 290, 332 zu der längst aufgegebenen Autorschaft Gerwin Haverlands zurückkehrt, hat er sich die Sache zu leicht gemacht. Denn aus der von* ***Vorwerck****, Daniel von*

essent seditiosi cives evangelici contradicentes magistratui, deinde quod concionatores plerumque essent apostatae et ex monachis facti Lutherani et sui similes uxores incestuosas [a]), videlicet nonnas, sorores et bigittas duxissent, multaque crimina, haereses et scelera in eo scripto piis civibus et concionatoribus affinguntur turpiter et mendaciter.

Sed quia haec est sors piorum, ideo aequo animo tulerunt [1]), quamquam anno 1534. ad primum pasquillum Danielis a Soest responderit gravissime Johannes Pollius Germanico scripto, quo omnes concionatores et cives, imprimis praedictum consulem et alios defendit [2]). Appellat autem illud scriptum [3]) noctuam, et de ea huiusmodi lusit epigramma [4]):

> Noctua, quid sero gemibundum succinis ore,
> Infaustumne audes prodere luce caput?
> Ah, misera et nuper tristi velata cuculla
> Nocturnosque ideo flebilis inter aves,
> Te natura iubet lumen vitare diurnum,
> Cum face collustras climata Phoebe tua [b])!
> Praeterea futili quod te intrusere cucullae,
> Te gravat, infelix noctua, poena duplex.

a) *B und W:* infestuosas. b) *A, B, W:* tuo.

Soest, Progr. Soest 1856, S. 24 f. abgedruckten Urkunde geht unwiderleglich hervor, daß Haverland im Juni 1535 schon tot war, während Daniel noch 1537 das Wort nimmt. Auch ist die Identität des 1558 vorkommenden Serwin Hauer (Eubel a. a. O.) mit Haverland an sich schon unwahrscheinlich. Übrigens wird Haverland auch in einem Schreiben der Stadt Soest an das Kloster Klarenberg vom 3 August 1543 (Stadtarchiv Soest LI, 11) als tot bezeichnet.

[1]) *Sie haben sich im Gegenteil Mühe gegeben, den Verfasser zu ermitteln (Jostes S. 55 ff.) und hätten ihn gewiß gern der Strafe zugeführt. Mit ihrer Frömmigkeit war es übrigens auch nicht weit her.*

[2]) *Rothert S. 98 f. hat die ansprechende Vermutung geäußert, daß mit dieser deutschen Schrift die Überarbeitung des Kriegstagebuches des Bartholomäus v. d Lake über die Soester Fehde (vgl. Chroniken der deutschen Städte Bd. 21 S. XXXI f.) gemeint sei. Dazu will nur nicht passen, was Hamelmann vom Inhalt sagt. Ist letztere Angabe richtig, so ist die Schrift leider verloren.*

[3]) *D. h. das Gedicht des Daniel.*

[4]) *Nur durch Hamelmann bekannt. Hamelmann scheint* (Appellat autem . . .) *sagen zu wollen, daß das lateinische Gedicht der deutschen Schrift beigegeben oder voraufgeschickt war.*

Quod natura tulit, facile est sufferre; cynaedi
Quod monachi cogunt, est tolerare grave.
Quid iuvat, infelix, mendaces edere rithmos,
Quid caeca querulos fundere nocte sonos?
Nil tua Susato vox est nocitura. Videto,
Ne iugulo noceat vox male sana tuo.
Urbs sermone Dei, claris quoque splendida gestis
Sera cucullatae rostra[a]) timebit avis?

Eodem anno 1534.[b]) venerunt quoque illi octo concionatores emissarii a rege et suis ex urbe Monasteriensi Susatum, et hi ingressi urbem cum intelligerent senatum convocatum esse, recta se ad senatum conferunt. Ibi loquitur Johannes Thausenschurius propheta aitque: „Nos octo a patre ad vos, Susatenses, sumus missi, ut evangelium pacis vobis annunciemus. Ideo vos serio hortamur, ne patris mandato repugnetis." Respondit senatus post *W 1114.* brevem deliberationem et egit gratias pro oblato ipsorum ministerio dicens se iam istorum opera et ministerio non indigere. Habere etenim se idoneos concionatores, quibus sint contenti. Hic mox Thausenschurius deiecto pallio ad pedes consulis tinientis sermonem coram omnium conspectu proicit aureum nummum continentem numisma et insignia novi regis in Sion in signum inobedientiae, quod oblatam pacem patris non suscepissent Susatenses. „Ecce ergo nos a vobis convertimur ad plebem, ut illis significetur patris voluntas," ait pseudopropheta, „et ita sanguis interim vestrae inoboedientiae redundet in caput vestrum." Hinc mox ad forum declinantes octo illi emissarii, ut ibi concionarentur, cum vix loqui incepissent, intercipiuntur a ministris et lictoribus urbis, qui ita vinculis traditi et torturae subiecti varia fatentur, de quibus egimus in Monasteriensi historia. Cum vero nollent admittere ullam admonitionem nec quoque cuperent conferre cum concionatoribus, sed perstarent in sua sententia pertinaces, sunt gladio puniti [1]). Erant inter cives aliqui eis adhaerentes, sed

a) *W: nostra.* b) *fehlt B und W.*

[1]) *Über das Auftreten der Wiedertäufer in Soest berichten ähnlich Kerssenbroch S. 719f. und D. Lilie (Osnabrücker Bischofschronik = Osnabrücker Geschichtsquellen Bd. 2) S. 245, während das Ratsprotokoll (bei Cornelius Bd. 1 S. 271) die Sache anders darstellt.*

illi aut se abdebant aut diffitebantur errorem aut se continebant vel dissimulabant [1]).

Anno 1535. rursum quaedam opuscula offerebantur concionatoribus, in quibus scriptum erat, quod multa Lutherus et eius discipuli concessissent, quae tamen piaculi loco haberentur apud concionatores Susatenses. Ideo sequi plane ipsos novum aliquod genus doctrinae, quale institutum fuit eorum, qui Monasterii turbas dabant, suscipere idque a nemine hactenus probatum. Sub isto quoque praetextu graviter denuo ad principem delati erant, qui iterum propterea toti urbi minaciter et graviter succensebat. Ideo omnes erant in summo periculo. Itaque ex communi deliberatione concionatores etiam de consilio pii senatus et civium mittunt articulos [2]) ad Lutherum et petunt eius opem atque consolationem. Hic mox Lutherus eis respondet prolixo scripto, quod exstat in Witebergensi tomo Germanico 12., Jenensi 6. [3]) (ubi legitur Brixius thom Werde, sed debebat legi Brixius tho Norde), cuius summa haec est: Se (Lutherum) quidem papae suam pompam et nomen indulgere posse, modo ille vellet evangelio suum quoque cursum relinquere. Verum cum id non fiat, se quoque non posse quiescere vel cessare, quin ipsum insectetur. Iam vero aliquid Augustae papistis concessum propter infirmos, sed ita, ut tamen corpus doctrinae verae et ipsius scripturae inviolabilis autoritas manserit *W 1115.* et maneat semper. Itaque hortatur Susatenses ministros et pios cives, ne terreantur, quod futilia et falsa a pontificiis obiciantur, cum habeant conscientiae testimonium, quod stent immoti in agnita veritate.

---

[1]) *Vgl. Keller, Die Wiedertäufer in Soest, in: Zeitschrift d. Ver. f. d. Geschichte von Soest und der Börde 1881 1882, S. 45 ff.*

[2]) *Gemeint sind die gefälschten und verstümmelten Artikel aus Melanchthons* „Consilium ad Gallos" *(Corpus Reformatorum Bd. 2 S. 741 ff.). — Hamelmanns Erzählung sieht aber so aus, als wenn ihm der Zusammenhang nicht recht klar geworden wäre.*

[3]) *Dort ist abgedruckt die Flugschrift* „Etliche Artikel von den Papisten jetzt newlich verfelscht und böslich wider uns Lutherischen gerhümet sampt einem Brieve D. Mart. Luther an die Prediger zu Sost", *der Brief neuerdings auch bei de Wette Bd. 6 S. 235 ff. und in der Erlanger Ausg. Bd. 65 S. 99 ff. Vgl. Luthers Briefwechsel hrsg. von Enders Nr. 2334 (Bd. 10 S. 262 ff.). Das Schreiben wird dort vor November 1535 gesetzt.*

Quid tempore Interim acciderit Susati circa ministerium evangelii.

Ante tempus Interim cum in omnibus ecclesiis essent evangelici doctores, dominicis diebus pomeridiana concio fiebat in summo templo (den Munster) a superattendente, quae hodie fit in veteri ecclesia, in qua nunc ordine omnes concionatores docent ista hora. Sed quia ita tunc fuit pulchra harmonia inter ministros, et usque ad haec tempora mediocriter tranquille docuerant. Verum cum princeps mitteret eis „Interim" librum [1]), libellus qui-

[1]) *Eine aktenmäßige Darstellung der Einführung des Interims in Soest enthält der Band LII, 15 des Soester Stadtarchivs auf Bl. 464ᵃ ff. Das erste Exemplar des Interims erhielt die Stadt am 10. Juni 1548 von ihrem Anwalt in Köln. Am nächsten Tage kam ein Mandat des Kaisers, es anzunehmen. Sie wandte sich an den Herzog von Kleve, der ihr riet, sich dem Kaiser gegenüber darauf zu berufen, daß sie sich nach ihm richten werde. Das tat sie auch am 25. Juni (A. v. Druffel, Briefe und Akten zur Geschichte des 16. Jahrh. Bd. 3 S. 122). Am 21. August verhandelten der Herzog und seine Räte zu Dinslaken mit Abgeordneten der Stadt Soest und bearbeiteten sie für die Annahme des Interims. Vor allem beschwerte man sich über Brictius:* wy dat hyr her Brictius up sundach na sente Johannis oppentlich in der kerken up sodane Interim vam predickestoill [gesacht], et mochte wol syn ein Exterim edder bunte ko und ander mer worden, to dem ock up pawest und keyser als de hoge overicheit schentlichen gesmehet, dat hude des dages, wy sy sechten, K. May. by eventur selvest geyn wetten hedden. *Am 29. August beschlossen Rat, Alter Rat, Ämter und Gemeinheit, man wolle im Münster und in den Klöstern „in der Religion und Gesängen wieder wie vor alters anrichten" und Herrn Brictius das Predigen verbieten. Ehe aber der Bote, der dem Herzog die Antwort bringen sollte, zurück war, kamen schon der Marschall Dietrich v. d. Recke und Johann Smeling (vgl. oben S. 194 Anm. 1), um die Ausweisung der Prädikanten zu verlangen. Die Soester antworteten, sie wollten sich gehorsam halten und hätten Herrn Brictio nicht allein den Predigtstuhl verboten, sondern ihm auch Urlaub gegeben. Die anderen Prediger, zum Teil Bürger und Bürgerkinder, auszuweisen, falle ihnen beschwerlich. Sie sollten sich bis Martini des Predigens enthalten und möchten, wenn sie sich still verhielten, geduldet werden. Der Herzog schickte darauf den Sekretär Johann Lindemann mit der Aufforderung, die Prädikanten unverzüglich abzuschaffen, damit die neuen an ihre Stelle treten könnten. Die Stadt beschloß nun, daß sie in acht Tagen, bis Montag nach Crucis (17. September) fort sein sollten. Den Prädikanten wurde dies eröffnet, und sie willigten schließlich ein (Stadtarchiv ebenda Bl. 470ᵇ). Am Gudenstag nach Lamberti (19. September) kamen die Räte des Herzogs: der Kanzler Johann Gogreve, Matthias v. Altenbochum (vgl. oben S. 232 Anm. 3), Heinrich Olisleger, Franz v. Loe, Dietrich v. d. Recke, Wilhelm Ketteler und Wilhelm v. Niggenhove (Neuenhof) nach Soest.* „Und brachten mit sich den wirdigen, hoichgelerten und erbaren herrn Johan Gropper hyr decken unnd

dem est oblatus concionatoribus et ordinibus civium, sed nulla adhuc mutatio fiebat.

anderen predickeren, de in de kereken bestalt solden werden." *Am 20. erschienen sie vor Rat, Altem Rat und Gemeinheit.* „Und wort den volgenden dach in dem Munster als up Sunte Mathens apostols dage *(21. September)* de alden gesenge und Ceremonien weder angefangen." *Die Verhandlungen dauerten bis zum Dienstag. Die Soester wollten an zwei Punkten festhalten: den deutschen Gesängen in den Kirchspielskirchen (neben dem Latein) und der Kommunion unter beiden Gestalten. Den ersten ließen sie schließlich fallen. Am 25. September kam endlich der Rezeß zustande (ebenda Bl. 474a—477a), den* J a c o b s o n, *Urkundensammlung S. 23 ff. mitteilt. Es wurde u. a. bestimmt,* „dat die predicanten, so in tyt der enderung oen furgestain, die syn dan inkomelinge, frembden ader borgerskinder, uith der statt und boerden mit oeren wuevern bleven, noch dieselvige of andrer dergliecken wederumb angenommen und gestadet ader upgehalden werden sallen . . ., dat die rechte pastorn und ordentliche beroipen predicanten wederumb in oeren kercken bynnen der statt und boerden toegelaiten . . ., dergliecken dat der gotsdienst mit den christlichen ceremonien nae insattung und herkommen der gemeiner christlicher kercken im munster, kerspelskercken und allen clösteren und gotzhueseren wederumb angericht und vortan gehalden und die cloester nae oerer beropingen, ein ider synes ordens und regels sich gemeeß halden sullen, dat in latinischer spracken die hylige sacramenten, misse und andere goetliche amptere gehalden und die deutsche gesenge achterwegen blyven sullen . . ., dat die rait, alde rait, twelven ampts und gemeinheit . . . under den gesonden die beiderley gestalt anstain und berusten laiten wollen biß tho sent Martin neist kunftigh, . . . aver . . . den krancken . . . sall durch herrn Johan van Doersten . . . die beiderley gestalt in oeren hueseren biß daran gereicht werden mögen. — *Am 15. November kam der Herzog selbst nach Soest, und es wurde nach langen Verhandlungen am 28. November ein neuer Rezeß mit 46 Punkten aufgerichtet (ebenda Bl. 489a - 493b). U. a. wurde den Soestern aufgegeben, die Wedemhöfe (Pfarrhöfe) „ledig zu machen, wieder zu rüsten" und den Pastoren einzuräumen, die Glasfenster in den Kirchen wiederherzustellen, Prozessionen mit Kreuzen und Fahnen, Versehgänge mit „geluchte und schellen" und anderen Gottesdienst ungehindert und ohne Spott geschehen zu lassen, den früheren Prädikanten nicht zu gestatten, nach Soest und in die Börde zu kommen. Um die noch zurückgebliebenen Prädikantenfrauen war heftig gestritten worden. Soest weigerte sich, sie auszuweisen, weil der Winter bevorstehe und sie kleine Kinder hätten. Schließlich verpflichtete es sich doch, daß sie nach acht Tagen ihren Männern folgen und* „nicht mehr binnen der stadt noch boerden van Soest kommen noch underhalden werden sollen". *(Der Herzog gab also nicht nach, wie* R o t h e r t *S. 108 meint.) Im 46. Artikel heißt es:* Nachdem ock de van Soest mynen gnedigen heren up syner f. g. gesynnen tho underdenigem gefallen bewilliget, under den gesunden der Communion under beiderleye gestalt biß to der nestkommeder kairwecken sich tho enthalden, doch mit den kranken vermoge des lesten affschedes in dem vergangen maint September tho verbleven und syne f. g. gebeden, myddeler

Ideo Johannes Gropperus hoc impetrat a Caesare, ut peculiari mandato sibi committatur, ut eam reformet ecclesiam iuxta doctrinam Interim, utque committatur duci Clivensi et Juliacensi Wilhelmo istius rei executio. Ita tandem venit Gropperus ad portas urbis Susatensis munitus et stipatus praesidio et potentia ducis Clivensis et Juliacensis Wilhelmi, verum ingredi noluit, quamdiu concionatores Susatenses non[a]) essent eiecti. Haesit enim apud vestales collegii dicti Paradysus, quod non procul distat ab urbe. Ideo in urbe astutissime actum est cum evangelii ministris. Orabantur, ut exire dignarentur de mandato principis et cedere Groppero. Possent enim alibi paululum[b]) latere, donec redierit ad suos Colonienses Gropperus. Tunc illos revocatos iri debere. Iam vero aliter fieri non posse. Hi autem, quamvis inviti a suis ovibus dimoverentur, tandem tamen persuasi urbem egrediuntur[1]). Et quamquam promissio ipsis esset facta in urbem redeundi, tantum discederent modo in gratiam principis id severe mandantis, tantum tamen abfuit, ut illis redeundi potestas sit permissa, ut etiam eodem die sub vesperam eorum uxores urbe similiter excluderentur et eicerentur[2]). Quid dico urbe? Omni Susatentium territorio et iurisdictione, adeo etiam severe, ut si quis ex pagis Susatensium illas hospitio suscepisset, gravissime mulctatus sit postea! Imo dicitur etiam rusticus quidam suam filiam, quae erat cuidam concionatori elocata, in unam noctem excepisse eamque ab causam a senatu mulctatus[c]) esse[3]). Et quod magis est, sunt etiam eiectae

a) *fehlt B und W.* b) *B und W:* eos. c) *A, B, W:* mulctatum.

tyt der Kay. Majestät up dat bewechlichste dairumb to versoken, dat dairin den beswerten gewissen sunder geferlicheit gehulpen werden moge, wu dan ock syner f. g. myt gnaden geneiget, bey der Key. Majestät mogelichen vlyt vorthowenden . . . *(Vgl. über die spätere Behandlung dieser Frage Rothert S. 109 ff.) Die übrigen Bestimmungen betreffen die Besetzung der Benefizien und Stellen und die Renten und Einkünfte der Geistlichkeit.*

[1]) *So dramatisch, wie es Hamelmann hier darstellt und noch van Gulik S. 29 und Rothert S. 106 ihm nacherzählen, ist es nicht hergegangen, und die Entlassung der Prediger ist auch nicht auf wenige Stunden zusammengedrängt worden. Vgl. die vorige Anm.*

[2]) *Auch das ist so nicht richtig. Als der Herzog im November nach Soest kam, waren noch mehrere Prädikantenfrauen da. S. oben.*

[3]) *Nach Rothert S. 106 der Schulze zu Ellingsen, der seine Tochter, die Frau des Prädikanten zu Dinker, aufnahm. Es handelte sich wohl um die Durchführung des Rezesses vom 28. November.*

uxores concionatorum nonnullae, quae in puerperio erant. Ibi W 1116. miserae mulierculae suam suppellectilem tam subito transferre non potuere, multa eis distrahebantur, multa peribant, multa clam auferebantur. Ibi cum parvis liberis vagari sub noctem bis misere cogebantur, etiam sollicitae de maritis, quos alibi timebant intercipi ab adversariis. Certe illa truculenta eiectio multis piis excussit lacrymas, et multi condolebant, sed nemo propter metum audebat fere hiscere vel eis opem ferre. Ita ab omnibus derelictae erant.

Remotis autem piis viris concionatoribus et turpiter eiectis ipsorum uxoribus, istis, ut dixerat Gropperus doctor, scortis, quia haec omnia de ipsius consilio fiebant, ingreditur urbem [1]) sciens iam neminem esse, qui suum institutum vel impedire vel eidem contradicere posset, etsi postea gloriaretur ille et omnes pontificii, quare aufugissent concionatores et non mansissent, ut cum ipso disputassent. Sed facilis est responsio: ne quidem Gropperus ingredi voluit urbem nisi istis amotis. Deinde saepe dixit: „Ita fiet et fieri debet. Nam hoc vult Caesar, princeps Clivensis et ego." Ideo ibi stetit pro ratione voluntas. Is potius eos ad placidum vocasset colloquium. Sed ille putabat se nunc vindicem manum patriae adhibiturum esse.

Sunt autem hi ex urbe eiecti: Brictius Nordanus superattendens [2]), qui quantus vir fuerit, ex una eius epistola ad Gerhardum Cotium scripta, quam hic subiciam, apparebit [3]).

Optimo atque pio viro domino Gerhardo Cotio, ecclesiae Dei in Lemgo concionatori, suo in Christo fratri.

Gratiam, pacem et misericordiam a Deo, patre nostro, per Jesum Christum. Accepimus hisce diebus, charissime frater, valde

[1]) *Er kam am 19. September 1548 (vgl. oben). In dem Rezeß vom 25. September heißt es (Jacobson a. a. O. S. 25):* Ferner ist . . . afgekelt, dat der deken herr Johan Gropper . . ., so mit etlichen andern op oer begeren hier gebleven, vort die anderen canonichen . . . und alle andere geistliche standespersonen onbefairt, unbespott und sonder beswerniß by oen blyven, wonen und synn mögen. *Im Juli 1549 war Gropper noch in Soest (Stadtarchiv A IV, 4); seit September 1549 kommt er wieder in Köln vor (van Gulik S. 197, Reformationsgeschichtliche Studien und Texte hrsg. von Greving Heft 21 22 S. 127).*

[2]) *Er wurde am 25. August 1548 vom Rate mit einem guten Zeugnisse entlassen (Rothert S. 106; vgl. auch oben S. 403).*

[3]) *Den Brief hat Hamelmann wohl von Cotius selbst erhalten.*

triste nuncium, videlicet novum illud incendium novasque turbas per furiosos illos homines a principe daemoniorum obsessos anabaptistas apud vos exortas[1]. Accepimus, inquam, non sine magno dolore. Dolent omnes fratres, optime Gerharde, tuam tuorumque vicem. Dolent omnes pii pacem ecclesiae vestrae sublatam, quam vos[a]) difficulter etiam multo labore et sudore vix restituere potestis, nec facile dictu, quantum doloris quantumque laboris ex[b]) hac contagione anabaptistica ad omnes verbi ministros redibit, quae vos omnia, charissime frater, praesenti animo capescere decet pro Christi grege ex tam pestifera infectione redimenda memores illius apostoli „Attendite vobis et cuncto gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus episcopos ad regendam ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Ego enim [scio][c]) hoc, quod ingressuri sint post discessum meum lupi graves in vos non parcentes gregi." Ac o nimium veracem apostoli admonitionem nec cogitandum, optime Gerharde, haec de futuris esse interpretanda, quum coram (dolor) cernimus quotidie compleri! Verum tibi, imo[d]) nobis omnibus cum apostolo dicendum erit[e]): „Nihil me movet neque vita mea chara est mihi ipsi, ut consumam cursum meum cum gaudio et ministerium, quod accepi a Domino Jesu ad testificandum evangelium gratiae Dei." Haec nostra, suavissime Gerharde, dispensatorumque omnium mysteriorum Dei fortuna, hoc nobis perpetuo cogitandum ac imo pectore seponendum, hac lege in hanc Domini nostri vineam conducti sumus, hanc crucem, optime frater, cum crucifixo et omnibus membris eius nos ferre maxime convenit, siquidem certus sermo „Nam si commortui sumus, et convivemus, si sufferimus, et conregnabimus". Haec spes, mi Gerharde dilecte in Christo frater, reposita est in sinu nostro, quae nunquam in ullis adversis frangi nos sinet. Hanc spem iam dudum de vobis

W 1117.

a) *B und W:* nos. b) *B und W:* in.
c) *Hinter* enim *ist in A und B für ein Wort Raum gelassen, aber nicht ausgefüllt.* d) *fehlt B und W.* e) *A:* venit.

[1]) *Über wiedertäuferische Unruhen in Lemgo 1538 vgl.* Hamelmann *in der Kirchengeschichte von Lemgo (W 1066). — Zur selben Zeit trieben übrigens auch in Soest Wiedertäufer ihr Wesen. Ihr Haupt war ein Prädikant Bernt. Vgl.* Keller *a. a. O. S. 51 und* M. Lenz, *Briefwechsel Landgraf Philipps mit Bucer T. 1 (Publikationen aus den K. Preuß. Staatsarchiven Bd. 5), Leipzig 1880, S. 50 Anm. 2.*

omnibus concepi certusque sum in Domino vos magis (Domino propitio) persrituros, quam audeam sperare. Dominus vos fulciat roboretque in suam gloriam et ecclesiae suae aedificationem, Amen.

Insuper precamur tuam humanitatem omnes, humanissime Gerharde, ut pluribus etiam nobis significare velis reipublicae, tum etiam ecclesiae vestrae statum, tum, quibus initiis haec secta apud vos creverit, quomodo se gesserit, quibus legibus et ritibus usa sit. Nam sui dissimiles esse nemini dubium est. Aliud anabaptistae sapiunt Monasterienses, aliud Hollandi, aliud alii. Quare etiam atque etiam precamur te, frater, ne graveris perscribere, quos articulos maxime urserint[a]) hi, qui apud vos has turbas movere, tum etiam, ad quantum numerum creverit synagoga illa malignantium, quae capita habuerit et quos principes secuta sit, et perstringere nonnullos nominatim illorum advenarum et peregrinorum, quos aufugisse percepimus, ut luce tuarum literarum detecti atque agniti e nobis pellerentur, ne nostram quoque turbent ecclesiam. His nostris tam piis tamque necessariis precationibus tuam humanitatem facile adnuere nihil dubitamus.

Superest, optime frater, de hac muliercula, quae multum rogavit, ut eam tibi meis literis commendarem. Habet fortassis filiolam, quam ad servitium apud pios homines elocatam velit, *W 111 8.* qua in re, ut illi adsis pro viribus, iterum atque iterum te rogo, frater. Salutant te tuosque omnes fratres. Salutat te tuamque comparem mea uxor quam officiosissime. Salutabis eam quoque meis verbis pro omni servitio olim in me collato. Vale. Anno[b]) 1538., Octob. 4. Ut rescribas de omnibus per hanc mulierem, precantur omnes fratres.

Brictius Nordanus tuus totus.

Hic Brictius nomine Susatensis ecclesiae fuit[c]) anno 1538.[1]) in conventu Smalcaldico et subscripsit etiam istis articulis[2]) atque

a) *A, B, W:* urserunt. b) *B und W:* Anno Domini.
c) *B und W (in A später getilgt):* scripsit, qui etiam fuit.

[1]) *1537.*

[2]) Ego Brixius Northanus, ecclesiae Christi, quae est Susati, minister, subscribo articulis reverendi patris M. Lutheri et fateor me hactenus ita credidisse et docuisse et porro per spiritum Christi ita crediturum et docturum *(Das Ev. Concordienbuch hrsg. von J. T. Müller, 2. Aufl., Gütersloh 1908, S. 175).*

in ea confessione perstitit ad finem vitae. Monasterii cum ibi acriter pugnaret contra anabaptistas [1], transtulit ex superioris linguae idiomate acta et disputata habita Argentorati cum Melchiore Hoffmanno in Westphalicam linguam et edidit in lucem anno 1533 [2].

Hic inquam Brixius est eiectus, deinde et hi sequentes [3]) reliqui concionatores: Hermannus Swavenus [4]), Johannes Kelbergius [5]), Johannes Friius vel Liberius [6]), Antonius Kolthovius [7]), Johannes Lemekenus [8]) et quidam Wilhelmus, concionator ad s. Walpurgam in urbe Susatensi [9]).

Ex dominio vel [a]) territorio Susatensium [b]) eiecti sunt Stephanus Hutinckhusius [10]), Albertus de Dale [11]), Johannes Kramerus [12]), Sibertus Knopius [13]), Cyriacus Hornensis [14]), Tilemannus Gerckenus [15]), Johannes

---

a) *B und W:* et. b) *fehlt B und W.*

---

[1]) *Vgl. oben S. 38 ff.*

[2]) Handelinge in dem opentliken gespreke to Straßburg iungest im Synodo gehandelt, tegen Melchior Hoffman, dorch de prediker darsulvest, van veer vernemliken stucken Christlyker leer unde holdinge sampt getruwen dargeven ock der grunden, dar up Hoffman syne erdommen settet . . . Gedruckt to Monster yn Westphalen uth bevell der Erberen unde Ersamen heren Borgermestern unde Raidt darselvest. etc. M. D. xxx iij. *A. E.:* Gedruckt to Munster up dem Honekamp, dorch Ludgerum to Ryng, Anno 1533. *(Hamburg StB).*
Die Vorrede des Brictius ist mitgeteilt von Cornelius Bd. 2 S. 356 f. Über das Original vgl J. W. Baum, Capito und Butzer, Elberfeld 1860, S. 596.

[3]) *Vgl. zum Folgenden die Predigerlisten bei Sybel S. 66 ff. und 72 ff. und Rothert S. 188 ff.*

[4]) *An St. Petri. Vgl. oben S. 383 Anm. 3. Als der Herzog am 16. November 1548 nach Soest kam, war er noch dort. Der Herzog, der seinen wirklichen Namen nicht kannte, nannte ihn Hermann v. d. Hamme (Rothert S. 108). Am 21. Juni 1549 bat er von Hildessen aus den Rat um seine Rückkehr,* „angesein ik nu doch to minen alden dagen komme und mi dan umme der van Soest und des alden kerspels willen bemoet und uthgearbeidet“ *(Jostes S. 184 Anm. 1).*

[5]) *An St. Pauli.* [6]) *An St. Thomä.*

[7]) *Vgl. oben S. 383 Anm. 8.* [8]) *An St. Maria zur Wiese.*

[9]) *Er kommt sonst nicht vor.*

[10]) *In Borgeln.* [11]) *In Dinker (Rothert S. 199).*

[12]) *In Weslarn.* [13]) *In Sassendorf.*

[14]) *Cyriacus Custodis van Horne in Lohne.*

[15]) *In Ostönnen (oder Meiningsen?). Ich halte ihn nicht für identisch mit Tilmann Menzel. Vgl. Rothert S. 199 und 204 ff.*

Hangolschenus[a])[1]) et Georgius, concionator in coenobio Welver. Hi omnes turmatim et subito eiciuntur. Sed ipsis Dominus alibi et hospitium et locum prospexit.

Lubecae promovit ad conditionem ministerii Brixium[2]) et Kelbergium[3]) M. Hermannus Bonnus[4]). Johannes Friius consequitur in Luneburgica urbe conditionem[5]). Is fuit Erasmi Roterodami convictor, vir doctus. Alii omnes partim in Holsatia, quidam in Dithmaria, alii alibi locum consequuntur.

Doctor Gropperus degens in urbe mox in collegio, ubi decanus erat, instauravit papistica sacra omnia et collapsa papalia renovat, imagines undique colligit et suis locis restituit, s. Patrocli, qui dicitur praeses et patronus summi templi et urbis, statuam ex armario, ubi multos annos bombardas et alias machinas bellicas instrumentaque custodierat, iterum in medium templi cum suo gladio, quem strictum tenet, collocavit, adductos quoque ex Colonia nonnullos sacrificulos, inter quos erat Johannes Kritius[6]), quem ea lege secum Susatum adduxit, ut postea eum promoveret ad suffraganei Monasteriensis dignitatem[7]), aliis parochiis praefecit.

Ipse[8]) in summo templo gravissimas conciones habuit ad *W 1119.* populum, quibus eos hortatus est, ut doctrinae pontificiae se totos

a) *B und W:* Hangelschenus.

---

[1]) *Hans von Hanxlede in Neuengeseke, ehemals Kanonikus in Meschede (Jostes S. 28).*

[2]) *Er wurde Diakonus an der Ägidiikirche in Lübeck und starb dort am 4. August 1557 (Jostes S. 50 Anm. 2 und K. H. Starcke, Lübeckische Kirchengeschichte Bd. 1, Hamburg 1724, S. 143 ff.)*

[3]) *Kelberg (Kilberg) wurde in Lübeck Prediger an St. Marien und dann an St. Petri und starb am 2. September 1558 (Starcke ebenda S. 148 f.).*

[4]) *Ein schönes Beispiel für Hamelmanns Art zu kombinieren: Brictius und Kelberg gingen nach Lübeck. Dort war auch Bonnus. Also hat Bonnus sie berufen. Aber Bonnus starb am 12. Februar 1548 (B. Spiegel, Hermann Bonnus, 2. Aufl., Göttingen 1892, S. 134)!*

[5]) *An St. Lamberti (W 902). Er soll nach Bertram (vgl. oben S. 375 Anm. 9) S. 710 schon 1550 gestorben sein.*

[6]) *Vgl. über ihn oben S. 52 Anm. 2.*

[7]) *Er wurde „am hilligen Paeschawende“ 1549 zum Weihbischof von Münster ernannt.*

[8]) *Die folgenden Erzählungen über Groppers Auftreten in Soest finden sich nur hier. Es ist möglich und wahrscheinlich, daß sie etwas ausgeschmückt sind.*

consecrent et librum „Interim" suscipiant, nisi vellent venire in discrimen vitae et fortunarum. „Das wil Keyserliche Majestat, myn gnädiger Furst und Herr van Cleff und ich auch also haben und nicht anders." Haec aliquoties erant eius verba pro concione. Hortatus est etiam aliquoties pro concione, ut qui Lutheranae doctrinae studiosi essent adhuc, ad se[a]) privatim convenirent. „Ego enim," ait, „facile illos in viam reducam et errores crassos ostendam, in quos per seductores illos imprudenter immersi sunt." Hinc quidam doctiores et peritiores allatis secum sacris bibliis venerunt ad Gropperum, sed nihil nisi vulgata pontificiorum argumenta audiebant. Ibi illi mox ex ipsis bibliis pleraque Gropperiana falsa esse docebant et sua in bibliis quaerentes aliter habere comperiebant. Sed cum eius sermonem non tamquam numen susciperent, respuit illos et dixit induratos esse haereticos.

Quam bene autem sibi conscius fuerit Gropperus, ex eo liquet, quod cum rabidus canis vagaretur passim in urbe, et cives hinc inde arreptis fustibus et baculis ac furcis aliisque armis qualibuscunque illum canem insequerentur, ut perderent, accidit, ut canis per summum templum interea, dum concionaretur Gropperus, cursitaret, civesque, ut interficeretur, vociferarentur, ipse vero Gropperus forte non videns canem de se putans ista dici, praesertim cum videret multos fustibus, furcis et armis procedere et prodire, ideo aegre e suggestu se proripuit et in munitum templi locum, qui chorus est, abdidit. Cum vero ad se rediisset, rogabatur a suis, qui hoc factum esset. Non quidem ad formam respondit, sed sic loquitur: „Sehet, schweiße ich nicht rodt bloidt?" Adeo enim horrore perculsus erat, ut, cum sudorem nativum et solitum abstergeret, putaret se sanguinem emisisse. Sed postea aliter edoctus, quia indigne hoc tulit et ad senatum ea de re graviter conquestus est, puduit hominem sui horroris. Tandem ille relictis ibi aliquot indoctis sacrificulis redit Coloniam[1]).

Duravit ita Susati papatus per septem annos, quo tempore misera vastatio et distractio plebis visa est.

a) *A, B, W:* ut se.

[1]) *Vgl. oben S. 406 Anm. 1.*

Tandem cives anno 1552. graviter instant apud senatum, quia Susati semper cives magis religionis verae studio promovendae tenentur, quam proceres, ut unus et alter eis concedatur evangelicus doctor, quo nomine etiam ipsi ad suum principem Clivensem Wilhelmum scribunt [1]) et saepius instant, ad quem quoque invitus magistratus literas dat petens [a]), ut tranquillitatis causa unus mittatur. Mittitur igitur a principe ad initium anni 1553. vir senex Walterus nomine [2]), qui cum esset praesens, nullum ei templum patuit. Aliquoties igitur inter cives deliberatio facta est interim aliis aliud dicentibus. Tandem unus quasi vaticinans dixit: „Optimi cives, simus contenti parvo quodam sacello [3]) nec ullum templum invadamus propter adversarios, ne eis detur calumniandi occasio. Scio et vere scio fore adhuc ante meum obitum, ut excluso ab omnibus parochiis papatu citra ullum tumultum Christus oves suas sit recuperaturus et recollecturus per idoneos ministros in singulis templis." Quod quidem consilium sunt secuti, et istius viri vaticinium verum fuisse eventus docuit.

W 1120.

Walterus autem ille docuit in sacello et sacelli eiusdem horto. Et ibidem communicavit multos evangelii doctrina et sacramentis. Tandem anno 1554. peste moritur [4]), quae ibi tum graviter grassabatur.

Eo mortuo dum vehementer laborant cives pro alio pio concionatore, ecce offertur Erasmus Wegenhorstius, quem ex urbe Lemgoviensi evocatum praeficiunt ministerio [5]), qui aliquamdiu

a) *fehlt B und W.*

[1]) *Die Bitten um Prediger fallen erst später (1553).*

[2]) *Walter von Stollwyk aus Wesel kam vielmehr auf Veranlassung der Ämter und Gemeinheit. Er teilte schon Lätare (27. März) 1552 zum ersten Male das Abendmahl unter beiderlei Gestalt aus. Rothert S. 114f.*

[3]) *Die Brunsteinskapelle.*

[4]) *Er starb schon am 2. Sept. 1553 (Rothert, S. 116). Ein Entwurf zu einer Predigt an seinem Grabe im Staatsarchiv Münster, Kleve-Märk. Landesarchiv 129 I, fol. 62—64. Am 18. September befahl der Herzog dem Richter zu Soest (ebenda fol. 60), in Stollwyks Nachlaß nach wiedertäuferischen Büchern (genannt werden die „Restitution rechter und gesunder christlicher Lehre" und der „Unterschied zwischen falscher und rechter Lehre; jene von Rothmann, dieser von Adam Pastor, vgl. oben S. 48 Anm. 1) zu suchen. Vgl. auch Rothert ebenda.*

[5]) *Wegenhorst aus Hameln war 1535—1553 zweiter Prediger an Nikolai in Lemgo (W 1064). Am 16. September 1553 gab ihm der Lemgoer Rat das*

solus docuit evangelium, aegrotantes invisit, sacramenta distribuit [1]). Interim eius consilio et multorum civium sententia pedetentim sine ullis seditionibus et tumultu omnes successive ecclesias et templa parochialia recuperant subditi, etsi semper visus sit senatus alienior a religione [2]), quoniam aut mutabantur et se evangelio dabant, veluti Hermannus Coclaeus [3]) fecit, aut ultro cedebant pontificii ex parochiis.

Interim collegiati canonici vehementer laborabant pro pa-

Zeugnis, „dat deselve ytzgemelter Erasmus eyne rhume tidt, also ungeferlich an die vifften jair im predigampte gotliches wordes und uthdeilunghe der sacramenten nach christlicher insate in eynem erbaren . . . levende . . . by unß vor einer getreuwen dener sich gebrucken lathen" *(Staatsarchiv Münster a. a. O. 129 I, fol. 47). Wegen seiner Annahme gab es eine lebhafte Korrespondenz mit dem Herzoge. Am 14. Oktober wurde Wegenhorsts Ausweisung befohlen. Der Rat hielt aber nicht nur an ihm fest, sondern verlangte wiederholt weitere Prädikanten (ebenda fol. 72 ff.). — Wegenhorst war nach den Akten zunächst Pastor an St. Pauli.*

[1]) *Am 2. Februar 1554 sandte der Herzog dazu den Friedrich Lemme, vorher in Schermbeck, Amt Dinslaken und deshalb auch Frederich van Schermbecke genannt. Er wurde an St. Georg angestellt. Schon am 17. Februar beschwerte sich Joh. Gropper über ihn und seine Predigten beim Herzoge, am 20. März nochmals, worauf er die Antwort erhielt, man wolle dem Unrat steuern. Auszüge aus Lemmes Predigt am Freitag nach Lätare und seine Predigt auf Judica liegen bei den Akten. Auch die katholischen Pastoren von St. Peter, zur Wiese und zur Hohne beschwerten sich über sein* „predighen, leren, schreyen unde ruffen myth schmelicher angriffungh geistlicher und weltlicher, so sich gerne christlicher lher unde der hyllichen kirchenordenunghe unde E. f. g. abscheidt gemeß halten wolten, dermaß, daß es greulich und schrecklich ist zu horen". *Im April wurde Lemme auch vernommen und auf früher von ihm zugestandene Artikel verwiesen. Aber am 30. April berichtete der Richter Schlüter über eine Predigt, die er nach dieser Vernehmung in der gewohnten Weise hielt. Akten ebenda fol. 86—130*

[2]) *Der Vorwurf ist doch wohl nicht berechtigt.*

[3]) *Lepeler (Löffler) an St. Thomä. Vgl. über ihn oben S. 347 und schon Bd. 1 H. 3 S. 268. Die Angaben von* Rothert *S. 193 sind dahin zu berichtigen, daß L. auch in Lippstadt als Gegner der „Lutterei" galt und sich nach dem Interim verhielt und von dort nicht Mönch in Recklinghausen, sondern 1555 als katholischer Pastor an St. Thomä in Soest angestellt wurde. In einem Bericht vom Dezember 1555 heißt es:* „und will nit dienen, daß diesem pastor die verwaltongh der kirchen befollen werde, deweill er ein lichtferdigh person, der nit zo vertrowen ist" *(a. a. O. fol. 144). Am 7. Dezember 1555 wurde in einer Instruktion für eine Gesandtschaft des Herzogs nach Soest angeordnet, die Stelle solle mit dem Kaplan von St. Peter besetzt und* „Hermann von Recklinghausen" *zur Resignation aufgefordert werden. Er ist aber offenbar bis 1574 gehalten worden (*Rothert *ebenda).*

pistica religione retinenda. Ideo ipsis operam suam adhuc navarunt Antonius Bermannus [1]) et Theodorus Werlensis [2]). Sed cum aliquae parochiae erant apertae evangelicis, instabant cives reliqui, ut, quod uni communioni [a]) concessum esset, alteri quoque concederetur. Ita sunt Bermannus et Theodorus exclusi ex parochiis [3]). Imprimis anno 1565. [4]) Bermannus accepto [b]) suae operae bravio, videlicet praebenda [5]), statim moritur.

Docuit autem in collegiata ecclesia usque ad annum 1567. Theodorus Werlensis ibidem beneficio donatus et sese evangelicis concionatoribus opposuit calumniis et mendaciis palam in concione prolatis. Ideo urgentibus tribunis non solum ei concio in posterum habenda interdicitur, sed etiam urbem exire iubetur. Ita quoque schola pontificiorum, quae aliquamdiu erat frequentior, occluditur ex mandato et instantia tribunorum [6]), et schola evangelicorum, quae iterum erigebatur circa annum 1558. [7]), floret, de qua postea.

W 1121. Fuerunt ergo primo Erasmo Wegenhorstio, qui me Hamelmannum sane libentissime collegam habuisset et primo [c]) ex ecclesia

a) *B und W:* in communi. b) *B und W:* acceptae.
c) *fehlt B und W.*

[1]) *Tönjes Bermann, Vizekurat Groppers an St. Petri (vgl. Reformationsgeschichtliche Studien und Texte hrsg. von Greving II. 21 22 S. 127), seit 1554 Pastor daselbst (Rothert S. 118 und 188).*

[2]) *Über ihn ist sonst nichts bekannt.*

[3]) *Am 27. Februar 1563 wurde dem Bermann die Kirche zugeschlossen (Rothert a. a. O.).*

[4]) *Er starb vielmehr im Mai 1563 (Rothert a. a. O.).*

[5]) *Vielmehr wurde er bereits am 20. September 1549 von Johannes Gropper,* „da er ein gelerter, geschickter und fromer Mann ist", *für das Kanonikat des tags vorher verstorbenen Johann Hemmermann empfohlen (Kleve-Märk. Landesarchiv 129^{a}, fol. 17). Am 13. Oktober 1549 wurde er in der Tat vom Herzoge präsentiert (Staatsarchiv Münster, ebenda fol. 18 und Original von Patrokli in Soest Nr. 312). — Am 6. Juli 1549 hatte ihn Gropper auch für die Kapelle Mariengarten, auf die er gleichzeitig resignierte, beim Soester Rate präsentiert (Stadtarchiv A IV, 4).*

[6]) *Das ist nicht richtig. Die Schließung der Kapitelschule wurde nicht durchgesetzt. Vgl. E. Vogeler, Geschichte des Archigymnasiums in Soest T. 1, Progr. Soest 1883, S. 7 ff.*

[7]) *Am Freitage nach Severini (24. Oktober) forderten Ämter und Gemeinheit, daß wieder eine gute Schule errichtet werde, 1559 wurde eine Deputation eingesetzt, 1560 die Errichtung beschlossen. Vogeler a. a. O. S. 7 ff.*

Bileveldensi et deinde ex ecclesia Lemgoviensi vocavit missis ad me duobus civibus cum literis, collegae fuere Thomas Niger[1], Franciscus Westercateanus[a][2] et Gerhardus Surckmannus[3]. Sed cum forte controversia de levi causa incideret inter Erasmum et Franciscum, volebant sese interponere Thomas Niger et Surckmannus, sed propterea et Franciscus et Surckmannus sunt dimissi. Fuisset etiam et Thomas Niger dimissus, nisi eum in officio detinuissent sui cognati, quia est civitatis filius.

Quomodo autem disposita sint ministeria, nunc breviter referam. Erasmus Wegenhorstius docet ad s. Georgium[4], Thomas Niger ad s. Paulum, Johannes Licaula in altis[5], „zur hoen"; Hermannus Coclaeus Recklinckhusensis, qui ex papistico concionatore factus est evangelicus et edidit grammaticam et pleraque alia, docet ad s. Thomam[6].

In parochia, quae a prato nomen habet „zur wese", sub paucis annis multos ministros habuere cives. Ad eius ministerium mittebatur a principe[7] M. Hermannus Hollandus[8], artium magister

a) *H und W:* Westencatenus.

[1]) *Thomas Schwarze, 1555—1575 an St. Pauli (Rothert S. 117 und 190). Vertrag der Stadt mit ihm vom 1. Juli 1555 bei Jacobson, Urkundensammlung S. 26.*

[2]) *Franz Goßler aus Westernkotten, 1557—1562 an St. Maria zur Wiese (ebenda 117 und 194). Vgl. auch oben S. 312.*

[3]) *1560—1562 an der Hohne (ebenda S. 197).*

[4]) *Bis 1576 (ebenda S. 191).*

[5]) *Bis 1572. Vgl. über ihn oben S. 212 Anm. 3.*

[6]) *Vgl. oben S. 413.* [7]) *Das ist nicht richtig (Rothert S. 118).*

